ACTA

APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS III. - VOLUMEN III.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDGCCGXI

f

Annus III. - Vol. III. Die 16 Ianuarii 1911. Num. 1.

AGTAIPOSTOIJGAEIEIÌ

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

SINGULARIA PRIVILEGIA ATQUE INDULGENTIAE PRO ARGHISODALITATE AB ADORATIONE NOCTURNA, OCCASIONE PRIMI CENTENARII AB ERECTIONE.

PIUS PP. **x**

Ad futuram rei memoriam. — Cum omnia in Christo Nobis instaurare cupientibus antiquius nihil magis sit quam ut Christiani populi erga Divini Amoris Mysterium pietas, hoc potissimum tam gravi Ecclesiae tempore excitetur atque amplificetur, pias fidelium societates ad hunc frugiferum finem institutas tum debito laudis praeconio prosequi, tum singularibus gratiis locupletare, libenti quidem gratoque animo satagimus. Nobiles hos inter coetus, quorum socii religionis tuendae spiritu ducti, ante Sanctissimam Eucharistiam publicae adorationi propositam convenire pie solent, coelestem opem supplices impetratum, principem procul dubio locum obtinet Archiconfraternitam ab Adoratione nocturna Sanctissimi Sacratissimi in forma Quadraginta Horarum expositi, quae in hac Alma Urbe floret. Hoc anno agit eadem Archisodalitas a primaeva erectione centesimum, nam quum Decessor Noster Pius PP. VTI recolendae memoriae in potentis Napoleonis captivitate maneret, hac in Alma Urbe fideles quidam religione insignes, ut Ecclesiae patriaeque res in ancipiti periculo positas Misericordiae Divinae commendarent, hoc singularis pietatis opus instituendum curaverunt. Nocte, quae vigesimum mensis Novembris diem praecessit anno MDCCCX in Basilica S. Mariae in Via Lata auctoribus, atque auspicibus duobus sanctae vitae sacerdotibus et duobus piissimis patriciis viris, prima peracta est adorationis vigilia ante Sacramentum Augustum in Quadra-

ginta Horarum forma propositum. Opus vero canonice erectum post auspicatum ipsius Decessoris nostri reditum, ad nostra usque tempora viget uberesque in Dominico agro fructus assequitur. Nunc autem cum coetus moderatorum ipsius Archisodalitatis occasione huius primi saecularis Iubilaei eo ipso in templo, quo prior vigilia celebrata fuit, idest in Basilica S. Mariae in Via Lata, solemnem generalem vigiliam indixerit, habendam nocte, quae praecedet vigesimum vertentis Novembris mensis diem, quumque eiusdem coetus nomine, dilectus filius Vincentius Bugarini, Apostolicus Protonotarius, Camerae nostrae Apostolicae Clericus et memoratae Archiconfraternitatis ab Adoratione nocturna praeses, Nos humiliter flagitaverit, ut solemnem super enunciatam generalem vigiliam singularibus quibusdam gratiis atque indulgentiis de Apostolica benignitate cohonestare dignemur, Nos piis his votis annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint omnes et singulos frugiferam hanc in Archiconfraternitatem adlectos fideles, peculiari Pontificiae voluntatis significatione prosequi volentes, de Omnipotentis Dei misericordia et BB. Petri et Pauli Apostorum Eius auctoritate confisi, per praesentes concedimus, ut, hoc anno, media nocte vigesimum vertentis mensis Novembris diem praecedente, in Basilica ad S. Mariae in Via Lata huius Urbis solemne Sacrum litari rite queat simulque largimur ut intra actionem ipsius Sacri adstantes omnes, etiam Archiconfraternitati non inscripti, ad Sacram Synaxim accedere licite valeant. Omnibus autem sacrae vigiliae adstantibus, qui vel media ea nocte, vel mane praecedentis diei Novembris decimi noni admissorum confessione rite prius expiati ad Eucharisticas dapes accesserint, et pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam defunctis quoque applicabilem, peccatorum omnium indulgentiam et absolutionem misericorditer in Domino tribuimus. Concedimus insuper ut inscripti eidem Archisodalitati fideles, qui noctis illius vigiliae intersint, etiamsi ipsa durante vigilia haud servetur consuetus precum ordo, nihilominus omnes indulgentias et spirituales gratias adipisci valeant, quibus ex Apostolicae Sedis liberalitate eadem Archiconfraternitas pollet. Tandem quum hoc similiter Novembri mense solemnia funebria iusta persolvantur, pro omnibus eiusdem Archisodalitatis vita mortali functis fratribus et sororibus edicimus, ut fideles omnes, qui admissorum confessione pariter expiati atque Angelorum pane refecti, huic officio intersint, necnon preces uti superius diximus fundant, plenaria indulgentia potiri valeant, qua ipsis liceat, si malint, defunctorum labes poenasque in forma Ecclesiae solita piare.

Praesentibus hoc anno dumtaxat valituris. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Nos vero bonorum omnium auctorem Deum impense precamur, ut opus tam pium propitius fortunet, et Archisodalitatis ipsius decus adaugeat. Praesidi demum, moderatoribus sociisque universis coelestium munerum auspicem, Nostraeque voluntatis pignus Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimur. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xi Novembris MCMX Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. £ß S. *a Secretis Status.*

II.

FACULTATES ATQUE INDULGENTIAE PRO MISSIONIBUS A FRATRIBUS O. M. S. FRANCISCI IN AMERICA LATINA HABENDIS.

PIUS PP. X.

Universis Christifidelibus praesentes Litteras inspecturis, salutem et apostolicam benedictionem. — Grati sunt Nobis exantlati a religiosis viris labores, ut Christifidelium numero feliciter aucto, catholica fides simul cum bonis moribus in longinquas praesertim regiones propagetur. Cum vero comperta habeamus studium et curam, quibus Fratres Ordinis Minorum S. Francisci in suis regularibus Americae Latinae provinciis divini verbi preconium agunt, Sacras conficiunt Expeditiones ac Spiritualibus Exercitationibus operantur, preces dilecti filii Bonaventurae Marrani, supremi eiusdem Ordinis Procuratoris, benigne excepimus, ac privilegia iam iis ab hac Apostolica Sede concessa, praesentium tenore libenti quidem animo renovamus. Quare de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. eius auctoritate confisi, omnibus ac singulis utriusque sexus fidelibus, qui tribus saltem concionibus Missionum, quas Fratres Ordinis Minorum in suis regularibus Americae Latinae provinciis celebrabunt, adstiterint, atque uno ex his diebus, ad cuiusque arbitrium eligendo, vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, Ecclesiam Parochialem loci, ubi Missiones habentur, devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Quam Plenariam indulgentiam alii quoque fideles lucrari poterunt, etsi proximis quindecim diebus post ipsas Missiones, quibus, ut

supra, interfuerint, ad finem adductas, admissa extra Paroeciam, ubi Missiones peraguntur, rite confiteantur seque Angelorum pane reficiant, dummodo vero suum quisque Curiale templum adeat, atque ibi, ut praefertur, preces Deo persolvat. Praedictis autem Fratribus facultatem Apostolica Auctoritate Nostra facimus, ut in postrema Missionum concione Benedictionem Apostolicam cum Cruce sub unico signo et cum plenaria adnexa indulgentia Christiano populo impertiri queant, ab ipsis Missionariis assequenda non minus quam a fidelibus, qui huic benedictioni praesentes, solitas impleverint conditiones; utque in fine earundem Missionum Commemorativas Cruces erigere, eisque cum Plenaria Indulgentia benedicere possint, ab iis tantum fidelibus lucranda, qui vere pariter poenitentes et confessi ac caelesti pabulo recreati, Parochialem illius loci Ecclesiam, ubi huiusmodi Cruces erectae fuerint, vel ipso erectionis die, vel eius diei anniversario, vel etiam Dominica proxime insequente, atque insuper sive festis Inventionis et Exaltationis SSmae Crucis, sive Dominica immediate respective subsequente, a primis vesperis usque ad occasum solis dierum huiusmodi, singulis annis devote visitaverint, et ante dictas Cruces, ut supra dictum est, oraverint. Iis vero fidelibus, qui corde saltem contrito, ante praefatas Cruces salutationem Angelicam septies, vel in honorem Vulnerum D. N. I. C. Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam quinquies recitaverint, trecentos dies de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus Christifidelium quae Deo in charitate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse indulgemus. Pari autem Auctoritate Nostra concedimus, ut Sacerdotes Missionarii ex eodem Ordine Minorum, Cruces, Crucifixos, Sacra numismata, coronas precatorias ac parvas metallicas statuas D. N. I. C, B. M.Y. et Sanctorum omnium cum applicatione Indulgentiarum, quae in elencho edito typis S. Congregationis de Propaganda Fide, die 28 Augusti 1903 continentur, et quod ad coronas precatorias, non exclusis Indulgentiis a S. Birgitta nuncupatis, in forma Ecclesiae consueta vel privatim vel publice benedicere possint ac valeant. Denique potestatem tribuimus, cuius vi eisdem Fratribus liceat non modo quatuor scapularia, nempe SSmae Trinitatis, Passionis D. N. I. C. Immaculatae Deiparae Conceptionis,ac B. M..V. Perdolentis unico funículo coniuncta, dummodo sint confecta ad normam ab hac S. Sede probatam, sub unica formula benedicere, eaque cum applicatione indulgentiarum, quae respectivis scapularibus sunt adnexa, fidelibus imponere, sed alia etiam scapularia item benedicere, pariter-

que fidelibus imponere, et quum ob Christianae plebis celebritatem et sacerdotum penuriam praecipuis anni sollemnitatibus omnia ad normam expleri non queant, eadem Auctoritate Nostra largimur, ut praedicti fideles, quibus scapularia sunt imposita, in respectivam Confraternitatem aggregentur, etiamsi eorum nomina in catalogum non referantur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus ad quinquennium tantum valituris. Volumus autem, ut praesentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xi Novembris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
L. *f$* S. *a Secretis Status.*

III.

ELECTIO IN ECCLESIAM ARCHIPRESBYTERALEM.

PIUS PP. **x**

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacras Aedes, quae non minus vetustate, quam eximia fidelium religione praestent, perhonorificis titulis ac privilegiis de more institutoque Romanorum Pontificum augere libentissime solemus. Quo consilio adducti, Parochiale templum in honorem S. Laurentii Martyris ibi loci erectum, qui vulgo « Buia » nuncupatur, atque intra fines Archidioeceseos Utinen. extat, ad maiorem dignitatis gradum evehendum facile censuimus. Constat enim illud antiquissimo tempore conditum, atque haud parvam fidelium multitudinem, vastam regionem incolentium, complexum, sive Rectorum studio pietatis provehendae, sive Sacrarum functionum frequentia ac splendore .semper celebratum merito fuisse. Et quum, ut spirituali Christianae plebis bono satius prospiceretur, ab hac Parochiali Ecclesia aliquis tractus sit subinde seiunctus, utque in Paroeciam sui iuris institutus, rationi consentaneum existimamus, eidem Ecclesiae Matri, unde tamquam a frugifera arbore quinque iam aliae Curiae provenerunt, praeeminentiae honores impertire. Quare vota ac suffragia tum hodierni eiusdem Ecclesiae Parochi, tum populi ipsi concrediti, quae omnia Utinensis Curia comprobavit, benigne excipientes, Parochialem Ecclesiam S. Laurentio Martyri dicatam, atque in oppido, cui vulgo nomen « Buia » intra limites Archidioe-

cesis Utinensis positam, in Archipresbyteralem Apostolica Auctoritate Nostra, praesentium tenore, cum omnibus et singulis privilegiis, honoribus, praerogativis, indultis erigimus et constituimus. Pari autem Auctoritate Nostra largimur, ut praedictae Ecclesiae Parochus, pro tempore, Archipresbyteri titulo, durante tantum munere, gaudere licite queat, eumque ad hoc facultatibus necessariis atque opportunis, his item Litteris donamus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque illis ad quos spectat vel spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios seu delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xix Novembris MDCCCCX, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
L. £ß S. *a Secretis Status.*

IV.

TEMPLUM S. TROPHIMENAE V. ET M. IN URBE MINORI
AD DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR.

PIUS PP. **x**

Ad perpetuam rei memoriam. — Tempia Dei vetustate veneranda et monumentorum splendore conspicua, de more Romanorum Pontificum Nostrorum Praedecessorum, peculiaribus pro re et tempore titulis exornare atque augere solemus. Horum in numerum referendum est quod in Urbe, quam vocant Minori, intra fines Amalphitanae Archidioecesis extat, sacrum Trophimenae Virginis et Martyris, praecipuae apud Deum civitatis Patronae. Etenim aedes illa, olim Ecclesia Cathedralis, superiore saeculo instaurata, quum non modo amplitudine, sed etiam omnigenae artis operibus, praesertim depictis tabulis, praestet, tum vero multo illustrior apparet quod ipsius Patronae Virginis et Martyris venerandae exuviae, magnifico hypogaeo reconditae, in ea religiosissime asservantur et magno iam diu pietatis studio coluntur. Aliorum Coelicolum reliquiis, quarum nonnullae insignes, ac divite supellectile abundat: privilegiis insuper sacrisque Indulgentiis ab Apostolica Sede est ditata. Neque minus ecclesiasticis officiis enitet, siquidem inibi et Capi-

tulum, quinque Dignitatibus ac decem Patribus Canonicis constans, aliique e Clero divinis muniis naviter vacant. Iamvero, cum Clerus et Populus, praeeunte Capitulo, a Nobis enixis precibus flagitaverint ut Templum ipsum Basilicam minorem renuntiare dignaremur, Nos, praeclara illius ornamenta reputantes, votis his, amplissima Archiepiscopi Amalphitani commendatione suffultis, annuendum propensa voluntate censuimus. Quare, Apostolica Nostra Auctoritate, harum litterarum vi perantiquum et nobile Templum, sub titulo Sanctae Trophimenae, Virginis et Martyris, in Urbe Minori Deo dicatum, ad Basilicae Minoris dignitatem evehimus, illique privilegia omnia attribuimus, quae Minoribus almae huius Urbis Nostrae Basilicis competunt; decernentes praesentes Nostras litteras firmas, validas et efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari : sicque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos iudicari ac definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari : non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxix Novembris MDCCCCX, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. £ß S. *a Secretis Status.*

EPISTOLAE.

I.

AD IOSEPHUM M. CARD. MARTIN DE HERRERA Y DE LA IGLESIA, ARCHIEPISCOPUM COMPOSTELLANUM, OB LITTERAS OBSEQUII DEVOTIONISQÜE PLENAS BEATISSIMO PATRI EXHIBITAS.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Plurimum, uti par est, te Sedis Apostolicae auctoritati ac magisterio tribuere vel ex litteris intelleximus, quas nuper ad Nos dedisti. Recensebas quippe in eis ac celebrando recolebas quae postremis hisce temporibus edidimus documenta cum ad tuendam' catholicae fidei integritatem, tum etiam ad christianam morum disciplinam provehendam firmandam. Id certo in gerendo Pontificatu maximo ad hunc diem pro viribus studuisse

videmur, fidei pietatisque popularis excitato studio, redintegrari late in civitatibus christianam indolem, christianaque instituta omnia ita florere, ut ad renpvandos ad sanctitatem animos - qua sane re nostra tanto opere indiget aetas - quam maxime conferant. Et utinam omnes quotquot sunt, qui catholicis accensentur, pronis auribus verba Nostra excipiant: optimis dignae Ecclesiae temporibus virtutes revirescent laudesque christianae. Tu interim, Dilecte Fili, curarum Nostrarum ac laborum consors, consilia coeptaque Nostra perge alacritate omni fovere, urgere. Certanti tibi bonum fidei certamen is aderit, qui te in hac perdifficili ac plena formidinis tempestate, posuit episcopum regere ecclesiam. Quod quidem ut felicius eveniat, auspicem divinorum munerum Nostraeque benevolentiae testem, apostolicam benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, tuoque Clero ac populo peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx mensis Octobris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

IL

AD R. P. D. FRANCISCUM DE BETTINGER, ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM AC FRISING-ENSEM CETEROSQUE BAVARIAE ARCHIEPISCOPUM ET EPISCOPOS, OB FILIALE VENERATIONIS OBSEQUIUM AB IISDEM EPISCOPALEM COETUM INITURIS BEATISSIMO PATRI PER LITTERAS EXHIBITUM.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Pergratum quidem Nobis medias inter aegritudines solatium litterae praebuerunt quas nuper dedistis. Coetum quippe, ut assoletis, inituri iis decernendis quae Ecclesiis vestris forent magis profutura, vestrum duxistis rei perficiendae initium a Nobis sumere, observantiae significatione praecipua quadam laude digna. Quin etiam placuit et vota suscipere quibus opportuna Nobis auxilia ab Eo peteretis pro quo legatione, licet immeriti, fungimur. Officium amavimus utrumque: quum alterum vestram in aperto ponat cum Apostolica Sede necessitudinem, exornet alterum vestram in Nos pietatem. Utraque sane optatissima Nobis. Tempora enim nacti Ecclesiae nimium infensa, sentimus plane atque intelligimus quantum et divina ope et arctissima cum venerabilibus fratribus coniunctione indigeamus. Id plane est causae cur officiis vestris officia Nostra cumulatiora respondeant. Quare et Nos coelestia munera vobis a Deo suppliciter contendimus. Quo vero obsecrationes Nostrae uberiores impetrent gratias, Caroli Borromei, quem iugi colitis memo-

ria, deprecatione libenter adhibemus. Interim benevolentiae Nostrae testem vobis, Venerabiles Fratres, et cuiusque vestrum Clero populoque apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv mensis Octobris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

III,

AD R. P. D. EDUARDUM PULCIANO GENUENSIUM ARCHIEPISCOPUM, CETEROSQUE LIGURIAE EPISCOPOS, OB VENERATIONIS OBSEQUIUM OCCASIONE ANNUI EPISCOPALIS CONVENTUS BEATISSIMO PATRI PER LITTERAS OBLATUM.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Medias inter acerbitates quibus undique urgemur ac premimur, solatium attulerunt, sane haud leve, litterae, quas pietatis vestrae nuncias ad Nos misistis, priusquam coetum dimitteretis ad quem quotannis pastoralis vos cogit sollicitudo. Laeta vero in iis, tristia Nobiscum communicantes, ut fratres addecet qui fratrem alloquuntur, non optimum reticuistis iudicium quod de iis facitis quae novissima hac tempestate duximus decernenda ad fidei depositum integrum custodiendum et ad catholicam firmius muniendam disciplinam: neque iniurias silentio praeteriistis quae, non multis ante diebus in Nos inque ipsam catholicae Ecclesiae verendam maiestatem, palam, heic Romae, immissae sunt ac procaciter. Pietatem vestram, quam perspectam nullo non tempore habuimus, novo libuit experiri testatam argumento, eamque vobiscum gratulamur. Avet vero animus ut firmetur et augeatur in dies : idque apostolica praestet benedictio, quam coelestium auspicem gratiarum, vobis, Venerabiles Fratres, et uniuscuiusque vestrum Clero populoque peramanter impertimus.

Datum Romae apud S Petrum, die xxvi mensis Octobris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

IV.

AD R. P. D. PAULUM BRUCHESI, ARCHIEPISCOPUM MARIANOPOLITANUS OB CANADENSIUM CATHOLICORUM CONVENTUM EUCHARISTICUM MARIANOPOLI NUPER HABITUM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Canadensium Catholicorum conventum ad cultum Sacrosanctae Eucharistiae provehendum haud ita pridem Marianopoli habitum, tua tuorumque pro-

violentia ita perfectum fuisse laetamur, ut tibi, Venerabilis Frater, atque illis voluntate omni gratulemur. Mirandum sane fidei pietatisque popularis spectaculum per eos dies licuit istic intueri : idemque eo christiano sensu, ea animorum concordia ac propensione editum, ut magnum religioni publicae theatrum moenia praebuisse visa sint urbis maxima popularium atque advenarum crebritate negotiorumque mole aestuantis. Memoria vix excident unquam quae tunc temporis publica âd Nos fama pertulit: peregrinorum dicimus frequentiam: supplicantium multitudinem instructo agmine prodeuntem : sacras aedes locaque urbis celebriora divinis laudibus personantia: Purpuratos Patres, Sacrorum Antistites bene multos, innumeros Sacerdotes, viros denique ac mulieres ad plura centena millia, ex omni fere terra accitos, insigni pompa ac solemni ritu, Dominicum Corpus per vias perque fora, venerabunda multitudine refertissima, transvehuntes concelebrantes.

Laetabilia ista quidem ac plena solatii; sed laetabiliora etiam quum hae praeclarae externi cultus significationes fiant *in ostensione spiritus ac virtutis;* ita sane ut a solidis interioris christianae vitae incrementis et ab aeternae salutis fructibus minime sejungantur. Hanc quippe laudem a catholicis congressionibus deesse minime fas est: addimus primam esse oportere ac potissimam, ut *oris confessio fiat ad salutem.* At vero ne huiusmodi quidem ornamentum in Marianopolitano conventu defuisse accepimus. Innumeri quippe fuerunt qui Angelorum pane refecti ac Christo coagmentati eucharistica frui vita, eo tempore, valuerunt, divinae participes consortesque naturae. Et id etiam tuae tribuendum navitati quod non instanti solum tempori inserviens, sed ea etiam cura complexus fueris quae alendae fidelium pietati forent in posterum profutura. Huc enim, sapienti consilio pertinuerunt quae delecti quique tum e clericis tum e laicis viri consilia habuere frequentia, Episcoporum ductu atque auspicio: media scilicet excogitare ac stabili ratione providere quibus excitata in Eucharisticum Sacramentum studia neudquaquam fugacia labantur, sed mansura consistant. Optima haec sane atque apprime digna quae in catholicis coetibus ab Episcopis praecipua quadam cura excolantur.

Haec omnia quae iam pridem commentaria ad Nos ex longinqua detulerant America, quaeque litteris primum, et postea, coram referens, verbo tenus exornavit qui nomine et auctoritate Nostra conventui praefuit, Venerabilis Frater Noster Vincentius Vannutelli, Praenestinorum Episcopus, libet modo ex litteris quas ad Nos dedisti iterum accipere, iterumque laetari. Spem bonam fovemus fore ut ex celebratis sollemnibus Canadensis Ecclesia haud exiguum capiat incrementum. Hoc sane

votorum Nostrorum est maximum; illudque divinae benignitati tuaeque navitati vehementer commendamus. Tibi demum, Venerabilis Frater, tuae Dioecesis Clero populoque, nec non iis omnibus qui Marianopolitano conventui interfuerunt, auspicem divinorum munerum Nostraeque testem benevolentiae apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die III mensis Novembris, anno MDCCCCX, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. X.

V.

AD R. P. D. FELICEM AUGUSTUM BÉGUINOT, EPISCOPUM NEMAUSENSEM, UTICENSEM ET ALESIENSEM, QUINQUAGINTA SACERDOTII ANNOS EXPLENTEM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quam nuperrimis litteris nuntiasti adventantem diem a suscepto Sacerdotio tuo quinquagies anniversariam, profecto haud patitur pietas in te Nostra tacitam tibi effluere ac pene umbratilem. Non enim domestica fratris gaudia adeo sunt huius unice propria, ut nullatenus sint fratri communia. Si enim amicis omnia communia, quid fratribus? Habeas igitur et Nos tuae socios laetitiae: habeas et Nostra faustitatis vota, propensissima edita voluntate. Gaudii tandem cumulum afferat apostolica benedictio quam, benevolentiae Nostrae testem ac munerum coelestium conciliatricem, tibi, Venerabilis Frater, Clero populoque tecum una laetanti peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die iv mensis Novembris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

VI.

AD ANTONIUM CARD. FISCHER COLONIENSIUM ARCHIEPISCOPUM, OB EUCHARISTICUM CONVIVIUM A FIDELIBUS COLONIENSIBUS SOLEMNITER CELEBRATUM.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Si summae diligentiae, qua tu pastorale munus administras, itemque singularis obsequii, quo catholici homines ex Archidioecesi Coloniensi studiis curisque tuis respondent, alia Nobis argumenta non suppeterent, sup-

petunt autem et plurima et illustria, satis superque utrumque clemonstrarent illa egregie facta, quae Nos nuper coram edocuisti. In his illud praesertim iucundum accidit, quod altero die Dominico mensis Octobris frequentes, aeque urbium incolae et vicani, Eucharisticum convivium tui celebrarunt in gratiam Nostri, rem catholicam tantopere iactatam Deo commendantes : quod quidem officium alio, nec minus commemorabili, cumularunt, cum ad sublevandas Ecclesiae angustias copiam 'stipis inusitata largitate contulerunt. Nec mediocri Nobis solatio fuit, quod addidisti, catholicos istos omnium ordinum de iis contumeliis, quas qui principem magistratum huius almae Urbis obtinet, in Nos Ecclesiamque iecerat, solemnibus ob eam rem indictis conventibus, gravissime conquestus esse. Haec itaque tuorum testimonia praeclarae erga Nos pietatis atque fidei dant Nobis causam gratulandi tibi, qui tam uberes de tuis laboribus fructus capis. Id autem cum facimus, simul tibi mandamus ut omnibus, qui de Nobis istic pie pro meriti sunt, gratias diligenter agas, Nostro nomine; praetereaque signifiées Nos obsecratione supplici a Deo contendere, ut eorum merita magnis in hac et in sempiterna vita praemiis remuneretur. Quorum auspicem eandemque peculiaris benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, et Clero populoque tuo amantissime impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die ix mensis Novembris MDCCCCX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

VII.

VENERABILIBUS FRATRIBUS FRIDERICO ARCHIEPISCOPO ET EPISCOPIS PROVINCIAE ROTHOMAGENSIS.

Venerabiles Frates, salutem et apostolicam benedictionem. — Qua vos ratione cogitatis uti in admittendis posthac pueris ad Convivium Eucharisticum, eam, a vobis cum luculenta obsequii studiique significatione ad Nos delatam, equidem libenter cognovimus. Patet enim in hoc vos id agere, ut et praescriptionibus Decreti Nostri *Quam singulari* religiose apud vos satisfiat, et dioecesium vestrarum instituta, quantum potest, conserventur. Utrumque autem propositum commode hoc pacto effici posse, videtur. Quare eiusmodi Nos rationem comprobamus: eamdem vos ab omnibus, quorum interesse debet, diligenter servandam curabitis. Auspicem interea divinorum munerum, quae inde

licet vestris gregibus exspectare uberrima, apostolicam benedictionem vobis, Venerabiles Frates, et Clero populoque vestro amantissime impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xrv mensis Novembris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

VIII.

DILECTO FILIO, NOBILI VIRO COMITI GULIELMO DE HOENSBROECH, EQUITI MAIORI HONORARIO MELITENSI, PRAESIDI SODALITATIS EQUITUM PER PROVINCIAM RHENANA M ET VESTPH ALIAM.

Dilecte fili, nobilis vir, salutem et apostolicam benedictionem. — Inter catholicos homines, qui hoc se nomine dignos in omni actione vitae praeclare probent - quorum quidem in istis regionibus magna, Dei munere, copia est - cum primis te ceterosque équités splendidissimi Ordinis tui numerari cognovimus. Etenim de alacritate praesertim ac studio vestro, quo religionis et beneficientiae christianae instituta promovetis, laetabilia Nobis afferuntur multa, item de constantia et fide, qua Sedis Apostolicae et auctoritatem sequimini et iura defenditis. Quare vobis plurimum gratulamur, summamque paternae benevolentiae caritatem pollicemur. Vos vero pergite tenere istam viam, quam insistitis, divina subnixi ope : cuius Nos auspicem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, nobilis vir, et sodalibus tuis peramanter impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xv mensis Novembris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

IX.

VENERABILI FRATRI ALFREDO , EPISCOPO TIT. ARCENSI, ADMINISTRATORI APOSTOLICO DIOECESIS LUCANENSIS.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Ad agenda utiliter saecularia solemnia in honorem Caroli Borromaei, cui quidem maxime dandum est laudi, quod disciplinam sui Cleri optime constituerit, iure existimasti nihil a te posse aptius fieri, quam si prima Synodus dioecesis Lucanensis, eo velut duce et auspice, haberetur. Hanc autem feliciter celebratam cognovimus ex tuis et sacerdotum tuorum

communibus litteris, quae magnopere Nos, par uti fuit, delectarunt: plenae quippe vestri in Nos obsequii vestrique amoris erant. Nec vero dubitamus, pro opinione, quam habemus, diligentiae prudentiaeque tuae, quin sapienter in ista Synodo Lucanensis Ecclesiae temporibus consultum sit. Restat, ut Deus benignus prosperos det exitus vestris laboribus; id quod enixe ab eo rogamus, propterea que tibi, Venerabilis Frater et sacerdotibus tuis itemque populo tuae curae concredito apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxvni mensis Novembris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

X.

DILECTO FILIO NOSTRO ANTONIO S. R. E. PRESB. CARD. FISCHER, ARCHIEPISCOPO COLONIENSI.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quae tuo nomine itemque Venerabilium Fratrum, Germaniae Episcoporum, qui tecum solemnem coetum Fuldae celebrarunt, perscribis ad Nos de rebus communiter consultis, ea Nos quidem summo opere delectant; praesertim cum sit perspicuum in consiliis vestris fraternam omnino dominatam esse caritatem, adeo ut opinionum varietas in disceptando consensum omnium in deliberando minime impediverit. Gaudemus etenim vos de re sociali diligenter cavisse, ut simultates contentionesque acerbae, quae inter duo foederatorum opificum genera intercedunt, e medio pellantur; ob eamque causam utrisque sodalitatibus certas quasdam in universum constituisse leges, quas sequi debeant, ut in sua quaeque regione pergant pro veris et dominorum et operariorum utilitatibus niti, idque cum religiosae civilisque rei emolumento. Gratum est etiam, quod significas, vos, Decreti Nostri *Quam singulari* exsequendi gratia, statuisse per communem epistolam docere populum et admonere quid generatim fieri oporteat, ut pueri quamprimum Mensam Eucharisticam participent. In quo velimus probe intelligant Christifideles non tam illud agi ut praecepto Romani Pontificis obtemperetur, quam ut eiusmodi officio satisfiat, quod ab ipsa Evangelii doctrina sponte nascitur, atque adeo ut vetus et perpetua Ecclesiae consuetudo, ubi intermissa est, ibi revocetur. — Quod attinet ad potestatem a Nobis factam Episcopis removendi loco Parochos, ratione oeconomica, non miramur, huic Decreto, quotquot ab eo sibi timent, repugnare, eosque fortasse ab ipsis

rerum publicarum gubernatoribus contendere, ut eiusdem Decreti vim et effectum impediant. Etsi autem usus potestatis huius omnem semper circumspectionem cautionemque desiderat, nolumus tamen, id prudentiae studium unquam abeat in sollicitudinem pusilli animi, ob quam Episcopus, rei difficultatibus, plus aequo, com motus, non audeat ad id devenire, quod magni ad salutem animarum interesse videt. Etenim in perfunctione officii, maxime quae ad divinam gloriam recta pertineat, nulla est defugienda dimicatio, imo animose nobis adeunda, quandoquidem Deus ipse dimicantibus adest *adiutor fortis.* — De detestandis autem *Modernistarum* erroribus ad praescriptam a Nobis formulam, Nos quidem, cum coram tecum egimus, benigna legis interpretatione usi, declaravimus, non adigi eo Motu-proprio ad iusiurandum sacerdotes, qui sacras disciplinas in Athenaeis civilibus profitentur. Verum, si qui ex his doctoribus publicis simul in ministerio sacerdotali ut concionatores aut confessarii versentur, aut sacrum beneficium obtineant, aut in curiis vel iudiciis ecclesiasticis aliquid muneris gerant, eos e communi iurisiurandi lege eximere, Nobis profecto non fuit in animo, nec est. Illi ipsi autem, quibus, utpote doctoribus publicis tantum, iurando abstinere licet, si prae se ferant hac se uti licentia libenter, nullam fortasse de suae doctrinae sanitate suspicionem afferent, at certe iudiciis hominum misere servire se ostendent, ignave reverentes istorum aucto' ritatem, qui non ex animi sententia sed ex odio catholicae professionis clamant personantquè, hoc fidei sacramento dignitatem violari rationis humanae et progressionem studiorum cohiberi. Itaque in hoc genere, praeter eam, quam diximus, causam, remissioni dare locum non placet. Ceterum, hoc habemus persuasum, quibus iurisiurandi gratiam fecimus, eos ipsos in significationem virilis animi fore principes ad illud dandum, nec dubitaturos, si res tulerit, contumelias pati; siquidem facile sibi viderentur non digni magisterio christiano, si se puderet in ministris esse Domini Nostri Iesu Christi. — Quod autem ad populum tuum amantissimis verbis renuntiasti, quemadmodum a Nobis, nempe pro tuis magnis in Nos meritis, paulo ante exceptus esses, gratum est. Nam cum omnes qui suam pietatem Nobis probant, maximeque dilectos filios Nostros, Cardinales, et Venerabiles Fratres, Episcopos, qui regiminis Ecclesiae pondus Nobiscum sustinent, caros habeamus; tum nihil tam valde cupimus, quam ut Nostra erga eos caritas benevolentiae appareat. — Restat ut gratias tibi pro faustis omnibus agamus, quorum quidem referimus ex animo vicem ; atque in auspicium caelestium, quae precamur, munerum tibi, dilecte fili Noster, ceteris omnibus Germaniae Episcopis, in primisque Cardinali Episcopo Vratis-

laviensi, et Clero populoque vestro apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxxi mensis Decembris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

XI.

DILECTO FILIO NOSTRO, ANTONIO IOSEPHO S. R. E. PRESB. CARD. GRUSCHA, ARCHIEPISCOPO VIENNENSI ET VENERABILIBUS FRATRIBUS, CETERIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS DITIONIS AUSTRIACAE.

Dilecte Fili Noster, Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Quas vos haud ita pridem, cum solemne consilium de communibus vestris rebus Vindobonae haberetis, misistis ad Nos plenas amoris et officii litteras, iis Nos magna cum voluptate perlectis, facere non possumus, quin vobis et agamus ingentes gratias, et vehementer gratulemur. Etenim in his temporum acerbitatibus, quae domi forisque tantas Nobis curas et molestias exhibent, omnino labori et aegritudini succumbendum Nobis foret, nisi divinus Auctor et Conservator Ecclesiae infirmitatem Nostram praesenti ope sustentaret. Sed, praeter Dei benignitatem, maxime Nos recreat et reiicit studium sacrorum Antistitum, qui voluntatis necessitudine, non solum dignitatis, Nobiscum cohaereant, suaque navitate et industria onus Apostolatus aliqua ex parte Nobis allevent. Hoc nempe numero vos esse, probe iam scimus : verumtamen praeclara illa vel significatio vestrae erga Nos pietatis, vel professio intimae cum Apostolica Sede vestrum coniunctionis vel declaratio obsequii et fidei, qua praeceptis optatisque Romani Pontificis obtemperare studetis, opportuno Nobis, nec mediocri, solatio fuit; et ob eam rem Nostra vobis gratia debetur. Illud autem causae est, cur vobis gratulemur, quod e coetu Vindobonensi ad explenda boni Pastoris officia atque partes maiorem videmini sumpsisse alacritatem, et praecipue in illa incubuisse, quae hodie vestram diligentiam in primis requirunt. Nam quod in Nostra ponitis laude, quidquid ad hanc diem in utilitatem Ecclesiae gessimus, quodque praesertim ea miramini et effertis, quae Nos de cohibenda peste *Modernismi*, de augenda auctoritate Episcopi in ordinatione paroeciarum, de communicatione Corporis Christi maturanda pueris constituimus, vos quidem pie humaneque facitis ; nihil enim Nos aliud egimus, ac Nostrum officium munusque postulabat : sed tamen intelligimus omnem vos daturos esse operam, ut quae universis Episcopis prae-

scripta sunt, ea vos, pro virili parte, accuratissime exsequamini. Ceterum non eget hortationi s Nostrae quasi stimulo vestra virtus : satis ardorem vestrum elaborandi pro Ecclesia excitat atque acuit ipsa, quae ingravescit contra Ecclesiam conspiratio improborum; hinc est, quod convicia nuper facta adversus Romanum Pontificatum, et contumelias recentius maiestati Religionis in hac alma Urbe impositas tam vos indigne tulistis tamque graviter conqueri mini. Itaque, ut rogatis, divinae gratiae munera, quibus labos vester adiuvetur et fructuosus fiat, precamur, effuse in vos de caelo defluant, eorumque auspicem, vobis, dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, Cleroque et populo vestro apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VII mensis Ianuarii anno MCMXI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. X.

XII.

VENERABILI FRATRI ANSELMO, ARCHIEPISCOPO ACHERUNTINO ET MATERANENSI.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Non mediocri Nos affecit gaudio communis epistola, quam tu, Venerabilis Frater, cum utriusque tuae dioecesis clero, Spiritualibus Exercitiis de more peractis, testem apud Nos esse vestrae in Nos pietatis vestraeque erga Apostolicam Sedem fidei voluistis: sed praecipue proposita placuerunt, quae professi estis ideo a vobis inita, ut sanctarum commentationum fructus vobis constaret. Et recte quidem existimatis non posse vos melius tum vestrae saluti tum aliorum consulere, quam si et talem suscipiatis rationem vitae, qualem in Nostra ad Clerum *Exhortatione* proposuimus, et populum in doctrina christiana diligenter instruatis. Idcirco enim divinae religionis plerumque vel contemnuntur dogmata vel negliguntur praecepta, quia vulgo ignoran tur. Praeterea, etsi habebamus certum vos magisterio Ecclesiae auctoritatique Romani Pontificis esse, ut oportet, obedientes atque ab omni Modernistarum errore et insania longe alienos, tamen id vos solemni pollicitatione confirmasse, gratum Nobis est. Gratias autem vobis agimus, quod paupertati Sedis Apostolicae pro facultate subvenistis : rogamusque Deum ut ipse hoc vestrum in Nos meritum abunde remuneretur. Quare auspicem divinorum mune-

rum, apostolicam benedictionem vobis omnibus, Venerabilis Frater et dilecti filii, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VII mensis Ianuarii anno MCMXI, Pontificatus Nostri octavo.

PTUS PP. X.

S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

I.

DE ABSOLUTIONE SEU BENEDICTIONE PAPALI TERTIARIIS ACCIPIENDA.

DECRETUM

Die 15 Decembris 1910.

SSmus N. D. Pius divina Providentia PP. X, in Audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, preces a nonnullis Tertiariorum Sodalitatum Moderatoribus pluries porrecta, benigne excipiens, quo facilius Tertiarii ex utroque sexu, cuiuscumque Ordinis, iis non exceptis, qui vitam communem agunt, diebus statutis generalem Absolutionem seu Papalem Benedictionem recipere valeant, clementer indulsit, ut, quoties ipsi ad hunc finem una simul convenerint, et Sacerdos, cuius est illam impertiri, quacumque ex causa, abfuerit, eamdem Absolutionem seu Benedictionem accipere possint a quolibet Sacerdote, sive saeculari, sive regulari, -qui ad sacramentales confessiones audiendas sit approbatus. Praesenti in perpetuum valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Aloisius Giambene,

L $ S. *Substitutus pro Indulgentiis.*

IL

DE METALLICO NUMISMATE PRO LUBITU FIDELIUM SACRIS SCAPULARIBUS EX PANNO SUFFICIENDO.

DECRETUM

Cum sacra, quae vocant, scapularia ad fidelium devotionem fovendam sanctiorisque vitae proposita in eis excitanda maxime conferre compertum sit, ut pius eis nomen dandi mos in dies magis invalescat,

SSmus D. N. D. Pius divina providentia PP. X, etsi vehementer exoptet ut eadem, quo hucusque modo consueverunt, fideles deferre prosequantur, plurium tamen ad Se delatis votis ex animo obsecundans, praehabito Emorum Patrum Cardinalium Inquisitorum Generalium suffragio, in Audientia R. P. D. Adsessori huius Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, die 16 Decembris anni currentis, impertita, benigne decernere dignatus est:

Omnibus fidelibus, tam uni quam pluribus veri nominis atque a Sancta Sede probatis scapularibus (exceptis quae Tertiorum Ordinum sunt propria), per regularem, ut aiunt, impositionem iam adscriptis aut in posterum adscribendis, licere posthac pro ipsis, sive uno sive pluribus, scapularibus ex panno, unicum numisma ex metallo seu ad collum seu aliter, decenter tamen super propriam personam, deferre, quo, servatis propriis cuiusque eorum legibus, favores omnes spirituales *{Sabbatino,* quod dicunt, scapularis B. M. V. de Monte Carmelo *privilegio* non excepto) omnesque indulgentias singulis adnexas participare ac lucrari possint ac valeant;

Huius numismatis partem rectam, SSmi D. N. I. C. suum sacratissimum Cor ostendentis, aversam, Bmae Virginis Mariae effigiem referre debere ;

Idem benedictum esse oportere tot distinctis benedictionibus quot sunt scapularia regulariter imposita, queis, pro lubitu petentium, sufiici velit;

Singulas has, demum, benedictiones impertiri posse *unico crucis signo,* vel in ipso adscriptionis actu, statim post absolutam regularem scapularis impositionem, vel etiam serius, pro petentium opportunitate, non interest an servato vel non diversarum adscriptionum ordine, nec quanto post temporis ab ipsis, a quovis Sacerdote, etiam ab adscribere distincto, qui respectiva scapularia benedicendi sive ordinaria sive delegata facultate polleat, firmis ceteroquin primitivae facultatis limitibus, clausulis et conditionibus.

Contrariis quibuscumque, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 16 Decembris 1910.

ALOISIUS GIAMBENB,
Substitutus pro Indulgentiis.

L.)$j S.

III.

AD DECRETUM S. CONGREGATIONIS S. OPPIGri DE METALLICO NUMISMATE SACRIS SCAPULARIBUS SUFFICÍENDO

DECLARATIONES.

Circa numismata hucusque ad finem, de quo supra, benedicta, et circa facultatem ea benedicendi a SSmo Dno nostro, directe, vel per aliquod S. Sedis Officium, aut aliter quomodolibet iam concessam, Idem SSmus mentem Suam aperuit, et quae sequuntur adamussim servanda mandavit :

1. Numismata a facultatem habentibus rite iam benedicta, etiam in posterum scapularium loco gestari poterunt, eo modo et sub iis conditionibus, quibus constitit factam esse potestatem;.

2. Sacerdotes omnes, saeculares vel regulares, etiam conspicua fulgentes dignitate, ne amplius numismata sic benedicendi utantur facultate, quinquennio ab illa obtenta transacto. Poterunt interea, etiamsi scapularia respective benedicendi non polleant facultate, numismata ubilibet benedicere; ea tamen lege, ut sive quod ad statutas eorum attinet imagines, sive quod ceteras respicit conditiones, praescriptionibus in supra relato Decreto contentis omnino se conforment;

3. Qui porro subdelegandi praediti erant facultate, hac ipsa Decreti et Declarationum promulgatione, se illa noverint excidisse; satis enim per idem Decretum iam spirituali fidelium emolumento provisum est.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 16 Decembris 1910.

ALOISIUS GIAMBENE,
Substitutus pro Indulgentiis

L. S.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i.

DECLARATIONES

CIRCA IUSIURANDUM A MOTU-PROPRIO " SACRORUM ANTISTITUM " PRAESCRIPTUM.

Propositis huic sacrae Congregationi Consistoriali quae sequuntur dubiis, id est:

I. utrum alumni Religiosi maioribus ordinibus initiandi teneantur dare iusiurandum a Motu-proprio *Sacrorum Antistitum* praescriptum coram Episcopo ordines conferente, an coram moderatore religioso;

II. coram quonam idem iusiurandum praestare debeant Religiosi qui confessionibus excipiendis et sacris concionibus habendis destinantur;

III. in quibusnam tabulariis adservanda sint documenta iusiurandi a superius memoratis Religiosis dati;

SSmus Dominus noster Pius PP. X, in audientia diei 16 Decembris 1910 Cardinali Secretario eiusdem sacrae Congregationis concessa, mandavit ut respondeatur:

ad I. affirmative ad primam partem, negative ad secundam;

ad II. coram eo, a quo approbationem confessionibus excipiendis et sacris concionibus habendis obtinent.

ad III. in tabulario illius Ordinarii, qui iusiurandum recepit.

Datum Romae, ex aedibus sacrae Congregationis Consistorialis, die 17 Decembris anno 1910.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. £g S. S. Tecchi, *Adsessor.*

IL

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

SSmus D. N. Pius Papa X, decreto Sacrae huius Congregationis Consistorialis, elegit:

14 decembris 1910. — R. P. D. Balthasaren! Kaltner, episcopum titularem Agathopolitanum et Auxiliarem Emi Archiepiscopi Salisburgensis, in episcopum cathedralis ecclesiae G-urcensis.

— R. P. Pium a S. Ioseph, in saeculo Marcellum Bagnoli, definitorem generalem Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, consultorem Sa-

crarum Congregationum Concilii et de Religiosis, in episcopum cathedralis ecclesiae Marsorum.

19 decembris 1910. — R. D. Ioannem Rosi, dioecesis Cremensis, doctorem in philosophia ac iure canonico, rectorem ac professorem in seminario cremensi, in Episcopum cathedralis ecclesiae Montis Falisci.

Mandavit autem idem SSmus Dominus ut hac de re Litterae Apostolicae sub plumbo ad tramitem iuris expediantur.

III.

ERECTIONES DIOECESUM.

SSmus D. N. Pius Papa [X, decreto Sacrae huius Congregationis Consistorialis, elegit:

10 decembris 1910. — Novam dioecesim *Montesclarensem* in Brasilia dividendo dioecesim Adamantinam in duas partes, et assignando novae dioecesi eam veteris (dioecesis) Adamantinae partem, quae est ad septentrionem eis flumina *Jequiiinbonha, Macahubas, Jèquetahy, S. francisco et Urucuya.*

Mandavit autem idem SSmus Dominus ut hac de re Litterae Apostolicae sub plumbo ad tramitem iuris expediantur.

S. CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

MOH1LOVIEN.

PRAESUMPTAE MORTIS CONIUGIS.

Revmus Vicarius Capitularis Mohilovien., die 6 mensis Martii anno 1909, huic S. C. quae sequuntur obtulit preces : « Iacobus Ondzul, tempore belli Russico-Iaponici, pugnae apud civitatem Mukden, die 22 Februarii 1905 interfuit, et prout ex adiecto testimonio potestatis militaris patet, in eadem pugna absque ulla notitia periit. Nunc uxor eius, Martha Ondzul, credens virum suum in proelio fuisse occisum, novas nuptias inire vult. Cum tamen mors Iacobi Ondzul, quamvis probabilissima, incerta nihilominus remaneat, hinc iuxta Instructionem B. C. Inquisii, die 13 Maii 1868 datam, negotium decisioni Sanctae Sedis Apostolicae submitti debet. Quia vero casus similes quamplurimi habentur, etenim eodem bello, praesertim in pugnis prope Mukden et Lao-Yan, copiae

Russicae, acie turbata a copiis Iaponensibus, sese retrahentes, plurimos perdiderunt milites, qui dein, a Iaponensibus, quo factum est ut nunc de permultis militibus qui proeliis interfuerant, nullae habeantur notitiae, hinc infrascriptus Vicarius Capit. Mohilovien. ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humillime orat ut Sanctitas Vestra benignissime declarare dignetur:

« 1.° Utrum dictae Marthae Ondzul novas nuptias inire liceat; et

« %° Quid faciendum in aliis casibus similibus ».

Quibus precibus adiectum est militaris officii testimonium ut sequitur :

« Ministerium rebus bellicis gerendis praepositum - Praetorium maius - Specialis sectio pro colligendis notitiis de occisis et vulneratis militibus in bello cum Iaponia. - Specialis sectio Praetorii maioris praesentibus nuntiat iuxta relationem Praefecti legionis 100ae Ostroviensis, Iacobum, Iacobi filium, Ondzul, e militibus copiis subsidiariis annumeratis, ad arma vocatum, in pugna prope civit. Mukden die 22 Februarii 1905 absque ulla notitia periisse, et dispositione, eodem anno N. 57 legioni data, ex elencho militum legionis esse expunctum. Sectionis Praefectus, ßelli-dux-legatus Smorodsky. - Praefectus legionis Kalugin ».

Ad quam rem, cum nempe agitur de probando obitu alicuius coniugis, ut transitus ad alias nuptias permitti possit, constat quam caute sacri canones procedendum esse iubeant. Exigitur enim quod de morte coniugis certo constet, ut cap. *% De secundis nuptiis,* vel quod de ipsa morte *certum nuncium* recipiatur, cap. 19, *De sponsalibus et matrimoniis;* ideoque authenticum documentum de obitu exquiri debet. Quod si haberi nequeat, testium depositionibus supplendum est; his vero deficientibus: «Probatio obitus ex coniecturis,praesumptionibus,indiciis et adiunctis quibuscumque tam sedula certe et admodum cauta investigatione curanda erit, ita nimirum ut pluribus hinc inde collectis, eorumque natura perpensa, prout scilicet urgentiora vel leviora sunt, seu propiore vel remotiore nexu cum veritate mortis coniunguntur, inde prudentis viri iudicium ad eandem mortem affirmandam probabilitate maxima seu morali certitudine promoveri possit », prout loquitur Instructio S. C. S. Officii data anno 1868, quae incipit: « *Matrimonii vinculo* ».

Neque civilis legis provisiones locum requisitae moralis certitudinis tenere possunt; quae quidem provisiones secundum suos cuiusque populi atque aetatis mores sunt constitutae. Revera praefatum S. Off. ad dubium: « Utrum provisiones legis civilis de absentibus coniugibus locum certitudinis moralis de eorum morte tenere possint, ac consequenter utrum derelicti coniuges, perfectis et impletis istis provi-

sionibus, aliud matrimonium legitime contrahere valeant », die 28 Iunii 1865 Vicario Apostolico Pondicheriano reposuit : « Iuxta expositum, *Negative,* et expendendos esse casus particulares ab ipso Vic. Apost, iuxta Instructionem quae eidem communicatur ».

Atque haec ipsa S. Congr. de disc. Sacr. in causa *Messanen, seu Rheginen., Praesumptionis de morte,* diei 12 Martii 1909, quoad incolas Siciliae et Calabriae qui terraemotu diei 28 Decembris 1908 disparuerant, et de quorum morte potestas civilis testimonium dederat, proposito dubio: «An et quomodo providendum», in plenario conventu respondit : « Expendendos esse ab Ordinario casus particulares, iuxta instructionem " *Matrimonii vinculo* ", a S. C. S. Officii datam anno 1868 ».

Verum ad moralem certitudinem in re gignendam argumenta depromi quoque possunt ex actis a civili Tribunali confectis, examine super ipsis instituto, prouti S. Off. die 6 Februarii 1861, respondit: « Argumenta etiam desumi possunt ex actis a Tribunali civili confectis, et deinde super illis instituto examine, ubi nihil contrarium reperiatur, ab Ecclesiastica potestate fieri debet sententia, qua declaratur satis constare de obitu personae de cuius existentia inquiritur ».

Et in praesenti casu militis Iacobi Ondzul, quamvis acta non exarata fuerint a Tribunali civili, attentis tamen circumstantiis, peculiari vi pollet documentum de morte Iacobi, quod edidit specialis sectio pro colligendis notitiis de occisis et vuineratis militibus in bello cum Iaponia.

Quod autem spectat casus, quodammodo similes, militum qui in proelio cecidisse praesumebantur, afferri potest responsum S. O., datum die 27 Apr. 1887, quoad Iosephum N., qui an. 1870 ad bellum profectus, in proelio ad civitatem S. Quintini, die 19 Ian. an. 1871 commisso, disparuit, ut constabat ex litteris Ministri qui militiae praeerat, neque ex eo tempore ulla fama de eo audita fuit, ita ut Tribunal civile sententiam de eius obitu pronuntiaverit. Addendum quod Iosephus pactum cum septem ex suis sociis iniverat, ut post proelium in eundem locum convenirent, solusque e conventu abfuit. Et Suprema S. Cong. reposuit: « Dummodo ex authenticis documentis et ex testibus fide dignis saltem summarie et extraiudicialiter constet non solum de iis quae ab Episcopo exprimuntur, sed insuper Iosephum N. sincero animo prosequutum fuisse uxorem et liberos, neque ullam adfuisse causam quare eos desereret, permitti posse oratrici ut matrimonium ineat cum Ludovico N. ».

Et quoad uxores militum qui proelio de Adua anno 1895 interfuerant, et quorum nulla notitia supererat, non obstantibus investigationi-

bus a Gubernio peractis, eadem S. Congr. die 20 Iulii 1898 rescripsit: « Dummodo agatur de viris qui certo adstiterunt pugnae de Adua, et peractis opportunis investigationibus, indubitanter dignosci nequeat, an vir reapse mortuus ceciderit, attentis specialibus circumstantiis in casu exposito occurrentibus, et valida praesumptione obitus, Ordinarius permittere poterit transitum ad alias nuptias ».

Circa igitur preces Vicarii Capitularis Mohiloviensis, quas supra retulimus, in plenariis Comitiis H. S. C. habitis die 16 Decembris 1910, proposita sunt dubia:

I.um *An Marthae Ondzul permitti possit transitus ad alias nuptias in casu.*

II.um *An et quomodo providendum sit in aliis casibus similibus.*

Ac re mature perpensa, EE. PP. respondendum decreverunt:

Ad I.um *Affirmative.*

Ad II.um *Applicandum esse responsum a S. Officio datum die 20 Iulii 1898 quoad viros qui adstiterunt pugnae de Adua.*

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. © S.

Ph. Giustini, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

i.

DECRETUM QUOAD LAICOS ORDINUM RELIGIOSORUM.

Sacrosancta Dei Ecclesia Ordines Religiosos decorandos voluit solemnitate votorum, quo status prosequentium in eis evangelica consilia fieret aestimatione et effectu in christiana societate stabilior. Ad quae vota solemniter profitenda eos quoque admittit, qui nulla Sacerdotii Christi participatione donati, Conversi seu Laici vocantur.

Quum vero per votorum solemnitatem prorsus irrevocabili, arctissimo et publico nexu mancipetur homo divino servitio coram Ecclesia et fidelibus universis, decet omnino, ut qui, hac ratione, Christi vestigia se propius ac perpetuo secuturos spoponderunt, ii fideliter in sua promissione perseverent. Quod praesertim de Laicis seu Conversis dicendum est, quos nonnisi admiratione summa et scandalo cernèrent fideles, post solemnem professionem ad saecularia vota redire, nullo a se vitae prioris signo distinctos.

Spiritus autem temporum, qui omnimodam libertatem infausto vindicat hominibus, sancta quoque Monasteriorum septa est furtim praetergressa; idque etiam effecit, ut cum desiderio vitae humilioris, absconditae in Christo, qualis Conversorum solet esse in Coenobiis, propositi perseverantia simul imminueretur, in iis praesertim Laicis, quos forsan religiosos potius fecerat necessitas, quam voluntas, vel quos Superiores absque debitis cautelis exeeperant, vel quos acceptis a Deo beneficiis abuti contigerat. Hos, parvi facientes verba Sancti Augustini: *Nec ideo te vovisse poeniteat, imo gaude iam tibi non licere quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaque intrepidus et dicta imple factis; ipse adiuvabit, qui vota tua expetit. Felix est necessitas, quae in meliora compellit* (S. Aug., *Ep.* 127, 8), mater Ecclesia, studens minori malo, licet non sine magna com miseratione, aliquando permisit abire.

Ut igitur dignitas votorum, quae etiam Laici solemni ritu promittunt, in laude, qua in Ecclesia merito gaudent, perseveret, et ad sanctum vocationis propositum impensiore cura provehendum, nostra difficillima aetate, haec Sacra Congregatio, Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, rem attentissime in Domino consideravit, discussis sedulo causis, propositisque mediis ac remediis; sententiamque expetivit quum Moderatorum Generalium praecipuorum Ordinum, tum plurium ex suis Consultoribus. Quae omnia Emi Patres Cardinales Sacri eiusdem Consessus, in Plenario Coetu, die 29 Iulii anno 1910 ad Vaticanum habito, diligentissime perpendentes, quaedam statuenda rati sunt, quae Laicorum ingressum, tyrocinium, institutionem, votorum emissionem in posterum opportune moderentur.

Haec igitur erunt apprime servanda ab omnibus Religiosis Familiis, apud quas a Conversis quoque solemnia vota nuncupantur, nimirum :

1. Moderatoribus Generalibus facultas fit permittendi toties quoties Superioribus Provincialibus, ut excipere valeant eos quoque iuvenes, ad Laicorum munia destinatus, qui vix expleverint decimum septimum aetatis annum, servatis servandis.

2. Nemo ad Novitiatum admittatur, qui per duos saltem annos, vel per plures, si magis diuturnum experimentum Constitutiones Ordinis praescribant, postulatum non expleverit, sub poena invalidae postea professionis.

3. Novitiatus ante vigesimum primum aetatis annum initium non habeat, ad tramitem iuris vigentis; isque unum vel etiam duos annos perduret, iuxta proprii Ordinis Constitutiones.

4. Expleto Novitiatu, servatisque quae servanda sunt, Laici admitti

possunt ad simplicem votorum professionem, quae quidem, perpetua ex parte voventis, sit ad tempus sexennii ex parte Ordinis.

5. Absoluto sexennio votorum simplicium et expleto trigesimo aetatis anno ac non prius, sub poena item invaliditatis, servatisque pariter servandis, Laici vota solemnia nuncupare poterunt.

6. Quae in praecedentibus articulis respiciunt professionem votorum simplicium et solemnium erunt quoque servanda quoad Laicos nunc in Coenobiis viventes, qui solemnem professionem nondum nuncuparunt.

Spatium hoc sat diuturnum novem annorum sperandum est, fore ut quum Superioribus tum tyronibus opportunitatem det explorandi illinc voluntatem, hinc vitae institutum, ad quod postea solemniter amplectendum, virtute firmior, potest homo maturius afferre iudicium.

Haec autem aliquam, non tamen omnino firmam darent perseverantiae spem, nisi ea comitentur sequentes et aliae id genus cautelae et industriae, quas Apostolica Sedes, decursu saeculorum, edixit vel adhibendas suasit, et observantiores Familiae Religiosae laudabili consuetudine et felici exitu expertae sunt.

Et in primis quoad Conversorum receptionem, multae sunt eaeque sedulae adhibendae cautelae et inquisitiones praemittendae. Provincialis indaget oportet de legitimitate natalium, de morum honestate, de optima coram populo fama, de idoneitate tyronum, ac praesertim de natura finis, quo ipsi aguntur, amplectendi statum Religiosum. Plures enim sunt, qui Religionem ingressi, non videntur commoda dereliquisse, sed quaerere ; qui quaerunt *in Monasterio quae nec foris habere potuerunt (Reg.,* S. Aug., c. I, 3), quique facilem vitam curarumque expertem, im merito nominis honore, gerere cupiunt. Hi sane non sunt, quibus cum Sancto Augustino exclamare fas est: *Quam suave mihi subito factum est carere suavitatibus nugarum, et quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat!* (S. Aug., *Conf.,* 1. 9, c. 1). Erunt quidem hi habitu Religiosi, non virtute, quos rectius fuerat in saeculo ambulasse per plana, quam ad altiora tendentes forsan in discrimen suam aeternam vocare salutem.

Quos factae, etiam secreto, inquisitiones et exhibita documenta serio commendaverint, ii tantum, praehabita de more maiorum Superiorum licentia, ad Postulatum admittantur.

Satis exploratum est, habet Clemens VIII in Instructione *Cum ad regularem* (n. 22), super receptione et educatione Novitiorum, *perfectam educationem* Conversorum *tum Religioni decorem et ornamentum, tum aliis Christifidelibus aedificationem, exemplum atque utilitatem afferre.*

Necesse igitur est, ut statim ab ipso initio eorum animum spiritus Religiosus et Ordinis totum pervadat. *Qui disciplinam in novae conversationis initio negligit, ad eam postmodum difficile applicatur, et formam, quam primo quis recipit, vix deponit* (S. Bonaventura, *in Spec. Disc,* prolog. n. 1).

Ad hoc assequendum praefiniatur Postulantibus Pater, quem et aetas probaverit et vita, cui dicit sanctus Bernardus: *Zelum tuum inflammet caritas, informet scientia, firmet constantia* (S. Bernardus, Serm. 20, n. 4, Cani), et de quo Sanctus Gregorius Magnus scripsit *(Reg. Past.,* p. 2 c. 6) : *Curandum quippe est ut rectorem subditis et matrem pietas et patrem exhibeat disciplina. Atque inter haec sollicita circumspectione providendum, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa... Miscenda ergo est Unitas cum severitate; faciendum quoddam ex utraque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur.*

Saepe ab ipsa civili educatione initium ducendum est ; quum inferioris soleant esse fortunae qui Laicorum numero petunt adscribi. Inurbanitas in agendi modis, in responsionibus dandis, in incessu, in ipsa corporis sumenda refectione, erit paulatim, sed omnino, evellenda. Sordidi habitus, quos sibi non amor humilitatis et contemptus mundi sollicite elegit, sed rudis negligentia foedavit, non olent spiritum Christi, ideoque non semper bene de iis, quorum corpora tegunt, annuntiant. Corporis habitusque mundities, comite semper modestia ac simplicitate, erit summopere curanda. Quas item in mundo civilis educatio moderatas regulas constituit humani consortii, eas caritas quoque fraterna adhibendas suadet etiam in Coenobiis, quum caritatis sit, quidquid proximum perturbare potest, attente defugere. Inurbanitas autem, quae ex studio sui commodi procedit cum aliorum neglectu, non potest quin molestiam aliis inferat detque occasionem patientiae.

Externe haec sese habendi compositio viam sternit animo plenius educando, iis scilicet nobilibus sensibus infundendis, quibus mens trahitur ad aliorum levem quamque offensionem vitandam, desideria praevenienda, gratum animum facile demonstrandum, alios sibi praeferendos.

Haec tamen singula informet oportet, regat ac nobilitet caritas Christi, ita ut quidquid verbis, operibus, omissionibus nostris laudabile est ac proximo gratum, procedat ex corde pleno caritatis.

Quae omnia, si Laicos decent, summopere eminere debent in Sacerdotibus et iis, qui ad sacerdotium erunt promovendi, quorum igitur Laici intuentes exempla, pertrahantur non solum ad virtutis, sed etiam ad modestae urbanitatis tramitem prosequendum.

Monitis, hortamentis, patientia ac praesertim exemplo, radiorum

quoque non erit difficile in urbanos et amabiles ita convertere mores ac modos, ut, non multo post eorum ingressum in Religionem, de ipsis repetere liceat illud Sancti Bernardi: *Induerunt sibi faciem disciplinatam, et bonam totius corporis compositionem... sermo rarior, vultus hilarior, aspectus verecundior, incessus maturior. Verum, quia haec noviter coepere, ipsa sui novitate flores censenda sunt et spes fructuum, magis quam fructus* (Serm. 63, in Gant. n. 6).

Fructus hos quidem gignet institutio spiritualis, cui toti sint cum Postulantibus Praepositus, et cum Novitiis Magister. Laicorum profectum in viam sanctitatis faciant ipsi opus et lucrum suum, opus et lucrum sane nobile et ingens.

Ad normam Decretorum Apostolicae Sedis, eis explicent universam doctrinam christianam, praesertim quoad sacramenta confessionis et communionis rite et fructuose percipienda, prae oculis habentes Catechismum Concilii Tridentini ad Parochos. Simul eos doceant, quasnam obligationes secum trahat votorum professio, quid exigant votis respondentes virtutes. Eas quoque explanent Regulae et Constitutionum partes, quae ad Conversos pertinent.

Habeantur statis diebus collectiones seu sermones ad Laicos, non tantum vero ad novos, sed ad omnes, seniores quoque votorum professione et aetate; quibus collectionibus seu sermonibus argumentum sint non solum catechismus, vitae spiritualis monita, Regulae et Constitutionum explanatio, verum etiam normae practicae et exempla modestae moderataeque urbanitatis.

Laicorum autem animum iis virtutibus ac praesidiis Superiores roborare satagant, quae Laicorum status, praecipua quadam ratione, reposcit, nempe humilitate, obedientia, spiritu orationis ac sanctificatione laboris.

Et in primis, exteriorem et cordis humilitatem studeant assequi Laici. *Nec aliam tibi... viam munias, quam quae munita est ab illo, qui gressuum nostrorum tamquam Deus vidit infirmitatem. Ea est autem prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas : et quoties interroges, hoc dicerem* (S. Augustinus Ep. 118, n. 22). Nam, ut habet divus Bernardus *(De Cons.* 1. 5, c. 14, n. 32): *Virtutum.... stabile fundamentum, humilitas..:, si nutet illa, virtutum aggregatio nonnisi ruina est.* Quod ita explicat Sanctus Thomas: *Humilitas primum locum tenet, inquantum scilicet expellii superbiam, cui Deus resistit, et praebet hominem subditum et semper patulum ad suscipiendum influxum divinae gratiae, inquantum evacuai inflationem superbiae; ut dicitur* lac. IV, *quod Deus*

superbis resistit, humilibus autem dat gratiam; et secundum hoc, humilitas dicitur spiritualis aedificii fundamentum (II. II. q. 161, art. 5, ad 2).

Quum vero *ad veram humilitatem inducat frequens in despectis operibus exercitatio, dicente Sacra Scriptura quod numquam ad humilitatis virtutem perveniet qui opera humilitatis refugit* (B. Alb. M. *de Par. Animae* c. 2), muneribus quibus funguntur, eo potissimum debent gaudere Laici, quod humilitatis exercendae et augendae veluti indeficientem habeant opportunitatem.

Excellât quoque in Laicis obedientia. Noverint in ea nullum esse peccandi periculum ; cum ea, certissima est victoria, inexpugnabile tutamen, merita plurima, pax summa. Sit autem oportet munita supernaturalibus motivis. Iuxta Sanctorum documenta, rectores nostri sunt vicarii Dei super nos. Et ideo debemus eis sicut Domino obedire et non sicut hominibus, quia non propter ipsos, sed propter Deum eis subiacemus. Ac Sanctus Gregorius Magnus docet: *Vera namque obedientia nec praepositorum intentionem discutit, nec praecepta discernit. . . . Qui obedientiae bonum exsequitur, non iniunctum opus debet considerare, sed fructum.* (In 1. Reg. 1. 2, c. 4, n. 11). Quapropter Sanctus Bernardus merito impropérat eorum obedientiam, qui *non in omnibus parati sunt obsequi, non per omnia sequi proposuerunt eum, qui non suam, sed Patris venit facere voluntatem. Discernunt et diiudicant, eligentes in quibus obediant imperanti* (In conv. S. Pauli, Serm. I, n. 6); et quos constat, iuxta eumdem Sanctum Bernardum, *nec unquam libenter obedire, nisi cum audire contigerit quod forte libuerit, aut quod non aliter licere seu expedire monstraverit vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas (De praec, et dispensat.* c. 10, n. 23). Huic exercendae virtuti validissimum dent auxilium et animum verba et exempla Christi Iesu, qui non desiit asseverare : *Descendi de coelo, non ut faciam voluntatem meam. Non quaero voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Ego quae placita sunt ei, facio semper. Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, ut perficiam opus eius. Pater mi,.... non sicut ego volo, sed sicut tu* (Ioan. 6, 38; 5, 30; 14, 31; 8, 29; 4, 34; Matth. 26, 39); quique *factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (Philip. 2, 8).

Spiritus quoque orationis erit magnopere provehendus. *Orandi diligentia tibi in primis necessaria est: impenetrabilis enim armatura, certum perfugium, securus portus, tutissimumque asylum est oratio. Haec una et mala omnia depellit ab anima, et bona omnia in illam invehit. Ipsam anñmam purgai, poenam peccatis debitam submovet, praeteritas negligentias sarcit, divinam gratiam impetrat, pravas concupiscentiae*

extinguii, effrenatas animi passiones domai, hostes prosternit, tentationes superat, calamitates lenit, moerorem fugat, laetitiam infundit, pacem conciliat, hominem Deo coniungit, coniunctumque ad aeternam gloriam sublevat. Precando impetrabis quidquid utile tibi fuerit (Lud. Blosius, *Canon vitae spirit.*, c. 17, n. 1). Clemens VIII ad Conversorum religiosam institutionem id quoque praescripsit: *Pro eorum capacitate et commoditate, de spiritualibus, praesertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt (Instr, super rec. et educ. Novit.*, n. 22).

Curandum igitur est, ut bene noscant Laici virtutem et exercitium orationis; ut statis horis orationi quum mentali tum vocali fideliter vacent; ut tempus ad hoc statutum in Constitutionibus Ordinis unice orationi integrumque dicent; nec satis sit eos meditationi operam dare, quum Missis inserviunt. Indagent autem Superiores, praesertim postquam Laici tyrocinium absolverint, utrum meditationi et orationibus incumbant.

Brevium quoque orationum, quas iaculatorias vocant, sit ipsis usus continuus inter diem. Compendiosa est enim via ad consequendam animae unionem cum Deo, ad merita augenda, ad rectam intentionem servandam, ad tentationes praeripiendas et superandas, ad omnia sanctitate extollenda.

Manuale opus, quod in Coenobiis est munus Laicorum praecipuum, pariter sanctificent, non ad oculum servientes, non laudis expetentes praemium, sed unice voluntatis Dei ac Superiorum solliciti. *Quam pudeñdum et dolendum* est, *si détectai labor, ut... cuppa et sacculus impleatur... et non détectât, ut Deus acquiratur* (S. August. *De bon. vid.* c. 21). *Quanta apud Deum merces, si in praesenti pretium non sperarent ! Quantis sudoribus haereditas cassa expetitur ! Minori labore margaritum Christi emi poterat* (S. Hieron. ad Nep., *de vita cler. et monac.* 6).

Habeant tandem prae oculis monita Sancti Bonaventurae: *Continue mentem tuam ita habeas ordinatam cum Deo, quod omne opus tuum atque exercitium tam mentis quam corporis sit oratio, omniaque servitia, et maxime humiliora cum tanto facias caritatis fervore, ac si ea Christo corporaliter exhiberes. Quod certe debes et potes veraciter cogitare, quoniam ipse dixit in Evangelio : Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. — Scias indubitanter, carissime frater, quod nisi perfecte abnegaveris temetipsum, sequi non poteris vestigia Salvatoris et sine sollicitudine continua et labore eius gratiam adipisci nequibis, et nisi assidue pulsaveris portas eius, ingredi non poteris ad pacem mentis, et nisi te instanter in timore Dei tenueris, cito domus tua corruet in profundum. (Memorial,* n. 19 et 25 conclus.).

Ad quae omnia consequenda Laici sacrae mensae assidui sint per

frequentem, imo etiam quotidianam SSmae Eucharistiae sumptionem ad normam recentiorum instructionum Apostolicae Sedis. Itemque omnino peculiarem colant devotionem erga Deiparam Virginem Mariam, quam ut suam amantissimam matrem semper invocare, honorare et imitari conentur.

Curent quoque Superiores, ut Sacerdotes et Laici mutuam sibi summamque observantiam et caritatem adhibeant. Revereantur Laici Presbyteros, a quibus ministeria ac mysteria maxima accipiunt. Honorent Presbyteri Laicos et *studeant... de pauperum fratrum societate gloriari (Reg.* S. Aug., c. I, 5). Id meminerint Sacerdotes, plurimos in Religiosis Ordinibus Laicos, ab humilioribus occupationibus, quibus per vitam functi fuerant, ad altarium honores evectos et inter beatos Coelites post mortem adnumeratos fuisse. Illud igitur genus vitae in Laicis pia colant observantia, quod tam frequenti et mirificae sanctitati aditum patefecit.

Ne gravitate munerum exercendorum in Conventu Laici superbiant, animo efferantur et parvi faciant ipsos Sacerdotes, officia graviora cuiusvis generis ne demandentur eis, nisi necessitate cogente, idque fiat semper sub omnimoda dependentia et obedientia alicuius patris gravioris aetatis et consilii, cui agendorum et gestorum ipsi rationem fideliter reddant.

Haec sufficiant de plurimis pauca.

Ceterum haec Sacra Congregatio summopere confidit, fore ut Superiores Generales omnium Ordinum Religiosorum ad simile vitae studium pro viribus provocare nitantur suos Laicos. Sic eorum vigilet tolerantia, ut non dormiat disciplina. Nam *nil tam fixum animo, quod neglectu et tempore non obsolescat* (S. Bern., *de Cons.*, 1. 1, c. 2). *In hoc enim differunt laudabiles religiones et iam dilapsae, non quod nullus peccans in laudabilibus reperiatur, sed quod nullus impune peccare sinatur, et peccandi aditus studiose praecluduntur, et incorrigibiles et alios inficientes eliminentur, et boni foveantur et diligantur, ut perseverent et in melius semper proficiant* (S. Bonavent., *De sex alis Seraph.*, c. % n. 13).

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X relatis, Sanctitas Sua ea rata habere et confirmare dignata est, contrariis quibuscumque non obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 1 Ianuarii 1911.

Fr. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

I, & S.

f Donatus Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

II.

DECRETUM DE RELIGIOSIS, SERVITIO MILITARI ADSTRICTIS.

Inter reliquas difficultates, quibus premitur Ecclesia Christi nostris temporibus, ea quoque recensenda lex est, qua ad militiam adiguntur etiam iuvenes, qui in religiosis Familiis Deo famulantur.

Nemo sane non videt, quantum detrimenti ex hac infausta lege provenire possit, quum iuvenibus, tum ipsis Sodalitatibus. Dum enim militiae vacant religiosi tyrones, facile vitiis maculari possunt, quibus infecti, vel, neglectis, quae emiserant, votis, ad saecularia remigrabunt, vel quod longe peius est, religiosam répètent domum, cum periculo alios contaminandi.

Ad haec igitur praecavenda mala, Sacra Congregatio, Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, in Plenario Coetu Emorum Patrum Cardinalium, die 26 mensis Augusti 1910 ad Vaticanum coadunato, sequentia decrevit :

I. In Ordinibus Regularibus, in quibus vota solemnia emittuntur, iuvenes, quos exemptos esse certo non constet a servitio militari activo, scilicet ab eo servitio, quod ipsi primitus ad militiam vocati ad unum vel plures annos praestare debent, admitti nequeunt ad Sacros Ordines vel ad solemnem professionem, quousque non peregerint servitium militare et, hoc expleto, saltem per annum, iuxta infra dicenda, in votis simplicibus permanserint, servato quoad Laicos decreto *Sacrosancta Dei Ecclesia,* hac eadem die edito.

II. In Institutis votorum simplicium iuvenes, de quibus in articulo praecedenti, ad vota dumtaxat temporaria admitti poterunt usque ad tempus militaris servitii: nec illis, dum militiae operam dant, professionem renovare liceat. - A militari servitio dimissi cum fuerint, professionem iterum, saltem ad annum, emittent, antequam professionis perpetuae vinculo se obstringant.

III. Caveant autem iuvenes militiae servientes, ne sanctae vocationis donum amittant ac ea semper modestia et cautela conversentur, quae decet Religiosos viros. Quamobrem a locis et conventiculis suspectis abhorreant, a theatris, choréis aliisque spectaculis publicis abstineant; maiorum commercium, lubricas conversationes, res a religione absonas, viros doctrinas suspectas profitentes, lectiones moribus aut fidei a S. Sedis dictatis contrarias ceteraque peccandi pericula évitent; ecclesias, sacramenta, quantum eis liceat, frequentare non omittant; cir-

culos seu coetus catholicos ad animi recreationem et instructionem adeant.

IV. Ubicumque eorum statio ponatur, si ibi domus suae Religionis aut Instituti habeatur, eam frequentent et sub Superioris immediata vigilantia sint. - Si vero domus praedicta non adsit, vel eam commode frequentare nequeant, sacerdotem ab Episcopo designatum adeant, eius consiliis et consuetudine utantur, ut quando eamdem stationem deserere oporteat, testimonium in scriptis de observantia eorum omnium, quae in articulo praecedenti praescripta sunt, ab eodem accipere valeant. - Quodsi sacerdos ab Episcopo designatus non habeatur, ipsi sibi eligant prudentem sacerdotem, statim indicandum Superioribus suis, qui ab Ordinario de moribus, doctrina et prudentia eiusdem sibi notitias comparabunt. Praeterea, epistolarum commercium instituant ac, quantum fieri potest, sedulo persequantur eum suo respectivo Superiore aliove religioso seu sodali sui Instituti ad id designato, quem certiorem faciant de suae vitae ratione et conditione, de singulis mutationibus suae stationes et praesertim illi notificent nomen et domicilium illius sacerdotis, cuius cunsuetudine et directione utuntur, ut supra praescriptum est.

V. Superiores Generales aut Provinciales etiam locales, iuxta uniuscuiusque Instituti morem, per se vel delegatum sodalem (qui sacerdotali ordine sit insignitus in clericalibus Institutis) de vita, moribus et conversatione alumnorum, perdurante militari servitio, inquirere omnino teneantur, opera praecipue sacerdotis vel sacerdotum, de quibus supra, per secretas epistolas, si opus sit, ut certiores fiant, an ii rectam fidei et morum viam servaverint, cautelas supra praescriptas observaverint et divinae vocationi se fideles praebuerint, graviter onerata eorum conscientia.

VI. Cum a militari servitio activo definitive dimissi fuerint, recto tramite ad suas quisque religiosas domus remeare teneatur, ibique, si certo constet de eorum bona conversatione, ut in articulo praecedenti dictum est, praemissis aliquot diebus sanctae recollectionis, qui Institutis votorum simplicium addicti sunt, ad renovandam professionem temporariam admittantur; in Ordinibus vero Regularibus, inter iuniores clericos seu professos, aut saltem in domo, ubi perfecta vigeat regularis observantia, sub speciali vigilantia et directione religiosi, pietate et prudentia commendabilis, qui in Institutis clericalibus sacerdos esse debet, collocentur. In eo statu integrum tempus (quod minus anno esse non poterit iuxta dicta in articulis I et II) ad tramitem Apostolicarum Praescriptionum et propriae Religiosae Familiae Constitutionum praemittendum votis solemnibus vel perpetuis, complere debent, ita tamen, ut

computetur quidem tempus in votis simplicibus vel temporaneis transactum a prima votorum emissione usque ad discessum a domo religiosa, servitii militaris causa; non vero quod militiae datum fuit.

VII. Eo tempore, studiis et regulari observantiae dent operam; Superiores autem immediati ac sodales iuniorum directioni praepositi eos diligentissime considerent, eorum mores, vitae fervorem, placita, doctrinas, perseverandi studium perscrutentur, ut de eis ante ultimam professionem maioribus Superioribus rationem sub fide iuramenti reddere valeant.

VIII. Si qui, perdurante militari servitio vel eo finito, antequam ad professionem solemnem aut perpetuam admittantur, dubia perseverantiae signa dederint, vel praescriptis cautelis militiae tempore non obtemperaverint, aut a morum vel fidei puritate deflexerint, a Superiore Generali de consensu suorum Consiliariorum seu Definitorum dimittantur, eorumque vota ipso dimissionis actu soluta habeantur. - Quodsi ipsi iuvenes a votorum vinculo se relaxari desiderent aut sponte petant, facultas fit Superioribus praedictis, tanquam Apostolicae Sedis delegatis, vota solvendi, si agatur de Institutis clericalibus : si vero res sit de Institutis laicorum, vota soluta censeantur per litteras Superiorum, quibus licentia eis fit ad saeculum redeundi.

IX. Hisce praescriptis teneantur etiam ecclesiasticae Societates, quae, licet non utantur votis, neque solemnibus neque simplicibus, habent tamen simplices promissiones, quibus earum alumni ipsis Societatibus adstringuntur.

X. Si quid novi in hoc Decreto non praevisum, vel si quid dubii in ipsius intelligentia occurrerit, ad hanc S. Congregationem in singulis casibus recurratur.

Quae omnia Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, referente Subsecretario, rata habere et confirmare dignatus est, die 27 eiusdem mensis Augusti 1910. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 1 Ianuarii 1911.

Fr. J. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. © S.

f Donatus Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i.

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

Brevi Apostolico nominati sunt:

10 maii 1910. — R. P. D. Fulgentius Torres O. S. B., Episcopus titularis Dorylensis et Administrator Apostolicus Vicariatus de *Kimberley* in Australia.

10 novembris 1910. — R. P. D. Henricus Gregorius Thompson O. S. B., Episcopus novae dioecesis Giblatariensis.

21 decembris 1910. — R. P. D. Eduardus Iohannes Kenealy ex Ordine Fratrum Minorum Capulatorum, Archiepiscopus Simlensis in Indis Orientalibus.

21 decembris 1910. — R. P. D. Ioseph Patritius Clune Congregationis SSmi Redemptoris, Episcopus Perthensis in Australia.

22 decembris. — R. P. D. Mauritius Franciscus Ducoeur e Seminario Parisiensi pro Missionibus Exteris, Episcopus titularis Barbalissen. et Praefectus Apostolicus Kuam-Si in Sinis.

IL

NOMINATIONES PRAEFECTORUM APOSTOLICORUM.

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominati sunt:

3 ianuarii 1911. — R. P. Henricus Bardou Congregationis Missionariorum Africae, Praefectus Apostolicus de *Ohardaia* (Sahara).

3 ianuarii 1911. — R. P. Iohannes Ogé, e Seminario Lugdunensi pro Miss onibus Africae, Praefectus Apostolicus de *Liberia* in Africa.

S. CONGREGATIO INDICIS

DECRETUM

Feria II die 2 Ianuarii 1911.

Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium a SSmo Domino Nostro Pio PP. X Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die °2 Ianuarii 1911, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

FRANZ WIELAND, *Mensa und Confessio. - Der Altar der vorkonstantinischen Kirche. München, 1906.*

— *Die Schrift Mensa und Confessio und P. Emil Dorsch S. I. in Innsbruck. Eine Antwort. Ibid., 1908.*

— *Der verirenäische Opferbegriff. Ibid., 1909.* •

IOSEPH TÜRMEL, *Histoire de la théologie positive du Concile de Trente au Concile du Vatican. Paris.*

LA VRAIE SCIENCE DES ECRITURES, *ou les erreurs de la scholastique et l'enseignement officiel de l'Eglise sur le vrai sens de la Bible, par X. - Annonay et Montligeon, 1909.*

LASPLASAS, *Origen, naturaleza y formación del hombre. San Salvador, 1896. - La Iglesia y los estados. Ibid., 1897. - Etologia ó filosofia de la educación. Ibid., 1899. - La sabiduría. Santa Tecla, 1901. - El compuesto humano. Ibid., 1901. - Evolución de los errores antiguos en errores modernos, Ibid., 1902. - Generación y herencia. San Salvador, 1902. - Ensayo de una definición de la escolástica. Barcelona, 1902. - La moral es ley moral. San Salvador, 1903. - La psicología. Ibid., 1904. - La política. Barcelona, 1905. - Mi concepto del mundo. Libro primero : Del hombre. Ibid., 1907; Libro segundo: Dios, Ibid., s. a.*

TEN HOMPEL, *Uditore Heiner und der Antimodernisteneid. Grenzfragen: Erstes Heft. Münster, 1910.*

PIERRE BATIFFOL, *L'Eucharistie, la présence réelle et la transsubstantiation. Paris. Decr. 26 Iul. 1907.*

RIVISTA STORICO-CRITICA *delle scienze teologiche. Pubblicazione mensile. Roma. Decr. S. Off. fer. IV, 7 Sept. 1910.*

ALFONSO MANARESI, *L'impero Romano e il cristianesimo nei primi secoli. Vol. I: Da Nerone a Gommodo. Roma, 1910. Decr. S. Off. 7 Settembre 1910.*

ERNESTO BUONAIUTI, *Saggi di filologia e storia del nuovo testamento. Roma, 1910. Decr. S. Off. 7 Sept. 1910.*

FRANCESCO MARI, *Il quarto vangelo. Roma, 1910. Decr. S. Off .7 Settembre 1910.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

ALPHONSUS MANARESI, ERNESTUS BUONAIUTI et FRANCISCUS MARI, Decreto S. Congregationis S. Officii, edito die 7 Septembris 1910, quo quidam libri ab eis conscripti notati sunt, laudabiliter se subiecerunt.

Quibus SSmo Domino Nostro Pio Papae X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem, etc.

Datum Romae, die 3 Ianuarii 1911.

PRO CARDINALI PRAEFECTO

F. DE PAULA CARD. CASSETTA.

L. j$| S.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

NOVAE CARTHAGINEN.

SUPER MISSA SEU COLLECTA IN ANNIVERSARIO ELECTIONIS SEU PROMOTIONIS EPISCOPI IN DIOECESI AD ARCHIEPISCOPATUM EVECTA.

Revmus Dominus Adamus Brioschi, hodiernus Archiepiscopus Novae Carthaginis in America Meridionali, Sacrae Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione humillime subiecit, nimirum :

Sacra Rituum Congregatio per decretum *Urbis et Orbis*, diei 8 Iunii huius anni 1910 statuit et declaravit diem anniversarium electio-

nis seu translationis, quoad Episcopos in Consistorio electos seu translatos, computandum adhuc esse a die publicationis consistorialis, quoad ceteros vero Episcopos antea electos seu translatos, in posterum non a die enuntiationis in Consistorio, sed a die expeditionis, decretorum seu Litterarum Apostolicarum ad electionem seu translationem pertinentium.

Orator autem electus Episcopus Novae Carthaginis, per Breve diei 15 Februarii anni 1898, et publicatus in Consistorio die 24 Martii eiusdem anni, postea, Dioecesi Carthaginensi ad dignitatem archiepiscopalem evecta, primus illius Archiepiscopus per Breve diei 17 Iulii 1901 renuntiatus est, nulla posteriori publicatione in Consistorio facta.

Ob auctam Dioecesis atque Oratoris dignitatem quum nulla translatio proprie dicta facta fuerit, sed tantum promotio, Missa electionis hucusque in Dioecesi die 24 Martii celebrata fuit, scilicet, die anniversaria qua in Consistorio idem Orator tamquam Episcopus publicatus est.

Nunc quaeritur: Continuarme debet celebratio anniversarii electionis, die 24 Martii, qua Orator publicatus fuit Episcopus in Consistorio, vel potius facienda, die 17 Iulii, qua per Breve Archiepiscopus renuntiatus est?

Et Sacra eadem Congregatio, exquisito Commissionis Liturgicae suffragio atque audita etiam Sacrae Congregationis Consistorialis sententia, ita proposito dubio respondendum censuit: *Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam: nempe celebrandum esse anniversarium evectionis ad Archiepiscopatum.

Atque ita rescripsit, die 2 Decembris 1910.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

i.

In S. R. Rota actae sunt sub secreto *sequentes Causae, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva in sequentem modum:*

I. IACIEN. - *Impedimenti ad matrimonium contrahendum.*

Proposito dubio: *An sit inhibendum matrimonium in casu?;* RR. PP. Auditores de turno, scilicet G. Persiani, *Ponens,* G. Sebastianeiii et S. Many, sub die 11 Martii 1910, respondendum censuerunt: *Negative.*

II. SANGALLEN. - (apud Helvetios) *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de matrimonii nullitate in casu?;* RR. PP. Auditores de turno, scilicet I. Prior, *Ponens,* A. Sincero et I. Mori, sub die 17 Martii 1910, respondendum censuerunt: *Negative.*

III. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio : *An sententia rotalis diei 10 Iulii 1909 sit confirmanda vel infirmanda in casu?;* RR. PP. Auditores de turno, scilicet G. Sebastianeiii, *Ponens,* S. Many et F. Heiner, sub die 9 Aprilis 1910, respondendum censuerunt: *Confirmandam esse rotalem sententiam.*

IV. COLONIEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de matrimonii nullitate in casu?;* RR. PP. Auditores de turno, scilicet F. Heiner, *Ponens,* T. Prior et A. Sincero, sub die 19 Maii 1910, respondendum censuerunt: *Negative.*

V. ATHENAEUM. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de matrimonii nullitate in casu?;* RR. PP. Auditores de turno, scilicet A. Sincero, *Ponens,* I. Mori et F. Cattani, sub die 20 Maii 1910, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

VI. ARETINA. - *Exercitiorum spiritualium et poenarum.*

Proposito dubio: *An constet de causa poenarum statutarum per sententiam diei 31 Martii 1909?;* RR. PP. Auditores de turno, scilicet

I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et A. Perathoner, sub die 16 Iunii 1910, respondendum censuerunt: *Negative.*

VII. VENETIARUM. - *Separationis quoad thorum et quoad cohabitationem.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate sententiae Curiae Metropolitanae Venetiarum, diei 15 Iulii 1909, ita ut concedenda sit separatio quoad thorum et quoad mensam, in casu?;* RR. PP. Auditores de turno, scilicet Rmus M. Lega, Decanus, *Ponens,* I. Mori et F. Cattani, sub die 5 Iulii 1910, respondendum censuerunt: *Non constare de nullitate sententiae, sed a decisis ab eadem sententia recedendum esse, ita ut, attentis circum, stantiis in casu concurrentibus, eisdemque perdurantibus, fiat locus separationi quoad thorum et mensam.*

VIII. ORTONEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de matrimonii nullitate in casu?;* RR. PP. Auditores de turno, scilicet I. Prior, *Ponens,* A. Sincero et I. Mori, sub die 15 Iulii 1910, respondendum censuerunt: *Negative.*

IX. ROMANA. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de matrimonii nullitate in casu?;* RR. PP. Auditores de turno, scilicet I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et A. Perathoner, sub die 30 Novembris 1910, respondendum censuerunt: *Negative.*

X. CONSTANTINIEN. - *Diffamationis.*

Proposito dubio : *An constet de diffamatione, ita ut sit locus refe elioni damnorum in casu?;* RR. PP. Auditores de turno, scilicet Rmus M. Lega, Decanus, *Ponens,* I. Mori et F. Cattani, sub die 12 Decembris 1910, respondendum censuerunt: *Negative.*

Romae, ex Cancellaria S. R. Rotae, die 4 Ianuarii, 1911.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

IL

Citatio Edictalis

MASSILIEN.

NULLITATIS MATRIMONII PLANCHAT-RAULIER.

Cum ignoretur domicilium Dñi Aemilii Raulier, eumdem per praesens edictum citamus ad comparendum sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum in sede Tribunalis S. R. Rotae die 10 Februarii 1911, hora undecima ad videndum subscribi dubium infrascriptum, nec non destinari diem, in qua habebitur Turnus Rotalis pro tractatione causae: Dubium « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Ordinarii locorum et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio, aut commorationis loco Dñi dicti Aemilii, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione moneatur.

Romae, 12 Ianuarii 1911.

Guilelmus Sebastianeiii, *Ponens.*

Sac. Tancredes Tani,
L. © S. *Notarius S. B. Rotae.*

(Traduction).

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE.

Citation par Edit.

MARSEILLE. - NULLITÉ DE MARIAGE (PLANCHAT-RAULIER).

Étant inconnu le domicile de M. Emilie Raulier, par le présent edit, Nous citons le même M. Ë. Raulier à comparaître par propre personne ou par un procureur légitimement constitué au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine, le 10 Février 1911 à 11 heures du matin; pour voir souscrire Je doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Doute: « *Conste-t-il de la nullité du mariaqe dans le cas présent?* »

Les Ordinaires des lieux et les fidèles ayant connaissance du domicile ou du lieu de la demeure actuelle de le dite M. Emilie, doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

Rome, le 12 Janvier 1911.

Guillaume Sebastianeiii, *Ponent.*

Sac. Tancredes Tani,
L. ₰« S. *Notaire de la S. R. Rote.*

COMMISSIO DE RE BIBLICA

RATIO PERICLITANDAE DOCTRINAE
CANDIDATORUM AD ACADEMICOS GRADUS IN SACRA SCRIPTURA.

Cuicumque ad academicos in Sacra Scriptura gradus, secundum ea quae Apostolicis Litteris Scripturae Sanctae constituta sunt, licet certumque est contendere, disciplinarum capita definiuntur, in quibus apud Commissionem Biblicam legitima doctrinae suae experimenta dabit.

I.
AD PROLYTATUM.

IN EXPERIMENTO QUOD SCRIPTO FIT:

A) *Exegesis* (i. e. expositio doctrinalis, critica philologica) *quattuor Evangeliorum et Actuum Apostolorum.* Pericope ex his, a iudicibus eligenda, de qua verbis quoque periculum fiet.

B) *Dissertatio de historia biblica* iuxta materiam sub n. III assignatam.

G) *Dissertatio de introductione generali* iuxta materiam infra positam sub n. V, vel *de Introductione speciali* in sequentes libros: Pentateuchi, Iob, Psalmorum, Isaiae, Ieremiae, Ezechielis, Danielis, Ecclesiastici, Sapientiae et totius Novi Testamenti.

IN EXPERIMENTO VERBALI:

I. *Qraece quattuor Evangelia, Actus Apostolorum, Epistola ad Romanos et secunda Epistola ad Corinthios.*

II. *Hebraice quattuor libri Regum.*

III. *Quaestiones selectae ex tota historia Hebraeorum et ex historia evangelica et apostolica.*

1.° Historia Abrahae; eius relationes cum *Babylonia* (Amraphel - Hammurabi?) et cum *Aegypto; Chanaan* tempore Abrahae.

2.° Commoratio Hebraeorum in Aegypto; Moyses.

3.° Exodus; Hebraeorum vicissitudines in deserto.

4.° Historia Iudicum.

5.° Institutio regni Israelitici.

6.° Aevum splendoris regni Israelitici; David et Salomon.

7.° Schisma decem tribuum. - Bellica incursio Sesac in Palaestinam. - Regna iosaphat, Athaliae, Oziae, Achaz, Ezechiae, Manasses, Iosiae. - Hierusalem capta a Nabucodònosor.

8.° Dynastia Am ri eiusque inimici (Mesa, etc.). - Iehu, Manahem, Phacee. - Ultimi dies Samariae.

9.° Reditus ab exilio. - Exordium diasporae (documenta Elephantinae).

10.° Iudaeorum historia tempore Machabaeorum.

11.° Iudaea sub dominatione romana. - Herodum dynastia.

12.° Historia evangelica et apostolica.

IV. *Introductio specialis in singulos libros utriusque Testamenti* (i. e. authenticitas, aetas, argumentum).

V. *Introductionis generalis quaestiones selectae,* nimirum:

1.° De Bibliorum Sacrorum inspiratione.

2.° De sensu litterali et de sensu typico.

3.° De legibus Hermeneuticae.

4.° De praecipuis documentis Ecclesiae ad Rem Biblicam spectantibus.

5.° De antiquis Hebraeorum Synagogis.

6.° De variis Iudaeorum sectis circa tempora Christi.

7.° De gentibus Palaestinam tempore Christi incolentibus.

8.° Geographia physica Palaestinae.

9.° De praecipuis difíerentiis divisionis Palaestinae tempore Regum et tempore Christi.

10.° Topographia Hierusalem, imprimis tempore Christi.

11.° De kalendario et praecipuis ritibus sacris Hebraeorum.

12.° De ponderibus, mensuris et nummis in Sacra Scriptura memoratis.

II.

AD LAUREAM.

SCRIPTO :

Amplior quaedam dissertatio circa thesim aliquam graviorem ab ipso candidato de Commissionis assensu eligendam.

CORAM:

I. *Dissertationis a Censoribus impugnandae defensio.*

II. *Specimen praelectionis exegeticae a candidato dandum de argumento una ante hora ipsi designato.*

III. *Exegesis unius ex sequentibus Novi Testamenti partibus a candidato deligendae atque pro arbitrio iudicum exponendae:*

1.° Epistolae ad Romanos.
2.° Epistolarum I et II ad Corinthios.
3.° Epistolarum ad Thessalonicenses I et II et ad Galatas.
4.° Epistolarum captivitatis et pastoralium.
5.° Epistolae ad Hebraeos.
6.° Epistolarum Catholicarum.
7.° Apocalypsis.

IV. *Exegesis ut supra alicuius ex infrascriptis Veteris Testamenti partibus :*

1.° Genesis.
2.° Exodi, Levitici et Numerorum.
3.° Deuteronomii.
4.° Iosue.
5.° Iudicum et Ruth.
6.° Librorum Paralipomenon, Esdrae et Nehemiae.
7.° Iob.
8.° Psalmorum.
9.° Proverbiorum.
10.° Ecclesiastae et Sapientiae.
11.° Cantici Canticorum et Ecclesiastici.
12.° Esther, Tobiae et Iudith.
13.° Isaiae.
14.° Ieremiae cum Lamentationibus et Baruch.
15.° Ezechielis.
16.° Danielis cum libris Machabaeorum.
17.° Prophetarum minorum.

V. *Introductionis generalis quaestiones selectae.*

1.° De historia exegeseos christianae usque ad finem saec. V ; imprimis de Scholis exegeticis Alexandrina et Antiochena necnon de operibus exegeticis S. Hieronymi.

2.° De historia canonis librorum utriusque Testamenti.

3.° De origine et auctoritate textus Massoretici.

4.° De versione Septuagintavirali et de aliis versionibus Vulgata antiquioribus in crisi textuum adhibendis.

5.° Vulgatae historia usque ad initium saec. VII. - Eiusdem authenticitas a Concilio Tridentino declarata, et posteriores emendationes.

6.° Notitia praecipuorum documentorum, effossionum et inventionum Sacras Litteras illustrantium.

VI. *Peritia praeterea probanda erit in aliqua ex linguis praeter*

Hebraicam et Ghaldaicam orientalibus, quarum usus in disciplinis biblicis maior est.

Hanc periclitandae doctrinae rationem, in magis enucleatam formam a Pontificia Commissione Biblica redactam, SSmus D. N. Pius PP. X die 12 Ianuarii 1911 adprobare dignatus est.

Fulcranus Vigouroux, P. S. S.
Laurentius Janssens, O. S. B.,
Consultores ab Actis.

Epistolae mittantur ad Revmum D. F. Vigouroux (Romam, Quattro Fontane 113), aut ad Revmum P. Abb. Laurentium Jarnsens O.* S. *B. (Romam, Collegio S. Anselmo. Monte Aventino), Commissionis Biblicae Consultores ab actis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ORDINARIA

Il giorno 20 del mese di Décembre 1910, nel Palazzo Apostolico Vaticano si tenne la Congregazione Ordinaria dei Sacri Riti, per discutere le seguenti materie:

I. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Venerabile Serva di Dio Caterina Volpicelli, Fondatrice dell'Istituto delle Ancelle del Sacro Cuore di Gesù.

IL Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propria e dell' Elogio da inserirsi nel Martirologio in onore del Beato Giuliano Cesarello, Sacer dote Professo dell'Ordine dei Frati Minori.

III. Revisione degli scritti del Servo di Dio Antonio Chevrier, Sacerdote, Istitutore della Società dei Sacerdoti *del Prado.*

CONGREGAZIONE ANTIPREPARATORIA

Il giorno 17 del corrente mese di Gennaio, presso l'Emo e Rmo Sig. Cardinale Vincenzo Vannutelli, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Elisabetta Sanna, Terziaria professa dell' Ordine di S. Francesco, si terrà la Congregazione dei Sacri Riti Antipreparatoria per discutere il dubbio sulle virtù in grado eroico della medesima Venerabile.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE.

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di nominare:

Protonotarii) Apostolico ad instar participatium:

30 Dicembre 1910. — Mons. Luigi Humbrecht, Vicario Generale della diocesi di Besançon.

Prelati domestici di 8. S.

7 Dicembre 1910. — Il Rev. Giacomo Stefanopoli, canonico della Metropolitana di Firenze.

9 Dicembre. — Il Rev. Gaetano Cini, canonico della metropolitana di Firenze.

10 Dicembre. — Il Rev. Marcello Grondona, Prevosto di S. M. Immacolata in Genova.

ONORIFICENZE.

11 Santo Padre, con biglietto e con breve della Segreteria di Stato, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, con placca:

30 Dicembre 1910. — AI Sig. Paolo van de Kerchove, già tenente del corpo degli Zuavi Pontifici.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

5 Dicembre 1910. — Al Sig. Francesco Teodoro Everard, di Amsterdam.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano.

9 Dicembre 1910. — Al Sig. Alfredo Francoeur, già Zuavo Pontificio, di S. Hyacinthe nel Canada.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

9 Dicembre 1910. — Al Sig. Temistocle Prof. Montenovesi, di Roma.

1 Brevi Apostolici in data 29 luglio 1892, 7 maggio 1896 e 26 gennaio 1909, coi quali furono concessi al Signor Patrizio Valentino Emanuele Mac Swiney il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, il titolo ereditario di Marchese e la Commenda dell'Ordine Piano, sono stati annullati.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari:

13 Dicembre 1910. — Mons. Matteo Polonyo, della diocesi di Veglia.
19 Dicembre. — Mons. Stefano Gominazzini, della diocesi di Novara.
— Mons. Alfonso Servus, dell'archidiocesi di Vienna.
— Mons. Antonio Ioaquim da Fonseca, della diocesi di Campanha.
— Mons. Alfredo Lang, della diocesi di Csanád.
— Mons. Emerico Gsepregi, della medesima diocesi.
— Mons. Felice Vallesi, dell'archidiocesi di Ancona.

Camerieri a" onore in abito paonazzo:

19 Dicembre 1910. — Mons. Emilio Cappellini, dell'archidiocesi di Firenze.
— Mons. Manoel Rébas d'Avila, della diocesi di Campinas.

Cappellano Segreto d'onore:

19 Dicembre 1910. — Mons. Pasquale De Magistris, della diocesi di Avellino.

NECROLOGIO

4 Gennaio 1911. — S. E. Rma il Sig. Cardinale Francesco Segna, Prefetto della S. C. dell'Indice.

15 Dicembre 1910. — Mons. Angelo Cattaneo, Vesc. tit. d'Ippo, Vicario Apostolico dell'Ho-nan meridionale (Cina).

24 Dicembre 1910. — Mons. Guglielmo Ist van, Vescovo di Sabaria (Ungheria).

26 Dicembre 1910. — Mons. Francesco Nakic, Vescovo di Spalato e Macarasca in Dalmazia.

— Mons. Fortunato Vinelli, Vescovo di Chiavari.

15 Gennaio 1911. — Mons. Giovanni Giuseppe Antonio Eguiguren, Vescovo di Loja (Equatore).

Annus III. - Vol. III. Die 15 Februarii 1911. Num. 2.

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

MOTU PROPRIO.

SACERDOTES ARNOLDUS HARRIS MATHEW
HERBERTUS IGNATIUS BEALE ET ARTHURUS GUILELMUS HOWARTH
NOMINATIM EXCOMMUNICANTUR.

Gravi iamdiu scandalo, maximo animi moerore, vobis esse novimus sacerdotes HERBERTUM IGNATIUM BEALE et ARTHURUM GUILELMUM HOWARTH e clero Nottinghamensi qui, quae sua sunt non quae Iesu Christi quaerentes et aestu ambitionis abrepti, postquam penes acatholicos homines Episcopatus honore augeri non semel pertentaverint, eo temeritatis novissime progressi sunt ut, voti compotes facti, Episcopalem consecrationem se recepisse Nobis arroganter nunciarint. Nec eorum nuncii authenticum defuit testimonium; nam qui sacrilegi huius facinoris princeps auctor fuit, pseudo-episcopus quidam ARNOLDUS HARRIS MATHEW, litteris tumoris plenis ad Nos datis, illud plane confirmare veritus non est. Qui quidem insuper Archiepiscopi Anglo-Catholici Londinensis titulum sibi arrogare non dubitavit.

Ad vos igitur, primum, Dilecti Filii, de quorum religiosa et devota erga Nos voluntate semper et illustria testimonia excepimus, animum et sollicitudinem Nostram convertentes, vehementer hortamur in Domino ut ab eorum fraudibus et insidiis sedulo caveatis.

Dein vero, ne muneri Nostro deesse videamur, Decessorum Nostrorum exemplis inhaerentes, praefatam consecrationem

illegitimam, sacrilegam atque omnino contra huius Sanctae Sedis mandata Sacrorumque Canonum sanctionem factam edicimus.

Supra nominatos, demum, sacerdotes ARNOLDUM HARRIS MATHEW, HERBERTUM IGNATIUM BEALE et ARTHURUM GUILELMUM HoWARTH, ceterosque omnes qui nefario ñuic crimini operam, consilium, consensum praebuerunt, auctoritate Omnipotentis Dei, excommunicamus, anathematizamus atque ab Ecclesiae communione segregatos ac prorsus schismaticos habendos et a Catholicis universis et praesertim a vobis vitandos esse praecipimus et solemniter declaramus.

Quam aerem quidem sed omnino necessariam medicinam adhibentes, vos pariter, Dilecti Filii, adhortamur ut férvidas preces vestras Nostris adiiciatis, Deum obsecrantes ut hos infeHciter errantes ad Christi ovile et ad salutis portum misericorditer dignetur reducere.

Quod ut efficacius, Deo adiuvante, consequi possitis, Apostolicam benedictionem vobis ex animo impertimur.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xi Februarii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIVS PAPA X.

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

FACULTAS ARCHISODALITATI A PERPETUA ADORATIONE DIOECESEOS LABACENSIS CONCEDITUR ALIAS EIUSDEM NOMINIS SODALITATES UBIQUE GENTIUM AGGREGANDI, EISQUE INDULGENTIAS IMPERTIENDI.

PIUS PP. **X.**

Ad perpetuam rei memoriam. — Nobis exponendum curavit supremus Moderator Archisodalitatis a Perpetua Adoratione, hoc pietatis et caritatis opus, quod rogatu Venerabilis Dei servi Francisci Iosephi Rudigier, Episcopi Linciensis, a fel. rec. Pio Papa IX Decessore Nostro

usque ab anno MDGGCLXXVII sub patrocinio S. Benedicti in Abbatiali Ecclesia Labacensi per similes Apostolicas Litteras erectum fuit, quodque animas Purgatorio igne detentas adiuvare studet, iam per easdem Litteras facultate pollere, sibi alias eiusdem nominis Sodalitates in Imperio Austro-Ungarico sive erectas sive erigenda aggregandi. Cum vero huiusmodi Consociationes etiam extra memoratum Imperium exortae sint, suppliciter idem Moderator Nos rogavit, ut novo Archisodalitatem ipsam privilegio ditaremus, quo huius generis instituta, ubique terrarum existentia, sibi adiungere queat. Nos hisce votis obsecundantes, ac de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, praesentium tenore Apostolica Auctoritate Nostra potestatem praedictae Archisodalitatis officialibus sodalibusque praesentibus ac futuris perpetuo largimur, cuius vi quaslibet sodalitates eiusdem nominis atque instituti, ubique gentium de respectivi Ordinarii consensu vel erectas vel in posterum erigendas, servatis tamen forma Constitutionis rec. me. Clementis PP. VIII Decessoris Nostri, aliisque ordinationibus Apostolicis hac super re editis, aggregare, et cum ipsis omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes eidem Archisodalitati ab hac S. Sede concessas, quaeque aliis impertiri queunt, communicare licite possint ac valeant. Decernentes, praesentes Nostras litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xi Martii MCMX, Pontificatus Nostri anno septimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. ✠ S. *a Secretis Status.*

IL

TITULUS BASILICAE MINORIS PRO ECCLESIA PAROCHIALI LOCI VULGO " NEUVY-SAIKT-SÉPULCHRE " IN ARCHIDIOECESI BTTURICENSI.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Templa Dei, quae sacra vetustate et monumentorum splendore excellunt, quaeque singulari Christifidelium frequentia celebrantur, de Romanorum Pontificum Nostrorum Praedecessorum instituto, libentes praeclaris titulis ac privilegiis insignire consuevimus. Haec inter iure merito est referendum quod sub titulo Sancti Hierosolymitani Sepulchri extat in Bituricensis Archidioecesis oppido vulgo nuncupato *Neuvy* et ipsius Sancti Sepulchri appellatione distincto. Templum illud duabus aedibus constat, quarum altera primum a Sancto viro Martiale, Aquitaniae Apostolo, extructa est; altera, saeculo undecimo fundata, Hierosolymitani Dominici Sepulchri structuram refert. Illustris eadem Ecclesia, olim ab Ordinaria iurisdictione exempta, postea Collegiata anno MCXXVI ac privilegiis aucta, saeculo decimo septimo sedes facta est Sodalitatis a Pretioso Sanguine ibidem erectae: tandem ineunte saeculo decimo nono oppidi *Neuvy* Ecclesia parochialis constituitur. Illuc tamquam ad Sacrarium percelebre piae gentes peregrinantium more turmatim et seorsum confluere solent, quod in primis fit Feria II post Dominicam Paschatis Resurrectionis. Praeter insignes Coelitum reliquias, sacrarum indulgentiarum copiosum beneficium visentibus suppeditat et diviti supellectile ornata apparet: neque minus divini cultus decore praestat, curialis Cleri praesertim opera, qui sedulo sacra procurat. Quum igitur Venerabilis Frater Ludovicus Dubois, Archiepiscopus Bituricensis, Parochi Decani votis obsecundans, supplices Nobis preces adhibuisset, ut templum illud Basilicam Minorem renuntiare dignaremur; Nos, gloria Aedis et commendantium gravitate permoti, eorundem optata explere propensa voluntate censuimus. Quare Apostolica Nostra Auctoritate, harum Litterarum vi, vetustum et maxime conspicuum Templum parochiale oppidi cui nomen *Neuvy-Saint-Sépulchre* Archidioecesis Bituricensis, sub titulo Sancti Hierosolymitani Sepulchri Deo dicatum, ad Basilicae Minoris dignitatem evehimus, illique privilegia omnia tribuimus, quae Minoribus Almae huius Urbis Nostrae Basilicis competunt : decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque

in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xx Decembris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
L. ✠ S. *a Secretis Status.*

III.

REGULARIS PROVINCIAE S. CRUCIS IN SAXONIA ORDINIS FRATRUM MINORUM ECCLESIIS ET SACELLIS, QUOTANNIS LUCRANDA DIEBUS FESTIS EXALTATIONIS ET INVENTIONIS SSMAE. CRUCIS PLENARIA INDULGENTIA CONCEDITUR.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod redempti pretioso Christi sanguine homines gloriosum eiusdem Redemptionis signum Crucem impenso studio ac filiali obsequio recolant et venerentur, hoc vere dignum, iustum ac salutare consilium est, Nostroque cordi summopere acceptum. Cum igitur dilectus filius Moderator Regularis Provinciae Sanctae Crucis in Saxonia Ordinis Fratrum Minorum Nos enixis precibus flagitaverit, ut indulgentiam plenariam Provinciae suae Ecclesiis et Cappellis, eo usque extantibus, per similes Apostolicas Litteras tum die XXVI Augusti mensis anno MDCCCLVI, tum die v Aprilis anno MDCCCLIV Piscatoris annulo obsignatas pro die festo Exaltationis Sanctissimae Crucis concessam, modo ad alias Ecclesias et Cappellas in eadem regulari provincia ex tunc in praesens erectas, vel in posterum erigendas, de Nostra benignitate extendere dignemur, addita simili indulgentia pro festo quoque Inventionis Sanctae Crucis, unde Provincia eadem denominatur, Nos votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint de Omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu, qui vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, quamlibet ex Ecclesiis, sive Cappellis Fratrum Ordinis Minorum, quae in Provincia regulari Sanctae Crucis in Saxonia in praesens erectae reperiantur, vel erigantur in posterum, quotannis diebus festis Inventionis atque Exaltationis Dominicae Crucis, quo titulo provincia ipsa nobilitatur, a primis vesperis ad occasum solis dierum

huiusmodi quotannis devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo ex his die praestiterint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus Christifidelium, quae Deo in caritate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, concedimus et largimur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manus alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xi ianuarii MCMXi, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. *Cfr* S.

IV.

LEX ABSTINENTIAE RELAXATUR PRO SCOTIAE REGNI FIDELIBUS.

PIUS PP. **x.**

Ad perpetuam rei memoriam. — Benigna Mater Ecclesia, dum suis ipsius filiis abstinentias ac ieiunia proponit, quo aeternae gloriae vitam facilius consequantur, harum tamen legum onera, ne quando pro re ac tempore minus congruere videantur, minuit ac levât. Cum vero exploratum habeamus, Scotiae Regni fidelibus, utpote qui maxima ex parte operarii sint, et quotidie in arduis laboribus versentur, grave admodum esse, duos continuos dies carnibus abstinere, Nos votis omnium illius regionis Antistitum, quae Venerabilis Frater Iacobus Augustinus Archiepiscopus S. Andreae et Edimburgensis, atque in eadem Scotia Metropolitanus, suo fulta Nobis detulit suffragio, benigne exceptis, abstinentiae normam libenti quidem animo relaxamus. Quare de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus ac singulis Scotiae Regni fidelibus Apostolica Auctoritate Nostra praesentium tenore perpetuo concedimus et largimur, ut Quadragesima exclusa, in Sabbatis quatuor anni temporum, et in iis Vigiliis, quae vel feriam sextam, vel alium abstinentiae diem immediate praecedant aut sequantur, carnibus vesci libere liciteque possint ac valeant. In contra-

rium facientibus non obstantibus quibuscumque. Decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xxvii Ianuarii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. ✠ S. *a Secretis Status.*

V.

DE PROPOSITO FINE PRECUM OPERUMQUE PRO REDITU AD ECCLESIAE UNITATEM A SODALITATE PRINCIPE SULPICIANA ULTRA BRITANNIAM PROFERENDO.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Quoties animum subit cogitatio admotarum a Christo precum aeterno Patri, quae a Ioanne Apostolo referuntur in evangelio c. XVII, toties vehementer commovemur ac desiderio incendimur intuendae multitudinis credentium eo caritatis adductae ut iterum fiat *cor unum et anima una (Act. ap.* C. iv, 32). Haec fraterna coniunctio quam fuerit in votis divino Magistro, fusae primum pro apostolis ab Eo preces plane declarant: *Pater sancte, serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi ut sint unum sicut et nos.* Verum non in solo apostolorum coetu consistere, sed ad omnes Christi asseclas debere hanc unitatem proferri, adiecta mox verba satis ostendunt: *Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint sicut tu, pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint ; ut credat mundus quia tu me misisti.* Quam denique arcta debeat esse huiusmodi coniunctio, ignitis hisce significat verbis: *ego in eis et tu in me, ut sint consummati in unum.*

Haec Nobiscum reputantes, quibus, licet indignis, demandata cura est confirmandi fratres pascendique agnos et oves, incredibilem hausimus laetitiam, quum a supremo moderatore Sulpicianae Congregationis Parisiensis eodemque praeside sodalitatis principis precum piorumque operum pro Britanniae reditu ad Fidei unitatem, plane consentaneos

votis Nostris vidimus exhiberi supplices libellos duorum Patrum Cardinalium ac plurium sacrorum antistitum, qui, utrique, Canadensi eucharistico coetui adfuissent. Hi enim flagitabant ut memorata sodalitas a sa. me. decessore Nostro Leone XIII, sub patrocinio Beatae Mariae Virginis perdolentis, instituta Parisiis ad S. Sulpicii, Litteris apostolicis *Compertum est* die xxn mensis Augusti anno MDCCCXCVII, propositum sibi finem latius proferret, ita ut, non modo Britannia, sed regiones omnes, quae cum hac essent eiusdem linguae societate coniunctae, communi earum precationum beneficio fruerentur.

Ad hanc precum conspirationem augendam, praeter ipsam rem per se maxime optabilem, haud mediocriter Nos impulerunt et inclinatae per hos dies voluntates in reditum et auctoritates hominum sanctitate? doctrina, dignitate praestantium, qui, Pauli a Cruce eiusque recentis alumni Dominici a Matre Dei ardorem studiumque fecundissimum admirati, unitatis bonum, quaeque inde exspectandae sunt utilitates, modis omnibus, excitata praesertim in Deo exorando sollertia, maturandum esse censuerunt.

Quamobrem, auctoritate Nostra apostolica, vi praesentium Litterarum, Sodalitatem principem precum ac piorum operum pro reditu Britanniae ad unitatem Fidei, sub patrocinio B. M. Virginis perdolentis, in Sulpicianis aedibus a decessore Nostro Leone XIII, superius memoratis apostolicis Litteris constitutam, dum in reliquis sartam tectamque manere volumus, propositum sibi finem sic iubemus extendere, ut fundendis precibus, non Britanniae tantum filios, Nobis usque carissimos, complectatur, sed populos omnes qui anglica utantur lingua tamquam vernacula. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque speciali licet atque individua mentione dignis contra facientibus quibusvis.

Datum Romae, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die n mensis Februarii anno MDCCCCXT, Pontificatus Nostri octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L.j$j S. *a Secretis Status.*

EPISTOLAE.

.1.

AD CLARISSIMUM VIRUM HENRICUM FITZALAN-HOWARD DUCEM DE NORFOLK, OB TEMPLUM IN OPPIDO NORWICH EIUSDEM PIETATE SUMPTI BUSQUE EXCITATUM.

Dilecte Fili, Salutem et Apostolicam Benedictionem. — Eximiae pietatis tuae hunc etiam amavimus fructum, templum in oppido Norwich tua excitatum largitate, ac die festo Mariae labis nesciae Deo dicandum. Pecuniae tuae nulla sane uberior usura. Duplicem quippe assequutus es laudem, praestantis scilicet cum in Deum tum etiam in civitatem caritatis. De utroque enim optime meruisti, quum et dignitati sacrorum et loci popularium inserviens commoditati. Quod quidem bene merendi studium, perspectum iamdiu in te, utpote cum praecellenti antiqui generis claritate haustum, et haud semel a Decessore Nostro f. r. Leone XIII iusta commendatione celebratum, libet modo, novo edito testimonio, nova exornare laude. Quo vero, Dilecte Fili, benevolentia in te Nostra cumulatiorfiat, Apostolicam Benedictionem, divinorum munerum conciliatricem, cum tibi tum perillustri familiae tuae amanter impertimus, id etiam supplici prece expetentes ut *maiestas Domini impleat domum* quam aedificasti, et *aures ipsius erectae sint ad orationem eius qui in loco isto otaverit.*

Datum Romae apud S. Petrum, die VIII Novembris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

II.

AD GLAÜDIUM CARDINALEM VASZARY, STRIGONIENSEM ARCHIEPISCOPUM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS HUNGARIAE, OB VENERATIONIS SPECIMEN BEATISSIMO PATRI PER LITTERAS EXHIBITUM AB IISDEM PRAESULIBUS BUDAPESTINI CONGREGATIS.

Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, Salutem et Apostolicam Benedictionem. — Moerentibus Nobis nec tuae, Dilecte Fili Noster, neque ceterorum Hungariae Antistitum defuerunt optatissima pietatis officia. Occasione siquidem usi congressionis quam paucis abhinc diebus habuistis Budapestini, ad communia Ecclesiarum vobis concreditarum

tractanda negotia, unis animis, uti litterae testantur quas tunc temporis ad Nos dedisti, verba illa sollemniter improbastis quibus non ante multum tempus, heic Romae, tam gravium catholico nomini imposita est iniuriarum moles, tam acerbus Nobis dolor inustus. Amavimus amorem hunc vestrum, eoque relevati, parem vobis pollicemur paternae caritatis vicem. Vota interim facimus ut quae in nuntiata congregatione cepistis consilia, Ecclesiarum vestrarum rationibus plane accommodata, sint laetabilium fructuum copia, uberrima, navitate vestra, futura. Id conciliet Apostolica Benedictio quam, coelestium auspicem munerum, vobis omnibus, Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, et cuiusque vestrum Clero populoque, peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxin Novembris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

III.

AD RR. PP. DD. ALEXANDRUM CHRISTES, OREGONOPOLÍTANORUM ARCHIEPISCOPUM, CETEROSQUE OREGONOPOLITANAE PROVINCIAE EPISCOPOS, QUI MAGNUM PIETATIS TESTIMONIUM BEATISSIMO PATRI PER LITTERAS EXHIBUERUNT,

Venerabiles Fratres, Salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quem proximis communibus litteris declarastis conceptum animo dolorem ob illatas nuper Nobis iniurias, et ceteri omnes, libet nuntiare, vobiscum, Venerabiles Fratres, declararunt qui catholicis, qua late patet orbis accensentur. Mira haec conspiratio pietatis (quid enim dissimulemus?) tantum Nobis attulit voluptatis, ut vere gaudio superabundaverimus in tribulatione Nostra. Delectamur enim filiorum ac Fratrum Venerabilium studiis, magis quam odio excruciemur inimicorum. Qua vero amoris vice tam insigne prosequamur amoris vestri testimonium, pluribus persequi haud est opus. Fratribus enim loquimur qui Fratris animum ex animo proprio valent aestimare. Deus, qui caritas est, suavissimam hanc Nos inter ac vos caritatem, firmiorem in dies reddat eamque uberiorem. Id avemus, id supplici prece ab Eo contendimus cuius vices gerimus: dum delati memores officii, praecipuae benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem Vobis omnibus, Venerabiles Fratres, et cuiusque vestrum gregi, peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx Novembris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

IV.

AD PERILLUSTREM VIRUM COMITEM ALFONSUM MENSDORFF-POULLY PRAESIDEM VIENNENSIS SODALITATIS S. MICHAELIS ARCHANGELI, CETEROSQUE MICHAELIANOS SODALES, QUI BEATISSIMO PATRI PIETATIS SUAE SIGNIFICATIONEM PRAEBUERUNT.

Dilecti Filii, Salutem et Apostolicam Benedictionem. — Pietatis significationem quam, occasionem nacti maxime opportunam, vos, Dilecti Filii, nuper praebuistis, quam et ceteri ex omni fere Austria Catholici, ductu et auspicio vestro, unis animis praebuerunt, pergratam Nobis fuisse scitote. Delectamur enim necessitudine vestra, et quae ex eadem proficiscuntur amoris argumenta nonnisi iucundissima habemus.

Delati memores officii, memorem vobis profitemur animum; cuius testis Apostolica sit Benedictio, quam, coelestium munerum conciliatricem, vobis, Dilecti Filii, iisque omnibus quos socios habuistis ac studiorum consortes, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die i Decembris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

V.

AD PERILLUSTREM VIRUM COMITEM GUILELMUM VERSPEYEN, QUINQUAGESIMO RECURRENTE ANNIVERSARIO EX QUO OPERAM NAVARE COEPIT EDENDAE GANDAVENSI EPHEMERIDI QUAE INSCRIBITUR « LE BIEN PUBLIC ».

Il Nous a été bien agréable d'apprendre que vous allez prochainement célébrer le cinquantième anniversaire de votre entrée dans la Rédaction du journal catholique de Gand, paraissant sous le titre « Le Bien Public ».

En cette mémorable circonstance de votre vie si noblement et vaillamment dépensée pour la cause catholique, dans le champ de la presse, à la défense des intérêts les plus sacrés de l'Eglise et de votre pays que vous honorez par vos talents et vos mérites, Nous avons à cœur de Nous unir à votre joie, à la joie de vos nombreux amis, et admirateurs, et de vous exprimer Nos sentiments de particulière estime et bienveillance.

Comme gage des faveurs divines les plus abondantes, Nous vous accordons de tout Notre cœur la Bénédiction Apostolique.

Le 12 Décembre 1910.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

DE UTILI TEMPORIS SPATIO AD VISITATIONEM ECCLESIAE VEL ORATORII INSTITUENDAM, PRO INDULGENTIIS LUCRANDIS.

Die 26 Ianuarii 1911.

SSmus Dnus noster D. Pius divina Providentia Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, ut dubiis, difficultatibus et controversiis occurratur, quae saepe exorta sunt, ac forsitan et deinceps oriri possent, circa temporis determinationem, quo ecclesiae vel oratorii visitatio institui valet, quum haec requiritur ad Indulgentias lucrandas alicui diei adnexas, benigne concessit, ut utile ad id tempus habeatur et sit, non modo a media ad mediam noctem constituti diei, verum etiam a meridie diei praecedentis. Hoc autem declaravit fore valiturum, tam pro Indulgentiis plenariis quam pro partialibus, semel in die aut toties quoties acquirendis, usque ad hunc diem concessis vel in posterum concedendis, quacumque demum sub loquutione tempus sive dies designetur. Sartis tectis manentibus de cetero clausulis et conditionibus, in singulis quibuslibet concessionibus appositis. Contrariis quibuscumque, etiam specialissima et singulari mentione dignis, nonobstantibus.

Aloisius Giambene, *Substitutus pro Indulgentiis.*

L. © S.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i.

IMMUTATIONIS FINIUM.

Friburgensis et aliarum. — SSmus Dominus Noster Pius PP/X decreto Sacrae Congregationis Consistorialis diei 22 Dec. 1910 statuit ut « locus *Gottersdorf* cum propinquo *Kummershof*, ambo in parochia *Amorbach* dioecesis Herbipolensis, abhinc ecclesiae filiali *Reinhardsschsen* annexus sit, quae ecclesia pars erit parochiae *Glashofen* archidioecesis Friburgensis; parva insula Rheni *Angelhof*, quae prius ad parochiam

Bockenheim archidioecesis Friburgensis pertinebat, sit pars parochiae *Otterstadt* Spirensis; ea pars parochiae *Kürnbach,* quae antea Hassiae vel Moguntinae ditionis fuit, iam sit ditionis Friburgensis et parochiae *Sickingen* addita; ager Hassiae insertus, olim Badensis, nomine *Michelbuch* una cum silva (ambitu 300 ha.) dominii Badensis regionis *Adlerstein* apud *Heddesbach,* prius ditionis Friburgensis, transeat ad Moguntinos, qui hos agros parochiis *Unter-Schönmattenvag* et *Neckar-Steinach* inserendos curabunt ».

Passavíensis et Ratisbonensis. — Itemque eadem Sanctitas Sua decreto Sacrae huius Congregationis diei 29 Dec. eiusdem anni quae sequuntur statuit: « Sex familiae et domus, id est *Obernhuber* in *Forstlehen, Angermeier* et *Wiehhauser* in *Binderberg, Geishauser* in *Bach, Hagl* in *Foerster* et *Maier* in *Furth,* dismembrentur a paroecia *Schoenau* dioeceseos Passaviensis ac uniantur vicinae paroeciae *Falkenberg* dioeceseos Ratisbonensis; item octo familiae et domus, hoc est *Geier* in *Stauern, Nussbaumer* in *Steinoed, Falter, Zauner* et *Nussbaumer* in *Schmalzgrub, Neumayer* in *Schmauss, Freilinger* in *Freiling, Schmauss* in *Fuchsgrub,* dismembrentur a paroecia *Falkenberg* dioeceseos Ratisbonensis et uniantur vicinae paroeciae *Neuhofen* dioeceseos Passaviensis ».

IL

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

SSmus D. N. Pius Papa X, decreto Sacrae huius Congregationis, elegit :

29 decembris 1910. — R. D. Gulielmum Kloske, presbyterum archidioecesis Gnesnensis et Posnaniensis, canonicum in metropolitana ecclesia Gnesnensi, rectorem seminarii clericorum ac officialem in temporalibus Consistorii generalis Gnesnensis, in episcopum titularis ecclesiae Theodosiopolitanae.

2 ianuarii 1911. — R. P. D. Ignatium Rieder, Salisburgensis archidioecesis, professorem ac doctorem in facultate theologica, antistitem urbanum, in episcopum titularis ecclesiae Surensis et in Auxiliarem Emi archiepiscopi salisburgensis.

4 ianuarii 1911. — R. P. D. Antonium Feruglio, ipso postulante, transtulit a Sede Cathedrali Vicentina ad titularem ecclesiam Amisensem.

7 ianuarii 1911. — R. D. Michaelem Faulhaber, dioecesis Herbipolensis, in sacra theologia doctorem et facultatis teologicae in Univer-

sitate Argentinensi professorem, in episcopum cathedralis ecclesiae Spirensis.

13 ianuarii 1911. — R. P. D. Iosephum Schrembs, dioecesis Grandormensis, ibique Vicarium Generalem, Praesulem Domesticum Sanctitatis Suae, in episcopum ecclesiae titularis Sophenensis, ac in auxiliarem episcopi Grandormen&s.

Mandavit autem idem SSmus D. ut hac de re litterae apostolicae sub plumbo ad tramitem iuris expediantur.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i.

ERECTIO NOVAE PRAEFECTURAE APOSTOLICAE TRANSVALLENSIS SEPTENTRIONALIS.

DECRETUM.

Ut catholici nominis incremento in septentrionali plaga Apostolici Vicariatus Transvallensis aptius prospiceretur, opportunum consilium visum est novam in eo tractu Apostolicam Praefecturam erigere, maiori evangelicorum operariorum copia excolendam. Emi itaque Patres huius S. Congregationis Fidei Propagandae in Plenariis Comitiis die 12 vertentis Decembris habitis a Vicariatu Apostolico Transvallensi seiungendos censuerunt duos civiles districtus de Zoutpansberg et de Waterberg, atque in earumdem districtuum coniuncto territorio novam Apostolicam Praefecturam erigendam, Patribus Benedictinis Congregationis Cassinensis Primaevae Observantiae committendam, quae Praefectura Apostolica Transvallensis Septentrionalis denominetur. Hanc vero Emorum Patrum sententiam SSmo D. N. Pio d. pr. Pp. X relatam ab infrascripto eiusdem S. Congregationis Secretario in Audientia diei 20 vertentis Decembris, Sanctitas Sua benigne probavit ratamque habuit, ac praesens ea super re Decretum expediri praecepit.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Prop. Fide, die 22 Decembris anno 1910.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

Aloisius Veccia, *Secretarius.*

IL

NOMINATIO EPISCOPI.

Brevi Apostolico nominatus est:

31 Ianuarii 1911. — R. D. Nicolaus Marconi, Episcopus renuntiatarius dioec. Pulaten., Episcopus titularis dioecesis Theodosiopolitan.

III.

NOMINATIO PRAEFECTI APOSTOLICI.

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominatus est:

13 ianuarii 1911. — R. P. Ildefonsus Lanslots e Congregatione Cassinensis O. S. Benedicti Primaevae Observantiae, Praefectus Apostolicus noviter erectae Praefecturae Ap. de Transvaal Septentrionali.

S. CONGREGATIO RITUUM

I.

DECRETUM SEU DECLARATIO SUPER EDITIONE VATICANA EIUSQUE REPRODUCTIONE QUOAD LIBROS LITURGICOS GREGORIANOS.

Per decretum diei 11 Augusti 1905 Sacra Rituum Congregatio statuit ac declaravit Editionis Vaticanae libros liturgicos gregorianos respicientis reproductiones adamussim esse conformandas eidem typicae editioni, nihil prorsus addito, dempto vel mutato. Quod si ex quadam S. Sedis tolerantia et permittente Ordinario, aliquoties praefatis reproductionibus addita fuere quaedam signa, ritmica nuncupata, atque ita ipsae reproductiones in vulgus editae ac venditae, tamen in seligendis atque adhibendis eiusmodi signis pluries conquestum est per ea aliquantum variari ac immutari notulas traditionales vaticanas: et ad hos abusus removendos idem Sacrum Consilium evulgandum censuit alterum decretum sub die 14 Februarii 1906. Quum tamen non omnes abusus cessaverint et alii recentiores adiecti sint, sive ob titulum adhibitum *Editionis ritmicae,* sive ob interpretationem haud rectam decreto-

rum, necessaria fuit nova declaratio authentica expressa per epistolam Secretarii S. R. C. datam die 2 Maii 1906. Quae epistola typographis facultatem et licentiam rite habentibus reproducendi editionem typicam Vaticanam clare significabat hanc solam editionem ab Apostolica Sede esse approbatam atque praescriptam pro usu cantus gregoriani, una cum subsequentibus editionibus eidem plane conformibus; ceterasque editiones rítmicas nuncupatas ob signa adiuncta, habendas tantum toleratas; atque hoc sensu esse intelligendum decretum latum die 14 Februarii 1906.

Quae quum ita sint, ut removeantur abusus existentes et praecludatur via tum enunciatis tum aliis quae facile irrepere possent, Sacra eadem Congregatio sequentia decernere atque enucleatius declarare voluit:

I. Editionem Vaticanam de libris liturgicis gregorianis, prouti e vulgata fuit Auctoritate Apostolica, cum suis notulis traditionalibus et cum regulis Graduali Romano praefixis, satis superque continere quae ad rectam cantus liturgici executionem conferunt.

IL Reproductiones eiusdem editionis typicae, quae praeseferunt signa superinducta, ritmica dicta, per abusum vocari editiones rítmicas, atque uti tales haud fuisse approbatas, sed tantum precario toleratas: hanc vero tolerantiam, attentis rerum adiunctis, amplius non admitti, nisi pro solis editionibus iam factis, Gradualis et Officii Defunctorum, ideoque nullatenus extendi sive ad editiones cum notulis gregorianis sive ad transumpta cum eisdem notulis Antiphonarii et aliorum quorumcumque librorum cantum liturgicum continentium, quae ad normam Motus Proprii diei 25 Aprilis 1904 et Decretorum huius S. R. C, tum pro universali Ecclesia, tum pro singulis Dioecesibus vel Congregationibus, adhuc instauranda sunt et evulganda.

III. Rmis Ordinariis locorum ac Superioribus Ordinum seu Congregationum interim licere editiones precario a S. Sede toleratas permittere intra limites propriae iurisdictionis, quin tamen ipsi eas in locis sibi subiectis praecipere, atque usum editionis adprobatae inhibere valeant.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 25 Ianuarii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

IL

NEAPOLITANA.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI CATHARINAE VOLPICELLI, FUNDATRICIS INSTITUTI ANCILLARUM A SACRO CORDE IESU.

Cum fama sanctitatis Servae Dei Catharinae Volpicelli, Fundatricis Instituti Ancillarum a S. Corde Iesu, quae, Neapoli orta 21 Ianuarii 1839, mirabilem prorsus vitam cum egerit, piissime obdormivit in Domino die 28 Decembris 1894, in dies invaluerit; inquisitione ordinaria super huiusmodi fama rite peracta et ad Sacram Rituum Congregationem transmissa, ac ceteris omnibus de more expletis, instante Rmo P. Francisco a Paula Ragonesi, Cleric. Reg. Theatinorum Praeposito Generali et huius Causae Postulatore, attentis litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium et plurium Sacrorum Antistitum, necnon Praepositorum ac Patrum Congregationum Oratorii, SSmi Redemptoris et S. Pauli Barnabitarum itemque nobilium virorum ac foeminarum Neapolitanae civitatis; infrascriptus Cardinalis Sacrae Rituum Congregationi Praefectus et huius Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis eiusdem Sacris Concilii Comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur ?* Et Emi et Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde S. Fidei Promotore, omnibus sedulo perpensis, respondendum censuerunt: *Supplicandum esse Sanctissimo, ut dignetur signare Commissionem.* Die 20 Decembris 1910.

Facta postmodum de his SSmo Dno Nostro Pio Papa X per infrascriptum Cardinalem S. R. C. Praefectum relatione, Sanctitas Sua, Rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, Commissionem Introductionis Causae Ven. Servae Dei Catharinae Volpicelli, Fundatricis Instituti Ancillarum a S. Corde Iesu, propria manu signare dignata est die 11 Ianuarii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. |$j S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

MELEVITANA.

NULLITATIS MATRIMONII (LAPIRA-DARMANIN).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo. Die 23 Decembris 1910. RR. PP. DD. Michael Lega, Decanus, *Gustavus Persiani,* Ponens, *Guilelmus Sebastianeiii, Auditores de turno, in causa* Melevitana - Nullitatis Matrimonii - *inter Rogerium Lapira repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi Advocatum, et Mariam Carmelam Darmanin, interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Anno 1893 et die 16 Maii Rogerius Lapira et Maria Carmela Darmanin, Melevitanae Dioeceseos, coram Rev. P. Calcedonio Buceja S. I., Sacerdote a Parocho legitime deputato, matrimonium contraxerunt. Verum, tertio forsan ab initis nuptiis anno vix elapso, publici Notarii ministerio, separationis instrumentum stipulati sunt, et sibi invicem valedixerunt ad individuam vitae consuetudinem nunquam redituri.

Quamvis undecim vel duodecim fere per annos separati vixerint, neuter tamen de matrimonii, ut supra contracti, validitate unquam dubitavit: sed tandem vir in iure canonico peritus Rogerio persuasit, matrimonium illud non fuisse validum, attento publicae honestatis impedimento orto ex sponsalibus initis ab ipso Rogerio cum Lucia Darmanin, sorore germana Mariae Carmelae.

Quare coram Melevitana Curia iudicio instituto, die 27 Iulii 1907 causa definita fuit, mediante sententia diei 9 Septembris 1908, quae revera matrimonii nullitatem decrevit propter dictum publicae honestatis impedimentum. Ab hac sententia, ut par erat, Melevitanus Vinculi Defensor appellavit ad H. S. O. cui hodie quaestio solvenda proponitur: *An constet de matrimonii nullitate in casu?*

Ad factum quod spectat. - Rogerius Lapira antequam duceret uxorem Mariam Carmelam, cum Lucia, eius sorore germana, iam egerat de matrimonio contrahendo cum ipsa; idque plusquam oporteat constat ex actis. Etenim sponsalia Rogerium inter et Luciani inita fuisse nedum uterque sub iuramenti fide referunt, sed testes etiam omni exceptione

maiores ab ipsis inducti, et excussi quoque ex officio, hoc idem confirmant. Rogerius sane ait: « Contrassi gli sponsali con la sorella (Lucia) « di mia moglie nel 1896 ad Hamrum in casa della sposa » ; et Maria Carmela dixit: « Mio marito prima era sposo con mia sorella Lucia, oggi « morta. Questi sponsali, cioè di mio marito con mia sorella, vennero «contratti liberamente da ambe le parti ». Ita Francisca Darmanin, Vidua Consiglio, Luciae soror, deponit: « La confessione da loro fatta « relativamente agli sponsali... precedentemente al matrimonio... è un « fatto di cui mi consta la verità ». Et Francisca Xaveria Darmanin, Vidua Diacono, dixit: « lo stessa non solo sapeva dei loro sponsali, « ma li ho ammessi in casa mia come tali. Sono più che certa, che gli « sponsali vi erano ». Ioseph Galea refert: « Intorno agli sponsali tra « Ruggero Lapira e Lucia Darmanin posso dire che furono certissimi ». Amalia Cachia affirmat: « Ci congratulammo con loro dei conchiusi « sponsali, ed essi l'accettarono graziosamente ». Hoc idem assertione unanimi affirmant testes caeteri. Immo si Rogerius matrimonium cum Maria Carmela contraxit, ideo hoc accidit quia Lucia morte praeventa illi, sicut statuerat, nubere non potuit; ita ut sponsalia inita inter Rogerium et Luciam matrimonio, de quo agitur, praebuerint occasionem; Lucia enim morti proxima sororem suam Mariam Carmelam hunc in finem Rogerio commendavit: « Se volete, che io muoia contenta, pren- « dete in sposa mia sorella... venendo questa (Lucia) a morire, essa stessa « gli dichiarò il suo desiderio, che prendesse in sua vece per moglie la « sorella Maria ».

Parentes quoque utriusque partis sponsalia haec constat non latuisse. Carolus enim Darmanin, Luciae pater, cognita Rogerii intentione sibi filiam desponsandi, ait: « Io era contentissimo di lui … ho consultato « la madre per averne il parere … Le parole, con cui gli sponsali furono « conchiusi, furono la risposta verbale data da me dietro aver sentito « mia figliuola »; et vicissim Rogerii parentes, qui « sulle prime avevano « trovato qualche difficoltà, poi consentirono ». Et revera Iosepho Galea, qui Rogerii sponsalia cum Lucia Carolo nuntiaverat consensum eius requirens, responsum fuit ab eo: «io lo benedico, e benedico quello « che ha fatto «.

iamvero cum facta probentur per testes, et hi omnes consensu unanimi deponant, Rogerium Lapira cum Lucia Darmanin sponsalia contraxisse, de eorumdem existentia nullimode potest dubitari. Hoc unum nihilominus videri debet, quid sponsalium nomine testes omnes intellexerint, an scilicet quamdam partium familiaritatem cum matrimonii proposito designaverit, vel potius contractum vere sponsalitium, cum

utrumque eiusdem non sit naturae, neque eosdem pariat effectus. Et, omnibus perpensis, RR. PP. Auditores retinuerunt, contractum vere sponsalium in casu testes intellexisse.

Ad ius quod attinet. Sponsalia enimvero contracta partes et testes omnes assertione unanimi admittunt. Sed verba ea significatione sunt accipienda, quae propria et usu recepta communiter est *(Ex Leg. 7 ff. de Suppellectili legata; Cap. 7, de Spons.),* a qua recedi non oportet, nisi cum manifestum est, aliter sensiisse loquentem *(L. 67, pr. de Leg. 3.);* non enim intentio verbis, sed verba intentioni debent deservire *(Cap. 5, de Verb. Signif.).* Cum igitur testes omnes ex propria scientia deponentes, et etiam praediti probitate, de sponsalibus in themate contractis loquuti fuerint, nec constet aliunde, eos aliud, ac verba sonant communi usu recepta, designasse, de vero sponsalitio contractu loquuti retinendi sunt, quem verbum *sponsalia* exprimit. Iamvero si duo testes, etiamsi ambo foeminae sint, ad probationem sponsalium sufficiunt *(Rota, Decis. 772, n. 2, p. II, Recent.),* cum in casu numero plures habeantur testes, qui de earum existentia deposuerunt, iure meritoque RR. DD. retinuerunt, sponsalia vera retinenda esse iuridice probata.

Equidem cum sitrplici nuptiarum desiderio, vel etiam promissione, confundi non debent sponsalia, quae sic dicta a spondendo, seu sponte promittendo *(L. 2, ff. de Sponsal.),* stricto sensu sumpta contractum significant de ipso matrimonio postea ineundo; quaeque proinde sunt « *mutua futuri matrimonii promissio* » ; et promissio requiritur intuitu repromissionis, et repromissio ratione promissionis, quibus non subsistentibus *simul,* nec sponsalia concipiuntur, nec publicae honestatis oritur impedimentum. Verum, praeter partes, testes omnes non de simplici tractatu nuptiarum, vel promissione, sed de sponsalitio contractu, seu de veris sponsalibus loquutos fuisse mos constans suadet, qui apud nos, et in insulis Italiae adiacentibus viget, praemittendi sponsalia matrimonio, quo tractatus necessarii, matrimonium praecedentes legitime et debita cum honestate inter sponsos fiant. Nam cum in catholicis familiis contractus sponsalitius praemitti soleat matrimoniali contractui, et insciis, nedum invitis parentibus, iuvenes honesti et morigerati non soleant se contractu sponsalitio ligare, sequitur, populum fidelem apprime distinguere *legitimam conversationem* inter sponsos, seu sponsalibus ligatos, quam laudat et honore prosequitur, *ab ea familiaritate,* quae inter solutos habetur, et quam, uti parum honestam, immo maxime periculosam exprobrat atque detestatur. Et de hoc sensu practico, etiam Melevitana in Dioecesi vigente, clara non desunt documenta ex actis deprompta. Etenim

Amalia Cachia dixit: « Io fin da piccina faceva all'amore con Ruggero « Lapira, che mi voleva molto bene; *a cui però non ho mai dato parola « o promessa alcuna di matrimonio ».* Maria Grugno dixit: « Guardava « (Lucia) e faceva all' amore con un certo Ciantar.... » « nelle lettere *« non diede mai a lui il nome di sposo, ne, per quanto ricordo, ci furono « promesse di matrimonio.* Per quanto mi ricordo io soleva per lei fìr- « mare - *la tua affezionata Lucia Darmanin* - ; ma non mi ricordo *di « aver usato mai la parola sposa, od altro che equivalga ».* Aemilia Grugno etiam testatur: « Lucia guardava ad un certo Eduardo Ciantar; « si scambiavano delle lettere fra di loro... posso però assicurare, attesa « la mia intima amicizia con Lucia, *che sponsali veri non ci furono tra « di loro ».*

Attento igitur more Melevitana in Dioecesi vigente sponsalia matrimonii celebrationi praemittendi, quae sit sponsalium natura, quique sint naturales eorumdem effectus omnibus est practice notum; et ideo cum partes et testes sponsalia contracta fuisse in casu testentur, sponsalia vera in sensu iuris intelligunt.

Non solum ex depositionibus partium et testium, sed alio etiam ex capite sponsalia in themate probata résultant. Ad sponsalium essentiam promissio et repromissio matrimonii, tamquam conditio sine qua non, requiruntur; sed uno vel alio exprimerentur modo, antequam Decretum *Ne temere* diei 2 Augusti 1907 publicaretur, nihil intererat omnino *(Gasparri, Yol. I, n. 75-79, L. ff. De Spons.).* Quare in foro externo, generatim loquendo, contracta praesumuntur sponsalia, ante praefatum Decretum, non solum *per verba,* sed etiam *per signa, per facta,* et *per silentium (arg. Cap. Ex Uteris 6 de Spons. I. habeo 7 ff. de Supellect. leg. et I. semper in stipulationibus 34 de Regul. Iur.).* Quibus concinit Rota « sponsalia tacite vel expresse contrahuntur » *(Romana - Matrimonii - coram Orano, diei 15 Febr. 1588),* « In sponsalibus sufficit tacita repromissio per signa » *(In Tullensi - Matrimonii - coram Cavalerio, diei 15 Aprilis 1617, Dec. 451, p. IV, t. 1, n. 1, Recent.).* In materia sponsalium attendenda est *consuetudo civitatis,* uti monet *Dec. 667, n. 6, p. 18, t. L.* cuius vi familiaritas maxima sponsorum inter se in familiis honestis vehementem continet praesumptionem de sponsalibus initis, uti arguit *Dec. 621, p. 18, t. II,* quae istorum existentiam deducit *ex incessu sponsae per civitatem, et saepius publice innixae brachio sponsi.* Unde si tractatus matrimonii praecesserint, contracta praesumuntur sponsalia per annuii immissionem *(arg. can. Si quis, 15. caus. 27, qu. 2; Cap. fin. de Desp. imp.);* tunc enim puella, quae annulum recipit, ipso facto censetur ad futurum matrimonium consentire, quamvis nihil dicat; idque deducitur etiam ex *Rea-*

Una, Sponsalium, 28 Februarii 1885. Eademque ratione praesumuntur contracta sponsalia per arrharum et donorum dationem et acceptationem. *Dec. 267, n. 12, p. 18,1.I;* et concinit *Dec. 772, n. 13, p. II;* et *Dec. 621, p. 18, t. II.* Recent, in qua sponsalia vere probantur *ex reciproca transmissione munerum et quidem pretiosorum: tametsi munuscula sufficerent, cum in hoc non qualitas munerum, sed rei substantia veniat attendenda :* siquidem haec munera, vel munuscula, veniunt sub nomine arrharum, et naturam induunt quasi *pignoris* in securitatem et confirmationem factae promissionis. Immo sponsalia contracta praesumuntur etiam per manus porrectiorem ab uno factam et ab altero acceptatam sine renitentia (Ferraris, *Bibliot. Cath. Iur. Sponsalia, n. 35-40 seq.* Gasparri, *vol. I, n. 81).*

Iamvero haec omnia, quae sponsalia contracta praesumunt, in themate fuisse verificata testantur acta. Extat enim epistola, qua Rogerius sibi Luciani desponsari ab eius patre postulavit, de cuius veritate dubitare non licet cum Caroli Darmanin assertionem : « Mi aveva per lettera « domandato la mano della sorella dell'attuale sua coniuge, Lucia di « nome » confirmaverint duo iurati testes, Ioseph Galea : « Dal signor « Carlo Darmanin conobbi, che aveva esso ricevuto una lettera da Rug- « gero Lapira, con la quale gli domandava che gli desse in isposa Lucia », et Ioseph Cilia: « Il signor Carlo stracciò dinanzi a me una lettera, la « quale, a quanto mi disse allora il Darmanin, conteneva la domanda, « che il signor Lapira faceva della mano di Lucia sua figlia ». Rogerius insuper Luciae domum assidue frequentabat; ita ut alter de familia Darmanin videretur: « lo ammisi a casa » ait Carolus, et hoc alii testes confirmant; « fu ammesso in casa nostra come sposo di Lucia », ait Francisca vidua Consiglio: « Lapira dopo aver accompagnato la salma « di Lucia, le disse (eius matri): ora che sono entrato in questa fami- « glia a lei voglio rimanere congiunto » dixit Francisca Xaveria vidua Diacono: quibus concinunt passim plures alii testes. Uterque autem sponsalitio more conversati dicuntur. « Quando fu introdotto in casa « (Ruggero) so che uscivano a passeggio insieme: il Lapira aveva « proibito alla sposa di uscire sola » refert Aemilia Grugno ; et ab omnibus velut sponsi publice retinebantur, sicut testes omnes communi sententia deponunt. Inde ortae gratulationes parentum et amicorum, quas uterque libenter acceptarunt : « ci congratulammo con loro « dei conchiusi sponsali, ed essi l'accettarono graziosamente » testatur Aemilia Cachia. Inde etiam paraphernalia parata ad nuptias necessaria : « avevamo già preparato il corredo alla sposa in aspettazione del ma- « trimonio » refert Francisca vidua Consiglio: quae nuptiae hac unice de causa non fuerunt contractae quia Lucia fuit morte praerepta.

Dona etiam data et acceptata, seu arrhas, constat non defuisse. « Lo «sposo fece diversi doni alla sposa»; haec eadem testis affirmat; et Helena Calleja deponit: « essa Lucia aveva lasciato detto ai suoi di « ritornare, se esso lo domandava, i regali che a Lei aveva fatto ». Immo nec desunt qui ex una parte matrimonii promissionem admittunt, •et repromissionem ex altero: « So, che Lucia aveva dato la parola sua « al Lapira per il futuro matrimonio, da lei medesima; e che il Lapira « avesse dato la sua a Lucia, lo conosco dalla famiglia di lui, ed anche « dalla sorella mia, che è con loro congiunta », sicut testatur Aemilia Grugno; idque confirmat Luciae pater, qui filiae suae nomine et consensu Rogerio matrimonium offerenti per epistolam viva voce repromisit: « Ho parlato espressamente a detta figlia, la quale mi mostrò e « mi disse espressamente che la voleva. Le parole, con cui gli sponsali « furono conchiusi, furono la risposta verbale data da me dietro aver « sentito mia figliuola ed a suo nome alia lettera di cui ho parlato « sopra ». Haec igitur omnia, praesertim si simul iuncta sumantur, vera sponsalia probant in casu extitisse; quae per plures testes etiam iuridice probata quamlibet excludunt suspicionem collusionis, de qua sermo est in *Cap. Super eo, 5, de testibus,* et quam cavendam monet Vinculi Defensor.

Nec obstat diversus, qui in testium depositionibus legitur, modus exponendi haec sponsalia. Si quae enim in actis habentur, quae secum pugnare videntur, vel optime inter se conciliantur, vel absque detrimento sponsalium explicantur. Rogerius non contradicit Carolo; uterque enim de sponsalibus loquuti unum idemque affirmant, scilicet *sponsalia fuisse contracta:* si ille sponsalium celebrationis tempus assignat *dopo la domanda,* hic autem *post acceptam epistolam* illius, utrumque esse verum deprehenditur; petitio enim a Carolo facta occasionalem causam habuit ab epistola Rogerii, et ideo sponsalium celebratio subsequuta fuit utrumque. Rogerius in domo Darmanin dicitur admissus, *sponsalibus initis,* cum Victoria Darmanin hoc contigisse affirmet *post consensum obtentum a parentibus illius.* At Rogerius admissionem suam in domo Caroli Darmanin statuens eam non dixit *immediatam* fuisse *post inita sponsalia:* et ideo nihil impedit quominus ea evenisse dicatur *post consensum obtentum* e parentibus Rogerii; ita ut utrumque sponsalia praecesserint. Caeterum cum discrepantia testium substantiam, seu contractum sponsalitium non afficiat, in ea enim conveniunt omnes, sed circumstantias mere accidentales respiciat, nihil inde deducitur contra sponsalium existentiam iuridice probatam. Etenim cum agatur in casu de sponsalibus quinque supra viginti abhinc annis initis, memoria testium non est

adeo celebranda, ut nihil de minimis ab ea excidere potuerit; et ideo nil mirum si quoad circumstantias accidentales aliqua inter testes discrepantia videatur. Hac ratione explicatur etiam discrepantia circa tempus durationis sponsalium, quod diversimode statuitur a Rogerio et a Carolo. Hic enim, cum sit senio confectus in octuagesimo aetatis anno constitutus, adeo felici memoria praesumendus non est pollere, ut viginti quinque post annos circumstantiam temporis quo sponsalia perdurarunt *certo* statuere potuerit, et in hoc cum Rogerio ad unguem concordare. Si quae igitur discrepantia in depositionibus extat culpae verti non debet, sed memoriae defectui post tantum temporis lapsum, quin ideo sponsalium substantia pessumdetur.

Alia non est praetereunda difficultas, quae exurgit ex notorietate sponsalium Rogerii cum Lucia, et ex denunciationibus, seu bannis, praemissis matrimonio illius cum Maria Carmela; etenim, illa posita notorietate, Parochus, quem sponsalia non debuissent latere, dispensationem impedimenti petiisset et obtinuisset, quam nec petiit, nec obtinuit; praemissis bannis, fideles impedimentum révélassent, quod non revelarunt: quae duo sponsalium existentiam viderentur excludere. Verum RR. PP. observarunt, probationi directae ex depositionibus testium omni exceptione maiorum derivatae circa sponsalium existentiam, quae positiva est, non officere Parochi et aliorum non actionem, quae negativa est, quaeque ex rationibus satis probabilius aliunde potest explicari et explicatur. Parochus enim quis fuerit, quibus dotibus moralibus et intellectualibus praeditus, et quibus in circumstantiis positus, nullimode apparet ex actis; ita ut omissa dispensatio, etiam sine Parochi culpa, ignotae causae tribui debeat. Sacerdos vero Buceja sponsalia noscens nuptias benedixit de impedimenti dispensatione ne ipse quidem sollicitus; sed delegatus a Parocho ad simplicem adsistentiam matrimonio, ei inquirendum nihil erat circa formalitates a iure praescriptas, quas omnes rite praemissas, ut fieri solet, supponere potuit. Si fideles quamvis sponsalia notoria noscerent, bannis publicatis, impedimentum non revelarunt, id eorum ignorantiae est tribuendum, non enim omnes ita praesumuntur instructi, ut publicae honestatis impedimentum agnoscerent et eius iuridicam naturam, et obligationem illud denuntiandi.

Ita statuta sponsalium existentia, perperam eorumdem impugnatur validitas ob conditionem appositam et non impletam. Etenim conditio, si quae fuit apposita, cum a contrahentibus apposita non fuerit, eorum consensum non suspendit, qui purus et simplex fuit, ut testes omnes affirmant, suamque illico habuit efficaciam. Neque valet opponere, consensum parentum saltem exigi a iure pro validitate sponsalium. Quamvis

enim hoc verum fuerit civili romanorum iure, recentioribus tamen temporibus receptum fuit, ut filiorum solum ac filiarum consensus sufficeret in sponsalibus contrahendis; et hoc viget in legislatione canonica et passim a Doctoribus traditur. Sed deinde de vera conditione a Carolo apposita non satis constat; eius enim verba: « Io era contentissimo a « condizione che i genitori di lui fossero contenti » significant *satisfactionem* seu *beneplacitum - io era contentissimo,* si consensus quoque Rogerii parentum accederet. Quod clarius expressit idem Carolus dicens : « Io aveva piacere, se concorrevano i suoi genitori a dargli la mano « di Lucia ». Porro sponsalia certa non possunt infirmari conditione per se incerta. Denique, admissa etiam conditione, eaque a sponsis acceptata, eam quoque impletam acta demonstrant. Sensus enim conditionis *si parentes consenserint,* praesumitur et esse solet negativus: *Nisi parentes dissenserint (Gasparri, II, n. 996; Sánchez, T. V, disp. VII, n. 11; Schmalz., lib. IV, tit. V, n. 50; D'Annibale, P. III, § 508, not. 32).* Nullum autem extat in actis dissensus huius iudicium : quod etiam ipsa Rogerii mater confirmat: « La ragione per cui non mi era recata « prima nella casa Darmanin si è, che noi eravamo alquanto opposti a « questo matrimonio, tenendoci sempre a quello, che faceva nostro figlio, « negativamente senza mai dare espressamente e pienamente il nostro «consenso non avendolo egli mai richiesto»; haec verba innuunt, Rogerii parentes, quamvis positive non consenserint, tamen non dissensisse quominus filius sponsalia cum Lucia contraheret. Coeterum Rogerii parentes, qui in principio visi sunt sponsalia filii non approbasse, ea postea, re melius perpensa, rata habuerunt, ut testes deponunt. « I genitori di ambe le parti erano contenti di questo matrimonio » dixit Francisca vidua Consiglio; et Francisca Xaveria vidua Diacono deposuit: « Da parte dei genitori non vi fu opposizione... I genitori di « Lucia erano contentissimi: quelli di Lapira sulle prime avevano tro- « vato qualche difficoltà, ma poi consentirono... ». Ita Ioseph Galea testatur: «A nome di Ruggero e nell'interesse dei Darmanin, mi recai dal « padre di Lapira a manifestargli che si erano conchiusi tra Ruggero « suo figliuolo e Lucia Darmanin, sponsali di futuro matrimonio : con « questo però che i genitori di lei volevano prima avere il consenso dei « genitori dell'altra parte, e che perciò io mi presentava a nome loro, « anche di Ruggero, a dimandare se egli avesse opposizione da fare, « siccome tutto si voleva essere fatto col consenso di tutti. E il padre « rispose : " Io lo benedico e benedico quello che ha fatto " ».

Unde conditio, si quae revera apposita fuerit, dicenda est impleta ; et consensus, in hypothesi conditionatus, evasit absolutus et sponsalia

firmavit, ex quibus ortum est publicae honestatis impedimentum (L. 12, *de Rit. Nupt., CA; de Sponsal.,* in 6; Conc. Trid., XXIV, *c.3deBefor. matr.),* quo obstante, matrimonium Rogerium inter et Mariam Carmelam, in primo gradu lineae collateralis Luciae coniunctam, contrahi non potuit. Et cum nulla hoc super impedimento fuerit obtenta dispensatio, sicut acta testantur, sequitur, matrimonium illud de facto contractum, nullitate laborare.

His omnibus perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus, et definitive sententiamus, matrimonium inter Rogerium Lapira et Mariam Carmelam Darmanin nullum extitisse et extare ; seu proposito dubio respondemus *Affirmative ;* exinde sententiam appellatam confirmamus, et pro confirmata haberi decernimus et declaramus.

Ita pronunciamus mandantes Ordinariis locorum et Ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut exequutioni mandent hanc nostram sententiam, et adversus reluctantes ad normam sacrorum Canonum, et praesertim *G. 3, Sess. XXV, de Reform.* Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, in Sede Tribunalis S. R. Rotae, die 23 Decembris 1910.

L. g* S.

Michael Lega, *Becanus.*
Gustavus Persiani, *Ponens.*
Guilelmus Sebastianeiii.

Sac. Tancredus Tani, *Notarius.*

SIGNATURA APOSTOLICA

I.

NEAPOLITANA.

RESTITUTIONIS IN INTEGRUM ET IURIUM.

Inter Collegiatam Severianam in Ecclesia S. Georgii Maioris, Neapoli, repraesentatam per legitimum procuratorem adv. Henricum Benvignati, et Congregationem Piorum Operariorum, repraesentatam per legitimum procuratorem adv. Aloisium Lavitrano.

Iam medio a saeculo IV, una cum erectione templi S. Georgii, constitutum Neapoli fuit Collegium Presbyterorum, *Severianum,* a S. Severo, Archiepiscopo Neapolitano eius fundatore, nuncupatum, vel etiam dictum *Hebdomadariorum.*

Hoc Collegium, Abbate, Primicerio et duodecim Hebdomadariis constans, usque ad initium saeculi XVII plenum dominium et usum dictae Ecclesiae tenuit, simul cum paroeciae regimine, uni ex Hebdomadariis demandato actualis animarum curae exercitio. Ineunte autem praedicto saeculo XVII, nova Congregatio *De Doctrina Christiana* seu *Piorum Operariorum,* tunc instituta a Ven. Carolo Carafa, per Bullam Pauli V « *Ex debito* » diei 7 Iunii 1618, obtinuit, ut nonnulli Presbyteri et Clerici eiusdem Congregationis prope eandem Ecclesiam S. Georgii « inhabitare, ac in ea missas et alia divina officia celebrare, doctrinam christianam docere, ac poenitentiae sacramenta ministrare deberent ». Postea vero, oborta eiusdem Ecclesiae instaurandae necessitate, Pii Operarii occasionem arripuere pro obtinendo usu perpetuo eiusdem Ecclesiae, profitentes sese restaurationi perficiendae paratos, si dictus eis usus concederetur, quod reapse evenit, facta conventione, qua tum Abbas, tum Hebdomadarii, in ipso cessionis actu, nonnulla iura seu privilegia sibi reservarunt. Tribus dehinc transactis annis, frustra obtinente Hebdomadariorum Collegio, Pii Operarii iidem, Card. Decii Carafa, Ecclesiae Neapolitanae Archiepiscopi, auctoritate ac patrocinio suffulti, impetrarunt obtinueruntque a Gregorio XV Litteras Apostolicas « *Pastoralis officii* » sub die 26 Octobris 1621, quibus exercitium curae animarum a Collegio Severiano ad Congregationem Piorum Operariorum translatum est.

Huiusmodi translatio concessa tamen fuit ab Apostolica Sede sub pluribus conditionibus iurium Collegio Hebdomadariorum reservatorum, et cum clausula *conditionis resolutivae,* qua curae animarum exercitium ad eosdem Hebdomadarios redire deberet in duplici casu, nempe: 1.° si dictae Congregationis Presbyteri extraneum aut alium quam ex eorum Congregatione, actu apud ipsam paroecialem Ecclesiam residentem, ad curae animarum exercitium deputaverint: 2.° si aliquando eorum Congregationem exstingui aut opprimi *(alias* exprimi) contigerit.

Postremo tertia subsequuta conventio est, anno 1646, inter Franciscum Perrone, Abbatem Collegiatae, et Pios Operarios, per quam innovata, sunt quaedam circa iura antehac reservata. Conventionem istam anno insequenti 1647 Innocentius X auctoritate sua ratam confirmavit. Verumtamen, praedictis conventionibus non obstantibus, contentiones ortae sunt inter Hebdomadarios et Pios Operarios; quin imo quaestio ipsa *de nullitate cessionis* apud S. C. Episcoporum et Regularium agitata est, cui an. 1704 finis impositus, eiusdem S. C. sententia: « *Nihil de reintegratione* ».

Sed res omnino in peius verterunt pro Hebdomadariis, quum ob leges eversivas patrimonii ecclesiastici, anno 1861 et 1867, actum fuit de bonis ad Collegiatam Severianam pertinentibus; praesertim vero anno 1877, promulgata omnium indiscriminatim Collegiatarum proscriptione, etiam earum quae curam animarum haberent; excepto pro his uno dumtaxat beneficio curato, sive una *quota curata de massa,* pro paroeciali congrua. Tunc Pii Operarii et apud Hebdomadarios et apud Archiepiscopum Neapolitanum institerunt, ut Collegiata quavis se cura animarum destitutam apud civile Gubernium declararet; iidemque promisisse dicuntur se Hebdomadariis damnorum quae ex iniqua proscriptionis lege passuri essent, debitam reddituros compensationem. Hebdomadarii votis Piorum Operariorum, iubente Curia Neapolitana, annuerunt; atque hinc factum est, ut Pii Operarii dote paroeciali frui integre potuerint, quum Collegium Severianum redditibus omnibus exstiterit privatum.

At Pii Operarii quae asserebantur promissis non steterunt, et hinc Hebdomadarii anno 1880 recursum habuere ad S. C. Concilii, quamvis absque felici exitu.

Sententia hac favorabili freti, Pii Operarii existimarunt omnibus iuribus excidisse Hebdomadarios. Itaque quum, paucis abhinc annis, Eminentissimus Card. Prisco, Archiepiscopus Neapolitanus, octo alia beneficia in Collegiata Severiana instituent, et a Summo Pontifice Pio X per Litteras Apostolicas in forma Brevis, die 9 Aprilis 1906 datas, obtinuerit, ut Hebdomadarii Severiani *Canonici* declararentur, atque iisdem

insignibus cohonestarentur, quibus canonici aliarum Ecclesiarum Collegiatarum Archidioecesis Neapolitanae fruuntur, eo usque progressi sunt, ut Severianos Canonicos impedire posse existimaverint, quominus insignibus nuper obtentis uterentur in Ecclesia S. Georgii, iisque induti et cum solemnitatibus, quae in Curia Neapolitana adhiberi solent, noviter electi in Canonicatus possessionem im mitterentur. Hinc factum est, ut *provisorie* sedes Collegiatae Severianae transferretur in Ecclesiam S. Mariae a Fide, illaesis interim manentibus utriusque partis iuribus. Quae quum Canonici Severiani statuerint valide tueri, novum recursum interposuerunt penes Sacram Concilii Congregationem contra ea omnia, quae adversus se Pii Operarii egerunt, simul poscentes, ut iura omnia recognoscerentur ac privilegia sibi reservata Litterarum Apostolicarum auctoritate. Quumque nova Documenta ipsi "dictitarent se reperisse, petierunt quoque, ut sibi *beneficium restitutionis in integrum* concederetur contra priorem Sententiam Sacrae Concilii Congregationis sub die 6 Augusti 1881, quoad alteram dumtaxat illius partem, quae est de damnorum compensatione.

Proposita igitur est quaestio apud S. C. Concilii in plenariis comitiis diei 27 Iunii 1908; at Sacra Congregatio respondit: *«Dilata»*.

Interim, quum Severiani Canonici sibi proposuissent iterum apud eandem S. Congregationem instantius suam causam promovere, ut prorsus haec quaestio dirimeretur, edita fuit de Romanae Curiae Reformatione Constitutio « *Sapienti Consilio* » et *ex commissione Sanctissimi* causa ipsa ad Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal demandata est « cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis, ut videat tum de petita restitutione in integrum, tum, quatenus opus sit, de merito causae ».

Causa igitur funditus pertractata est in Ordinaria Supremi Tribunalis Sessione habita in aedibus Vaticanis die tertia mensis Decembris 1910, relatore E. P. D. Sebastiano Card. Martinelli, propositisque antea inter partes concordatis dubiis, scilicet:

1. *An constet de causis restitutionis in integrum favore Canonicorum Collegiatae Severianae, quoad damnorum compensationem, adversus sententiam die 6 Augusti 1881 latam, in casu?*

2. *An et in qua mensura eidem compensationi sit locus, in casu?*

3. *An Hebdomadarius, nunc vero Canonicis Collegiatae Ecclesiae S. Georgii Maioris, seu Severianae, ius sit possessionem capiendi, in eadem Ecclesia S. Georgii, Canonicatuum ad quos electi sunt, cum omnibus solemnitatibus de iure praescriptis, vel ex usu aut consuetudine Neapolitanae Archidioecesis inductis, nec non utendi in eadem Ecclesia, sive in posses-*

sione, sive aliis in functionibus ecclesiasticis, insignibus, quibus nuper per Apostolicas Litteras in forma Brevis, die 9 Aprilis 1906 editas, cohonestati sunt, in casu?

4. *An et quomodo adhuc vigeant iura Abbati et Canonicis Severianis, reservata in Apostolicis Bullis* « Ex debito » *Pauli V, et* « Pastoralis Officii » *Gregorii XV, in casu ?*

Eminentissimi Iudices responderunt:

Ad 1.um *Negative, et amplius.*

Ad 2.um *Provisum in primo, et ad mentem ; scilicet esse locum praestationi ex aequitate libellarum Italicarum bismille* (Lire italiane 2000) *incipiendo ab anno 1911; et amplius.*

Ad 3.um *Donec Canonici Severiani manserint in Ecclesia S. Mariae de Fide, iuxta Breve Pii PP. X sub die 9 Aprilis 1906, iuribus de quibus in dubio sermo est, in eadem Ecclesia gaudeant ; et amplius.*

Ad 4.um *Conceditur* « Stemma » *in ianua Ecclesiae S. Georgii Maioris, et facultas Abbati seu Primicerio Canonicorum celebrando die festo S. Severi Missam in forma privata sine cantu et sine Canonicorum eorumdem assistentia.*

De expensis autem iudicialibus Supremum idem Tribunal constituit, eas inter partes esse compensandas.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum atque definitive iudicatum; mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret, atque ab omnibus ad quos spectet, executioni mandaretur, non solum etc., sed et omni, etc.

Datum Romae, ex aedibus Supremi Tribunalis die vigesima tertia Decembris, anni millesimi nongentesimi decimi.

L. £B S. Nicolaus Marini, *a Secretis S. A. S. T.*

Ita est.

Iosephus Adv. Fornari, *S. T. A.*

IL

Apud Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal actae quoque sunt anno 1910 nonnullae Causae « *reservatae* », quorum sententia definitiva fuit prouti sequitur:

I. NICIEN. - *Nullitatis matrimonii* - *(Ex Commissione Sanctissimi).*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu?* Eminentissimi Iudices, relatore E. P. D. Petro Card. Gasparri, sub die 18 Iunii, responderunt: *Attentis omnibus, constare de nullitate matrimonii.*

II. ROMANA. - *Nullitatis matrimonii.*

Propositis dubiis: 1.° *Sitne nulla Rotalis sententia et sitne locus eius circumscriptam?* Et quatenus negative: *%° An sit locus restitutioni in integrum in casu?* Eminentissimi Iudices, relatore E. P. D. Petro Card. Gasparri, sub die 3 Decembris, responderunt: Ad 1.um *Ex deductis non effici Rotalem sententiam nullitatis vitio laborare.* - Ad 2.um *Affirmative, quoad eam tantum partem sententiae, quae respicit appositionem conditionis.*

Romae, ex Cancellaria Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 27 ianuarii 1911.

Iosephus Adv. Fornari, *S. T. A.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

L

AD RR. DD. CALLIXTUM GONZALES ET ALOYSIUM ANICETUM OCHOA, MODERATORES SODALITATIS TERTII FRANCISCALIUM ORDINIS IN URBE SANCTI IACOBI DE VENEZUELA CONSTITUTAE, OB EPISTOLAM VENERATIONIS PLENAM, SEPTIMO RECURRENTE ANNO A CONDITA SUPRADICTA SODALITATE, BEATISSIMO PATRI INSCRIPTAM.

Iucundus admodum Beatissimo Patri amor is fuit qui vos, quotquot istic estis, qui Tertio Franciscanum Ordini nomen dedistis, septimo abeunte anno a quo primum in lucem prodiit Pia Sodalitas quam studiose colitis, in eam impulit mentem ut communibus litteris communia studia vestra Eidem unis animis significaretis. Quae quidem pietatis conspiratio non eo solum nomine est vobis in laude ponenda quod vestram redoleat cum Apostolica Sede necessitudinem obsequio plenam, sed eo etiam quod in aperto ponat amabilissimum fraternae caritatis nexum qui vos alterum ad alterum iungit. Id sane eos addecet quam maxime qui unius eiusdemque sunt religiosae familiae, quique Franciscum, caritatis amantissimum ac praeconem egregium, patrem se habere gloriantur. Laudem utramque vobis gratulatur Sanctitas Sua, quippe cui nihil optabilius quam filios Suos cum sibimet tum inter se arctissime cohaerere.

Quo vero hoc amoris vinculum firmetur atque in dies spiritualis vitae bonis uberius affluât, Beatissimus Pater benevolentiae Suae testem eamdemque coelestium munerum conciliatricem, Apostolicam Benedictionem vobis omnibus familiisque vestris peramanter in Domino impertitur.

Hanc nactus occasionem, existimationem in vos meam iterum testor, meque profiteor vobis

Die 19 Decembris 1910.

Addictissimum

L. S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

II.

AD R. P. D. IOANNEM SOLDEVILLA Y ROMERO, ARCHIEPISCOPUM CAESARAU-G-USTANUM, QUI SANCTITATI SUAE EXEMPLAR ACTORUM CONCILII CAESA-R AUGUST A E HABITI, UNA CUM PETRIANA STIPE REVERENTER OBTULIT.

Iucundum scito Beatissimo Patri fuisse exemplar Actorum Caesaraugustani Concilii binos annos ante, ductu et auspicio tuo, celebrati. Quae enim in eo volumine digestae sunt leges ac monita salutaria non modo tua ceterorumque Antistitum, qui Concilio interfuerunt, studia testantur ac optimam navitatem, sed et uberes portendunt aeternae vitae fructus. Nihil quippe in illis desideratur quod sive ad divini cultus splendorem promovendum, sive ad firmandam Cleri disciplinam, sive demum ad christianas laudes in civitatibus excitandas possit prodesse. Nihil igitur est reliqui nisi ut omnes, cum e Clericis tum e laicis, dicto audientes, latas religiosissime servent leges, quae unice eo spectant ut iidem salutis aeternae fiant compotes. Id porro supplici prece a Deo contendit Sanctitas Sua, Cui nihil optabilius quam ut audiat filios suos in veritate ambulare. At vero cum probe compertum sit Clericorum exempla vim habere maximam cum in aedificationem, tum etiam in destructionem, hos in primis hortatur Sanctitas Sua ut, officii memores, conciliares leges et facere mature incipiant et docere. Ita fiet profecto ut unusquisque eorum proximo suo placeat in bonum, eumdemque facilius ad eas alliciat virtutes quibus idem exemplo suo gratiam conciliaverit. Verum studiis Cleri studia ne desint Sacrorum Antistitum, quorum partes in aedificanda domo Dei primas esse oportet. Hi nimirum vigilando, hortando, monendo concreditae sibi Ecclesiae eam habeant diligentiam, quae plane cohaeret suscepto pastorali muneri et optatis illius qui eos posuit Episcopos.

Haec sane Pontificis verba ita tibi dicta existimes, ut et ad omnes pertineant Caesaraugustanae provinciae Antistites ac Clericos; quibus

omnibus, tibique in primis, cui laudati voluminis ac Petrianae stipis memor ac gratus, Beatissimus Pater coelestis gratiae auxilia adprecatur et amantissime benedicit.

Quas demum gratias tibi et ipse libenter persolvo qui alterum voluminis eiusdem exemplar a- te habui, perhumaniter oblatum, quique ea qua par est existimatione me Amplitudini Tuae profiteor

Die 19 Decembris 1910.

Addictissimum

L. S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

III.

AD PERILLUSTRES VIROS COMITEM CH. DE HEMRICOURT DE GRUNNE, MARCHIONEM IMPERIALI, BARONEM DE DIEUDONNÉ DE CORBEEK-OVER-LOO, OB VOLUMEN QUOD INSCRIBITUR « VINGT-CINQ ANNÉES DE GOUVERNEMENT - LE PARTI CATHOLIQUE BELGE ET SON ŒUVRE », BEATISSIMO PATRI OBSEQUII GRATIA EXHIBITUM.

Le Saint-Père a reçu avec une particulière satisfaction le splendide volume dont vous Lui avez fait hommage, et qui a pour titre: « *Vingt-cinq années de Gouvernement. - Le parti Catholique Belge et son œuvre* ».

Cet ouvrage ne mérite pas seulement d'être appelé un beau livre, soit par l'importance des documents mis en lumière, soit pour la perfection de la langue et les soins donnés à l'édition; par le juste témoignage qu'il rend aux chefs et aux soutiens du Gouvernement Catholique Belge, il constitue un travail du plus haut intérêt religieux et moral, destiné à retenir pour les générations futures les exemples efficaces et dignes d'admiration.

Les très vaillants hommes dont vous retracez l'œuvre ont, d'une main, tenu le glaive contre les contempteurs de la vérité et de la vraie civilisation, et de l'autre ils ont travaillé, avec une inlassable constance, à l'édification de la cité. Il était juste que la piété de leurs concitoyens et de leurs émules leur accordât, dès aujourd'hui, l'hommage dû aux hommes de bien. Le Saint-Père est heureux de s'associer à cet hommage et d'accompagner cette œuvre de justice de ses vœux les plus sincères.

Parmi les nombreux objets, vers lesquels, durant cet espace de vingt-cinq années, le Gouvernement catholique Belge a dirigé son attention et ses efforts, le Souverain Pontife s'est plu particulièrement à constater l'amélioration matérielle et morale du sort de la classe labo-

rieuse, cette noble cause à laquelle les Papes ont toujours porté le plus vif intérêt. C'est encore avec une joie toute spéciale que Sa Sainteté a lu les résultats de votre ardent labeur, dans le grave domaine de l'enseignement primaire, secondaire et supérieur, résultats manifestés par le développement de l'Université de Louvain qui a porté si haut, en ces dernières années, l'éclat de ses travaux scientifiques. La cause profonde de tels succès doit être placée dans le zèle désintéressé avec lequel, durant cette brillante période de votre vie nationale, le règne de Dieu et sa justice ont été recherchés parmi vous: en considération de quoi, Dieu s'est plu, sans aucun doute, à vous donner par surcroît la prospérité et la gloire: « Iustitia elevat gentes - disent nos Saintes Lettres - miseros autem facit populos peccatum ». Cette grande leçon que l'histoire donne chaque jour aux peuples, vous avez su la comprendre et en profiter. Ce sera votre honneur, et le Souverain Pontife fait des vœux pour que ce soit votre sauvegarde dans l'avenir.

Vous étiez particulièrement qualifiés, très honorés Messieurs, pour élever ce monument à la gloire du Gouvernement catholique Belge. Le Saint-Père vous félicite d'y avoir pleinement réussi, et vous accorde de tout cœur la Bénédiction Apostolique.

Je vous remercie vivement pour ma part du volume que Vous avez bien voulu m'offrir, et vous prie d'agréer l'assurance de mes sentiments les plus distingués.

Le 24 Décembre 1910.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

L. >*R* S.

IV.

AD R. P. D. IOANNEM BAPTISTAM CASTRO, CARACENSEM ARCHIEPISCOPUM, OB SINGULARIS PIETATIS ET OBSEQUII SPECIMEN, CETERORUM QUOQUE NOMINE VENEZUELANAE PROVINCIAE ANTISTITUM, BEATISSIMO PATRI PER LITTERAS PRAEBITUM.

Epistolam a te nuper Beatissimus Pater accepit tui simillimam, plenam scilicet summae necessitudinis officiis, ac veterem pietatem tuam spirantem, a primis ad extrema orationis verba. Cuius quidem pietatis pergratam praebuisti significationem cum tuo ceterorumque Venezuelanae provinciae Antistitum nomine, iniurias querebaris quibus, elapso Septembri, inimicus homo quidquid est catholicis earum ac sanctum appetere impune est ausus; idque, ut affectionem afflicto adderet Pon-

tifici, in ipsa luce Urbis et dum memoria celebraretur diei quo Christi Vicarius, illata vi, iusto legitimoque exutus est imperio.

Tristia haec quidem ad recolendum ac plena luctus; sed iucundus admodum Beatissimo Patri amor is fuit qui te ad scribendum impulit, quique scribenti verba suggessit **tua** digna pietate et ad consolandum aptissima. Effusae caritatis tuae ac Fratrum tuorum officia Sanctitas Sua amplectitur libentissime; iisque pari respondens paternae caritatis vice, Apostolicam Benedictionem, coelestium munerum conciliatricem, tibi atque illis omnibus, nec non cuique vestrum Clero populoque, peramanter impertit.

Hanc ego nactus occasionem existimationem- in te meam iterum testor, meque Amplitudini Tuae profiteor

Die 10 Ianuarii 1911.

Addictissimum

L. S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

V.

AD GEORGIUM CARDINALEM KOPF, EPISCOPUM VRATISLAVIENSEM, OB DECLARATIONEM EDITAM A DECURIA DOCTORUM SACRIS DISCIPLINIS TRADENDIS IN ATHENAEO CIVILI VRATISLAVIENSI DE IUREIURANDO CONTRA MODERNISTARUM ERRORES.

Eme ac Rme Domine mi Obssme,

Litteras Eminentiae Tuae die vi huius mensis datas Beatissimus Pater ea, qua par erat, consideratione perlegit. Afferebas siquidem decuriam doctorum sacris disciplinis tradendis in Athenaeo civili Vratislaviensi uno animo professam esse «iuramentum contra Modernistas « nihil continere quod veterem a se semper observatam fidei regulam « mutare posset vel illam excedere, neque novam imponere obligatio- « nem, neque fidelitati erga auctoritatem civilem opponere, neque pro- « gressionem studiorum cohibere », et a Te petiisse ut hoc devotionis suae testimonium Summo Pontifici offerres.

Tales igitur sensus Sanctitas Sua paterna benevolentia excipiens, quamquam facere non potest ut non valde gaudeat, si iusiurandum ab omnibus sacri ordinis viris ubique gentium detur, nihilominus haud reprehendendos esse censet illos ex Vratislaviensis Athenaei sacerdotibus, qui, doctorum tantum munus gerentes, ab eo forte abstineant. Utuntur enim ab ipso Beatissimo Patre prodita benigna legis interpretatione, ac idcirco veluti iure suo; neque prae se ferunt hac se uti

licentia libenter, neque iudiciis hominum misere servire se ostendunt, cum potius amplissima professione suam hac de re rectam sententiam patefecerint, nullusque eorum, teste Eminentia Tua, si iurisiurandi gratiam Summus Ecclesiae Pastor eis non fecisset, cunctatus esset pontificiis mandatis virili animo obtemperare. Quae quidem eximia fidei ac cum Sede Apostolica coniunctionis significatio Sanctitati Suae iucunda accidit, nec dubitat Beatissimus Pater spectatam doctorum illorum fidem nullo tempore defuturam.

Dum haec Tibi nuntio, peculiaris observantiae meae sensus Tibi libentissime testor ac manus humillime deosculor.

Eminentiae Tuae

Romae, die 10 februarii 1911.

humillimus ac addictissimus famulus verus

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

CONGREGAZIONE NUOVA-PREPARATORIA

11 giorno 7 di Febbraio, nel Palazzo Apostolico Vaticano, ebbe luogo la Congregazione Nuova-Preparatoria dei Sacri Riti, per discutere il dubbio sulle virtù in grado eroico della Venerabile Serva di Dio, Maddalena Marchesa di Canossa, Fondatrice dell'Istituto delle Figlie della Carità.

NOMINA

13 Gennaio 1911:

Il Santo Padre, con Suo autografo, si è degnato nominare Sua Emza Rma il Signor Cardinale Merry del Val, Suo Segretario di Stato, Protettore della Congregazione delle Suore di Carità nel Canada, dette *Sœurs Grises.*

S. CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE

La Santità di Nostro Signore si è degnata di nominare con Breve:

Assistenti al Soglio Pontificio:

7 Febbraio 1911. — Mons. Tommaso Carr, Arcivescovo di Melbourne (Australia).

— Mons. Giacomo Corbett, Vescovo di Sale (Australia).

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di nominare :

Assistenti al Soglio Pontificio:

6 Dicembre 1910. — Mons. Pietro Berruti, Vescovo di Vigevano.

12 Dicembre. — Mons. Giuseppe Capecci, Vescovo di Alessandria.

14 Dicembre. — Mons. Sebastiano Pifferi, Arcivescovo di La Piata in Bolivia.

Protonotario Apostolico ad instar participantium:

7 Dicembre 1910. — Mons. Francesco Popolo, parroco di Santa Maria sopra Rotonda a Napoli.

Prelati domestici di S. S.:

14 Dicembre 1910. — Il Rev. Gioachino Mamedi da Silva Leiti, Vicario Generale di Pouso Alegre.

4 Gennaio 1911. — 11 Rev. Augusto La veille, Vicario Generale della diocesi di Meaux.

5 Gennaio. — Il Rev. Domenico Spolverini, Rettore del Pontificio Seminario Romano.

12 Gennaio. — Il Rev. Alessandro Kakowski, Canonico di Varsavia e Rettore dell'Accademia Ecclesiastica di Pietroburgo.

16 Gennaio. — TI Rev. Michele Ghali, Prete Copto Cattolico.

18 Gennaio. — Il Rev. Giovanni A. Lyons, Vicario Generale della diocesi di Wilmington negli Stati Uniti d'America.

19 Gennaio. — Il Rev. Adriano Lestelle, Vicario Generale della diocesi di Tarbes.

— Il Rev. Felice C. Duffy, parroco emerito nella diocesi di Peoria.

24 Gennaio. — Il Rev. Lazzaro Garnier, Canonico della Cattedrale e primo Vicario Generale della diocesi di Nevers.

— Il Rev. Carlo Billebault, Canonico della Cattedrale e secondo Vicario Generale della diocesi di Nevers.

— Il Rev. Vincenzo Celli, Segretario dell'Amministrazione e Direzione delle opere di Pompei.

26 Gennaio. —11 Rev. Olegario Hernández, della diocesi di S. Giacomo del Estero.

Sua Santità, con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare:

20 Gennaio 191l) — S. E. Rina il Sig. Cardinale Sebastiano Martinelli, Protettore delle Suore di Nostra Signora delle Missioni di Lione.

26 Gennaio. — S. E. Rma il Sig. Cardinale Francesco Salesio della Volpe, Prefetto della S. Congregazione dell'Indice.

5 Febbraio. — L'Emo Signor Cardinale Gaetano De Lai, Protettore dell'Arciconfraternita delle Sacre Stimmate di S. Francesco in Roma.

14 Gennaio. — Mons. Michele Lega, Decano della S. R. Rota, Consultore della S. Congregazione del Santo Offizio.

— Il Revmo P. Benedetto Ojetti, S. I., Consultore della S. Congregazione Concistoriale.

2 Febbraio. — L'Illmo e Rmo Mons. Alessandro Bavona, Arcivescovo titolare di Farsaglia, attualmente Nunzio Apostolico del Brasile, Nunzio Apostolico di Austria-Ungheria.

ONORIFICENZE

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di Pio IX:

25 Gennaio 1911. — Al Sig. Conte Nicolò Szécsen di Temerin, già Ambasciatore di Austria-Ungheria presso la Santa Sede, destinato dal suo I. e R. Governo Ambasciatore in Francia.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, con Placca:

19 Gennaio 1911. — Al Sig. Giovanni Battista Alessandro Maria Leone Michele Barone de Tretaigne, di Parigi.

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

22 Dicembre 1910. — Al Sig. Conte Emerico Somssich de Sàrd della diocesi di Veszprimia.

29 Décembre. — Al Sig. Cavalier Gustavo Schildkneeht, di Malines.

— Al Sig. Filippo Dengel, Professore dell' Università di Friburgo (Svizzera).

7 Gennaio 1911. — Al Sig. Ugo Dorsemagen, della diocesi di Münster.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

14 Décembre 1910. — Al Sig. Avvocato Pietro Benoni Goujou, di Montniédi.

7 Gennaio 1911. — Al Sig. Giulio van Ackere, Borgomastro della città di Wevelghem nella diocesi di Bruges.

12 Gennaio. — Al Sig. Stefano Salmón, Presidente del Comitato cattolico di Wattrelos neH'archidiocesi di Cambrai.

— Al Sig. Bernardo Hannigan, Presidente della Società di S. Vincenzo de' Paoli a Londonderry.

21 Gennaio. — Al Sig. Stefano Faulquier, Sindaco di Cervoh, della diocesi di Nevers.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

9 Gennaio 1911. — Al Sig. Francesco Hébrard, Professore di diritto nelr Istituto Cattolico di Parigi.

10 Gennaio. — Al Sig. Ingegnere Saverio Lauras, dell' archidiocesi di Parigi.

COMUNICATO.

(Dall' *Osservatore Romano* dell' 11 Dicembre 1910).

Vede la luce da vari anni a Limoges (Francia) per opera del Sac. Ernesto Rigaud, senza il permesso dell'Autorità diocesana, prescritto dalla Cost. Apost. *« Officiorum ac munerum »* una pubblicazione periodica dal titolo *Annales mensuelles des Croisés de Marie et des Apôtres des derniers temps,* in cui, senza tener conto delle riserve imposte da Urbano VIII, si riferiscono supposti miracoli e profezie in una forma oltremodo scorretta ed oltraggiosa verso alti Dignitari Ecclesiastici.

Si mettono in guardia i fedeli a riguardo di un tal periodico e vivamente si esortano ad astenersi dalla lettura di esso e dal favorirlo in qualsiasi modo.

M A GGIORD OM A TO DI S U A S A N T I T À

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Riña Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Cameriere segreto di spada e cappa soprannumerario:

12 Gennaio 1911. — Il Sig. Conte Felice Grabowski, dell'archidiocesi di Varsavia.

NECROLOGIO

Gennaio 1911. — Mons. Giovanni Giuseppe Antonio Eguiguren, Vescovo di Loja (Equatore).

— Mons. Alfredo Williez, Vescovo di Arras, Boulogne e Saint Omer.

Febbraio 1911. — Mons. Pasquale Guerini, Arcivescovo tit. di Melitene.

— Mons. Patrizio Giovanni Ryan, Arcivescovo di Filadelfia negli Stati Uniti d'America.

— Mons. Giuseppe Colgan, Arcivescovo di Madras, metropolitano dell' Indostan.

— Mons. Antonio Feruglio, Vescovo dimissionario di Vicenza.

— Mons. Tommaso Bonacum, Vescovo di Lincoln, negli Stati Uniti d'America.

CORRIGENDA :

In fasc. 1 huius volum., p. 27, lin. % in quaestione MOHILOVIEN, PRAESUMPTAE MORTIS CONIUGIS, post verba « *qui dein a Iaponensibus* » addenda sunt verba : *nulla habita cura nominum occisorum, turbatim sepeliebantur.*

Annus III. - Vol. III. Die 15 Martii 1911. Num. 3.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

ARCHISODALITATI A PERPETUA ADORATIONE IN ABBATIALI ECCLESIA LABACENSI ERECTAE FACULTAS DATUR ALIAS SODALITATES EIUSDEM INSTITUTI ET NOMINIS UBIQUE GENTIUM IN PERPETUUM AGGREGANDI.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Nobis exponendum curavit supremus Moderator Archisodalitatis a Perpetua Adoratione, hoc pietatis et caritatis opus, quod rogatu Venerabilis Dei servi Francisci Iosephi Rudigier, Episcopi Linciensis, a fel. rec. Pio Papa IX Decessore Nostro usque ab anno MDCCCLXXVII sub patrocinio S. Benedicti in Abbatiali Ecclesia Labacensi per similes Apostolicas Litteras erectum fuit, quodque animas Purgatorio igne detentas adiuvare studet, iam per easdem Litteras facultate pollere, sibi alias eiusdem nominis Sodalitates in Imperio Austro-Hungarico sive erectas sive erigendas aggregandi. Cum vero huiusmodi Consociationes etiam extra memoratum Imperium exortae sint, suppliciter idem Moderator Nos rogavit, ut novo Archisodalitatem ipsam privilegio ditaremus, quo huius generis instituta, ubique terrarum existentia, sibi adiungere queat. Nos hisce votis obsecundantes, ac de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, praesentium tenore Apostolica Auctoritate Nostra potestatem praedictae Archisodalitatis officialibus sodalibusque praesentibus ac futuris perpetuo largimur, cuius vi quaslibet sodalitates eiusdem nominis atque instituti, ubique gentium de respectivi ordinarii consensu vel erectas vel in posterum erigendas, servatis tamen forma Constitutionis rec. me. Clementis PP. VIII Deces-

soris Nostri, aliisque ordinationibus Apostolicis hac super re editis, aggregare, et cum ipsis omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes eidem Archisodalitati ab hac S. Sede concessas, quaeque aliis impertiri queunt, communicare licite possint ac valeant. Decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die n Martii MCMX, Pontificatus Nostri anno septimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. S. *a Secretis Status.*

IL

ERECTIO VICARIATUS APOSTOLICI ERYTHRAEI.

PIUS PP. x.

Ad futuram rei memoriam. — Ecclesiarum omnium cura Nobis divinitus commissa, illud praecipue postulat, ut quum in aliqua regione fidelium numerus non minus quam clerus aucti sint, atque in ea quotidie magis bona opera florescant, regionem ipsam ad potiorem dignitatis gradum evehamus, quo aeternae incolarum saluti facilius prospiciatur. Hunc quidem progressum iucundo accepimus animo in Erythraea Praefectura evenisse, iam sollertiae ac laboribus Fratrum Ordinis Minorum Capulatorum demandata. Et cum supremus eiusdem Ordinis Minister una cum suo Definitorio in proponendo Nobis successore bo : me : Michaelis a Carbonara, optime de ea Missione meriti, non modo peropportunum, verum etiam necessarium sibi videri exposuerit, memoratam Praefecturam in Vicariatum Apostolicum erigi; Nos, de consilio VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Sacro Christiano nomini propagando pro negotiis ritus orientalis praepositorum, enixis huiusmodi votis censuimus obsecundandum. In hanc enim sententiam venimus, prae oculis habentes tum ingentem territorii amplitudinem, in quo plurima templa, stationes, Seminarium ac puerorum utriusque sexus scholae existunt, tum postremis hisce tem-

poribus populi et Sacerdotum frequentiam, qui in spirituale eius bonum summa alacritate incumbunt. Nam ibi catholici tantummodo ad plus quam sedecim millia iam, Deo favente, pervenerunt, et praeter Apostolicos praedicti Ordinis Fratrum Capulatorum Missionarios, qui illic in vinea Domini desudant ac laborant, suam quoque operam cum eis consociant Presbyteri saeculares Orientalis seu Abyssinii ritus, qui in praesens quinquaginta numerum excedunt. Itidem autem sive puellabus instituendis, sive exercendae caritati Moniales e Congregatione S. Annae se penitus addicunt. Quae omnia cum ita sint, omnes et singulos quibus hae Litterae Nostrae favent, peculiari benevolentia complectentes, Motu Proprio ac certa scientia et matura deliberatione Nostra, de Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium vi, Praefecturam Apostolicam Erythraeam in Vicariatum Apostolicum eiusdem nominis erigimus et instituimus cum omnibus et singulis iuribus, honoribus, privilegiis, indultis, quae ad huiusmodi Vicariatus Apostolicos pertinent. Decernentes has Litteras firmas, validas et efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat vel spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos iudicari ac definiri debere, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Sanctionibus Apostolicis, licet speciali et individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die VII Februarii MDCCCCXI Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. ✠ S. *a Secretis Status.*

III.

PECULIARES CONCESSIONES PRO MISSIS VOTIVIS IN PATRIARCHALI BASILICA S. MARIAE ANGELORUM IN PORTIUNCULA CELEBRANDIS.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Perinsignis Patriarchalis Basilica Sanctae Mariae Angelorum in Portiuncula, Ordinis Minorum Caput et Mater, etiam secundi Ordinis Minoritici parens fuit atque altrix. Potiores enim inter laudes, quibus Sanctuarium ipsum, in toto Christiano

orbe commendatum, iure ac merito nobilitatur, illa maxime aecensenda est, quod locus idem a pia virgine Assisiensi Clara electus fuerit, in quo se totam Deo consecraret, rudem Seraphicae religionis tunicam ab ipso legifero Patre Francisco obtinens. Referunt Ordinis Franciscalis fastorum scriptores, nocte, quae diem decimam nonam Martii mensis anni MCCXII praecessit, Claram Virginem, fluxa omnia et labilia mundi contemnentem, crino tonso coram altari Dominae nupsisse aeterno sponso. Nobilem siquidem puellam, domo, civitate et consanguineis derelictis, ad Sanctae Mariae in Portiuncula aedem festinasse referunt; eandem a fratribus, qui ante Sacram aram Deo excubias observabant, accensis lucernis fuisse receptam, et mox, recisis crinibus, proiectisque divitibus ornamentis, quibus erat induta, in manibus Sancti Francisci repudii libellum mundo tradidisse. Sic eodem in Sanctuario, quo Franciscus prima Ordinis sui fundamenta posuerat, Virginum quoque Franciscanum institutum ortum esse scriptores testantur, ita quidem ut liquido appareat, utramque religiosam familiam ex unico fonte, nempe a Deiparae Virginis gremio, promanasse. Nec supervacaneum quidem hic Nobis videtur piam mirandi illius facti traditionem memorare, quod iidem rerum Franciscalium scriptores evenisse referunt per hyemem annorum MCCXIX-MCCXX. Legimus in eorum narrationibus, Franciscum Patrem, votis annuentem Sanctae Virginis Clarae, illam ad S. Mariae ab Angelis ad mensam invitasse, eandemque locum ubi tonsa fuerat, atque ubi se primum Divino Sponso mancipaverat, coelesti laetitia perfusam, longos post annos revisisse. Exhibito prius Angelorum Reginae humili obsequio, Franciscum paupere in mensa humi parata, ut mos illi erat, cum Clara et sociis decubuisse, primoque ferculo Franciscum Patrem tam suaviter, tam alte, ac tam sancte de Deo loqui coepisse, ut ipse, Clara, ceterique adstantes in extasim rapti fuerint, ipsis autem ad Deum raptis, oculisque ac manibus ad Coelum elatis, Assisii et Betonii vicinorumque oppidorum civibus, visa esse omnia comburi, et coenobium ipsamque Sacram aedem sylvasque continentes immani incendio flagrare. Accurrentibus vero confestim auxilio, ne incendii quidem vestigium apparuisse, sed coenobium subeuntes Franciscum, Claram sociosque invenisse circa mensam humillimam ad Dominum raptos ac virtute indutos ex Alto. Tum comperisse incendii speciem a divini amoris flamma manasse, novo in Coenaculo Paraclyti Spiritus ignes arsisse. Oh vere sanctorum omnium sanctissimus appellari locus potest, dignusque propterea cui honores tribuantur amplissimi ! Tantae sanctitatis fama, memoriisque tam gloriosis adducti, Romani Pontifices Nostri Decessores Ecclesiam Sanctae Mariae Angelorum in Portiuncula, singularibus gra-

tiis ac privilegiis ornarunt; Nosque eorundem vestigiis insistentes, per similes Apostolicas Litteras, die xi Aprilis mensis anno MDCCCCIX piscatoris annulo obsignatas, super enunciatis privilegiis ac iuribus rite recognitis et auctis, Ecclesiam ipsam in Portiuncula, caput et Matrem Ordinis Minorum, Basilicam Patriarchalem et Cappellani Papalem declaravimus. Nunc autem cum dilectus filius Iosephus Bucefari, Minister Fratrum Minorum ad regularem provinciam de Portiuncula pertinentium, votis Sacerdotum ad Sanctuaria Assisiensia peregrinantium, non minus quam Religiosorum suorum obsecundans, Nos enixis precibus adierit, ut privilegium impertiamur, ex quo Sacerdotibus in Portiunculae sacello Sacrum facturis, ex Apostolica Auctoritate liceat Missam votivam de Sancta Clara Assisiensi celebrare, iisdem diebus atque iisdem iuribus, quibus memoratae Nostrae Litterae Missam votivam de Sancto Patre Francisco ibidem celebrari permittunt, Nos animo repetentes Sanctae illius Virginis, secundi Ordinis, idest Monialium omnium Franciscanum institutricis, gloriosa vitae acta, ut eadem, illo in templo, quo ad coelestis sponsi nuptias festinans, alterum illum ordinem feliciter inchoavit, peculiari cultu recolatur, optatis his piis annuendum paterna voluntate existimavimus. Quae cum ita sint, Apostolica Nostra Auctoritate, vi praesentium, perpetuum in modum concedimus, ut in Sacello Portiunculae apud Basilicam Patriarchalem Sanctae Mariae Angelorum, iisdem diebus atque iisdem iuribus ac privilegiis, quibus Nostrae Litterae die xi Aprilis mensis anno MDCCCCIX, eadem hac forma datae, Missam votivam de Sancto Patre Francisco ibidem permittunt, fas siet cuique Sacerdoti Sacrum facturo, Missam votivam de Sancta Clara Assisiensi rite litare. Ut autem peregrinantium Sacerdotum tum spirituali solatio, tum commoditati latius consulamus, facultatem similiter Apostolica benignitate addimus, ut Sacerdotes peregrinantes, seu peregrinantium duces, utramque Missam, nempe de Sancto Francisco Patre, ac de Sancta Clara Virgine, etiam ad altare Maius Arae Pontificiae nuper consecratae cohaerens, celebrare queant. Tandem Patriarchalem eandem Basilicam nova et quidem singulari voluntatis Nostrae significatione cohonestare volentes, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine concedimus et largimur, ut ipsam ad Aram Maximam a Sacerdotibus peregrinis, vel peregrinantium ducibus, non modo Missae Sanctorum Francisci et Clarae Assisiensium, sed etiam Missa Virginis Deiparae eadem ac illae ratione, more votivo peragi possit; nec non ut si qua ex his tribus Missis cum cantu sit habenda, ipsa, maxime pro peregrinorum commodo, non solum a Sacerdotibus peregrinis, et peregrinantium ducibus, verum etiam ab aliis presbyteris, servatis rite servandis, queat decan-

tari. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat, et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die ix Februarii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L.)$j S.

EPISTOLA

AD IACOBUM CARD. GIBBONS, ARCHIEPISCOPUM BALTIMORENSIUM, OB LITTERAS OBSEQUII AC VENERATIONIS PLENAS, BEATISSIMO PATRI, NOMINE ETIAM CETERORUM ANTISTITUM AMERICAE VASHINGTONI1 CONGREGATORUM REVERENTER MISSAS.

Dilecte fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Minime sane praeter opinionem accidit ac spem ut tu quoque, Dilecte Fili Noster, novum praeberes veteris necessitudinis tuae testimonium, iniurias scilicet et ipse expostulando quibus proximo Septembri dum heic Romae captae Urbis celebraretur memoria, palam lacessiti fuimus ac procaciter. Quod quidem testimonium eo gratius accidit quo uberius. Etenim non tuae tantum extitit pietatis nuncium, sed et pietatis Antistitum qui tecum una Washingtonium nuper convenerant; quorum omnium et iudicia et sensus, sensui iudicioque tuo simillima, litterae tuae declararunt. Cepimus inde suavissimae iucunditatis fructum, quantum aliquis ex optatissima re capere potest maximum: ac pietatis Nostrae partes

duximus tibi rescribere ut gratias ageremus; quas sane pergratum facies si, verbis Nostris, iis egeris quos in hac studiorum significatione socios habuisti. His porro, tibique in primis, Clerisque populisque cuiusque vestrum concreditis coelestia munera adprecamur, eorumdemque auspicem atque insimul benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, in praeludio Natalis Christi humani generis Servatoris, anno MCMX, Pontificatus vero Nostri octavo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I.

ROMANA.

DE COMPETENTIA IN ECCLESIASTICIS LEGIBUS INTERPRETANDIS.

Sacrae Congregationi Consistoriali ea quae sequuntur dubia proposita sunt solvenda:

1.° an, post ordinationem Romanae Curiae a Pio PP. X statutam, Sacrae Congregationi Concilii adhuc competat exclusiva facultas authentice interpretandi omnia Concilii Tridentini decreta, quae ad morum reformationem, disciplinam aliaque huiusmodi pertinent, Summo Pontifice consulto;

°2.° an facultas authentice interpretandi Concilii Tridentini decreta aliasque leges ecclesiasticas vi Constitutionis *Sapienti Consilio* sit singulis Sacris Congregationibus commissa secundum propriam cuiusque competentiam, salva Romani Pontificis approbatione;

3.° an eadem potestas competat sacris tribunalibus Romanae Rotae et Signaturae Apostolicae;

4.° an iisdem sacris tribunalibus competat saltem facultas decreta Concilii Tridentini aliasque leges ecclesiasticas interpretandi iuridice in casibus particularibus, ita nempe ut ius faciant inter partes in causa.

Emi Patres huius Sacrae Congregationis in generali coetu die 9 Februarii 1911 habito, omnibus mature perpensis, respondendum censuerunt :

Ad I et III *negatine;* ad II et IV *affirmative.*

In sequenti vero die, quum hae dubiorum resolutiones SSmo D. N. Pio PP. X ab infrascripto Cardinali Secretario relatae sint, Sanctitas Sua eas ratas habuit et confirmavit.

Datum Romae ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, die 11 Februarii anno 1911.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. © S.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

IL

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

SSmus D. N. Pius PP. X, decreto Sacrae Congregationis Consistorialis, elegit:

14 ianuarii 1911. — R. P. D. Bernardum Pizzorno, iam episcopum titularem Comanensem in episcopum cathedralis ecclesiae Cremensis.

16 ianuarii. —- R. P. D. Ioseph Butt, archidioecesis Westmonasteriensis, pro-rectorem Collegii S. Bedae in Urbe, in episcopum titularis ecclesiae Cambysopolitanae cum deputatione in auxiliarem R. P. D. Francisci Bourne. archiepiscopi Westmonasteriensis.

19 ianuarii. — R. P. D. Sebastianum Herscher, iam episcopum Lingonensem in archiepiscopum titularis ecclesiae Laodicenae.

20 ianuarii. — R. D. Antonium Bauer in archiepiscopum titularis ecclesiae Pessinuntinae cum deputatione in coadiutorem cum futura successione R. P. D. Georgii Posilovic, archiepiscopi Zagabriensis.

27 ianuarii. — R. P. D. Angelum Mariam Dolci iam archiepiscopum Nazianzenum, in archiepiscopum ecclesiae archiepiscopalis Amalphitanae.

1 februarii 1911. — R. D. Cletum Cassani in episcopum titularis ecclesiae Thaciae Montanae cum deputatione in auxiliarem R. P. D. Ae milii Parodi, archiepiscopi Turritani.

3 februarii 1911. — R. D. Aloisium Niella, in episcopum cathedralis ecclesiae Corrientensis.

é februarii. — R. D. Ioannem Baptistam Hierl, in episcopum titularis ecclesiae Theuchirensis cum deputatione in auxiliarem R. P. D. Francisci Antooii Henle, episcopi Ratisbonensis.

6 februarii. — R. D. Michaelem de Lima Valverde, in episcopum cathedralis ecclesiae S. Mariae in Brasilia.

— R. D. Andream Karlin in episcopum cathedralium ecclesiarum Tergestinae et Iustinopolitanae.

9 februarii. — R. P. D. Oliverium de Durfort Civrac de Lorge, in episcopum cathedralis ecclesiae Lingonensis.

— R. D. Michaelem de La Mora, in episcopum cathedralis ecclesiae da Zacathecas.

10 februarii. — R. D. Eugenium Giambro, in episcopum cathedralis ecclesiae Sarsinatensis.

14 februarii. —• R. P. D. Ioannem Capitoli, iam episcopum Thermularum in episcopum cathedralis ecclesiae Balneoregiensis.

— R. D. Ferdinandum Rodolfi, in episcopum cathedralis ecclesiae Vicentinae.

21 februarii. — R. D. Ioannem Scotti, in episcopum cathedralis ecclesiae Cariatensis.

28 februarii. — R. D. Petrum Goebl, in episcopum titularis ecclesiae Sinopensis cum deputatione in Auxiliarem R. P. D. Maximiliani de Lingg, episcopi Augustae Vindelicorum.

Mandavit autem idem SSmus Dominus ut hac de re Litterae Apostolicae sub plumbo ad tramitem iuris expediantur.

S. CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

L

INSTRUCTIO AD ORDINARIOS CIRCA STATUM LIBERUM AC DENUNCIATIONES! INITI MATRIMONII.

Perlatum haud semel est ad hanc S. Congregationem de disciplina Sacramentorum,in quibusdam regionibus parochos matrimoniis adsistere, praesertim advenarum, non comprobato rite ac legitime statu libero contrahentium, eiusque rei causa non defuisse qui alteras nuptias attentare sint ausi.

Haud pauci praeterea Ordinarii conquesti sunt, initorum notitiam connubiorum, quae vi decreti: *Ne temere,* editi a S. C. Concilii die n mensis Augusti anno MDCCCCVII, transmittenda est ad parochum baptismi coniugum, saepe omni fidei testimonio esse destitutam debitisque indiciis carere.

Ad haec incommoda removenda Emi Patres huius S. Congregationis in generali conventu habito in aedibus Vaticanis die vii mensis Februarii MDCCCCXI, praescribenda censuerunt ea quae sequuntur:

I. In memoriam redigatur parochorum haud licere ipsis adesse matrimonio, *nisi constito sibi legitime de libero statu contrahentium, servatis de iure servandis:* (Cfr. Decr. *Ne temere,* n. V, § 2); iidemque praesertim moneantur ne omittant baptismi testimonium a contrahentibus exigere, si hic alia in paroecia fuerit illis collatus.

II. Ut autem quae n. IX, § 2 memorati Decreti praescripta sunt rite serventur, celebrati matrimonii denuntiatio, ad baptismi parochum transmittenda, coniugum eorumque parentum nomina et agnomina descripta secumferat, aetatem contrahentium, locum diemque nuptiarum, testium qui interfuerunt nomina et agnomina, habeatque parochi subscriptum nomen cum adiecto parochiali sigillo. Inscriptio autem accurata indicet paroeciam, dioecesim, oppidum seu locum baptismi coniugum, et ea quae ad scripta per publicos portitores tuto transmittenda pertinent.

III. Si forte accidat ut, adhibitis etiam cautelis, de quibus n. I, baptismi parochus, in recipienda denuntiatione matrimonii comperiat alterutrum contrahentium aliis nuptiis iam esse alligatum, rem quantocius significabit parocho attentati matrimonii.

IV. Ordinarii sedulo advigilent ut haec praescripta religiose serventur, et transgressores, si quos invenerint, curent ad officium revocare, adhibitis etiam, ubi sit opus, canonicis poenis.

Ex Aedibus eiusdem S. G. die 6 Martii 1911.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. © S.

Ph. Giustini, *Secretarius.*

IL

VENETIARUM

PROBATIONIS MATRIMONII.

Emus Patriarcha Venetiarum S. C. de disciplina Sacramentorum sequens proposuit

DUBIUM.

An et quibus in casibus quibusque sub conditionibus admitti valeat tamquam sufficiens probatio initi matrimonii simplex affirmatio eorum qui ex America aliisve dissitis regionibus adveniunt, quotiescumque documentum vel alia legitima probatio celebrationis matrimonii aut omnino haberi nequeat, aut nonnisi admodum difficulter et post longum tempus cum interea rerum adiuncta moram inquisitionis non patiantur.

Cui dubio Emi ac Revmi Patres in plenariis Comitiis habitis die 17 Februarii 1911, re mature perpensa, respondendum censuerunt:

Imprimis curandum diligentissime est, ut factum contracti matrimonii legitimis probationibus ostendatur: quae probationes, licet studiose quaesitae, si haberi nequeant, deferatur partibus iuramentum, quo propriam assertionem confirment: hoc praestito, partes habeantur tamquam legitimo matrimonio coniunctae, earumque proles ut legitima. Excipiendi tamen sunt casus, in quibus ius plenam probationem requirit ex. gr. si agatur de praeiudicio alterius matrimonii vel de ordinibus suscipiendis.

Matrimonium autem per iuramentum ut supra confirmatum inscribatur non quidem in communi matrimoniorum libro, sed in distincto libello ad hoc destinato.

Ex Aedibus eiusdem S. C. die 6 Martii 1911.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. £ß S.

Ph. Giustini, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i.

MISSIO DE LINZ0L0 TRANSFERTÜR AD IURISDICTIONEM VICARIATUS DE UBANGHÍ SEU CONGI GALLICI SUPERIORIS.

DECRETUM.

Ut missionis de Linzoio, quae nunc intra Apostolici Vicariatus Congi Gallici Inferioris seu de Loango fines continetur, aptius regimini prospiciatur, opportunum consilium visum est, attentis geographicis regionum conditionibus, eam missionem ad finitimi Vicariatus de Ubanghi seu Congi Gallici Superioris iurisdictionem transferre. Ad quem effectum Emi Patres huius S. Congregationis Christiano Nomini Propagando in Plenariis Comitiis habitis die 23 superioris Ianuarii censuerunt limites Vicariatus Apostolici de Ubanghi a flumine Djouè proferendos esse occidentem versus ad flumen Loulu, ab Apostolico Vicariatu de Loango eum territorium tractum dismembrando, qui inter praedicta flumina Djouè et Loulu interiacet, illumque ad Vicariatum de Ubanghi adnectendo; ita ut posthac uterque memoratus Vicariatus ad invicem separetur per lineam ductam a fontibus fluminis Ogouè secus flumen Loulu innuens in Niara, usque ad punctum septentrionale provinciae Mayanga in Congo Belgico. Hanc vero Emorum Patrum sententiam SSmo D. N. Pio div. prov. PP. X ab infrascripto eiusdem S. Congregationis Secretario relatam in Audientia diei 7 vertentis mensis Februarii, Sanctitas Sua benigne probavit ratamque habuit, ac praesens ea super re Decretum expediri mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Propaganda Fide, die 14 Februarii anno 1911.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. ✠ S. Aloisius Veccia, *Secretarius.*

II.

PROFERUNTUR LIMITES PRAEFECTURAE APOSTOLICAE UBANGHI-GHARI.

DECRETUM.

Ut limites Praefecturam Apostolicam de Ubanghi-Chari ab Apostolico Vicariatu Africae Centralis seu de Sudan separantes congruentius determinarentur ad evangelizationis operam, attentis illarum regionum

adiunctis, promovendam; Emi Patres huius S. Consilii Christiano Nomini Propagando in Plenaria Congregatione habita die 23 superioris mensis Ianuarii, censuerunt eiusdem Apostolicae Praefecturae de Ubanghi-Chari limites septentrionem versus in territorio Congi Gallici usque ad decimum latitudinis Borealis gradum esse proferendos, talem territorii tractum a praedicto Vicariatu Apostolico Africae Centralis dismembrando. — Hanc vero Emorum Patrum sententiam SSmo D. N. Pio div. prov. PP. X ab infrascripto eiusdem S. Congregationis Secretario relatam in Audientia diei 7 vertentis Februarii, Sanctitas Sua benigne probavit ratamque habuit, ac praesens ea super re Decretum expediri mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 14 Februarii anno 1911.

Fr. H. M. GOTTI, *Praefectus.*

L. S.

Aloisius Veccia, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

RATISBONEN.

DE EDENDIS PROPRIIS CANTUM LITURGICUM CONTINENTIBUS.

Fridericus Pustet, Sanctae Sedis Apostolicae et S. Rituum Congregationis typographus, de consensu Rmi sui Ordinarii Ratisbonensis, humiliter expetivit a Sacra Rituum Congregatione, ut ipsa declarare dignaretur, quis modus servandus sit de expetenda approbatione Propriorum alicuius Dioecesis vel Ordinis ad Graduale vel Antiphonale Romanum Vaticanae editionis, et praesertim :

I. Utrum Propria, quae exhibent cantum gregorianum, indigeant Approbatione Sacrae Rituum Congregationis pro prima editione?

II. Et quatenus affirmative ad I, utrum etiam pro sequentibus editionibus?

III. Et quatenus negative ad II, utram praeter licentiam Ordinarii loci, in quo praedicta Propria evulgantur, requiratur insuper licentia Antistitis respectivi Ordinis vel Dioecesis?

IV. Qua approbatione indigeant illa Propria ad Graduale vel Antiphonae Romanum Vaticanae editionis, quae exhibent cantum gregorianum notis modernis transcriptum?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audita Commissionis Liturgicae sententia, una cum voto Praesidis Commissionis de musica et cantu sacro, reque sedulo perpensa ac discussa, ita respondendum censuit :

Ad J. *Affirmative :* et singula cuiuslibet Proprii seu novi Officii aut Missae folia, apud quemlibet typographum composita, in triplici exemplari vel singillatim vel simul sumpta ad Sacram Rituum Congregationem pro revisione et definitiva approbatione transmittantur ; praehabita quidem licentia illius Ordinarii loci vel Moderatoris supremi Ordinis sive Instituti, in cuius usum paratur editio, quae veluti typica pro futuris editionibus inserviet.

Ad II. *Negative,* dummodo subsequentes editiones cum prima typica editione sive Proprii sive novi Officii aut Missae fideliter concordent; prouti Decretum sacrae Rituum Congregationis sub die 11 Augusti 1905, quod Instructiones circa editionem et approbationem librorum cantum liturgicum gregorianum continentium exhibent, omnino declarat et iubet.

Ad III. Requiritur pro subsequentibus editionibus tam approbatio Ordinarii Dioecesis vel Moderatoris Supremi Ordinis seu Congregationis, in cuius usum ipsae editiones parantur, quam licentia Ordinarii, loci, in quo huiusmodi editiones conficiuntur et evulgantur.

Ad IV. Requiritur et sufficit approbatio Ordinarii Dioecesis vel Moderatoris Ordinis sive instituti, atque licentia Ordinarii illius loci, ubi tales editiones parantur sive evulgantur, prouti in responsione ad dubium III superius indicatur.

Declarat autem sacra Rituum Congregatio tum Decretum approbationis a se dandum primae editioni alicuius Proprii sive novi Officii aut Missae cantum gregorianum liturgicum exhibenti cum approbationem Ordinarii Dioecesis aut Moderatoris Supremi Ordinis sive Instituti atque licentiam Ordinarii loci, ut supra, in scriptis praevie ab editoribus expetendam et obtinendam, omnino debere integre et fideliter in principio vel in fine Proprii vel Officii novi aut Missae publicari.

Atque ita rescripsit, die 24 Februarii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

MASSILIEN.

DEPOSITI IUDICIARII.

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno octavo. RR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Ponens, *Seraphinus Many, et Franciscus Heiner, Auditores de turno, in quaestione incidentali* - Massilien. - Depositi iudiciarii - *inter P. Ioannem Altaria repraesentatum per legitimum procuratorem Sac. N. Patrizi, advocatum, et P. Aemilium Aillaud repraesentatum per legitimum procuratorem Sac. A. Colomb, advocatum, interveniente et disceptante in quaestione Rmo Procuratore iustitiae, die 20 Ianuarii 1911 sequentem tulerunt sententiam.*

Pendente iudiciali processu causae *Massilien. - Diffamationis,* contigit, ut incidentalis quaestio exoriretur, exposcente pro suo munere Rmo Promotore iustitiae, ut apud nostrum tribunal, vel apud aerarium S. Sedis, pecunia deponeretur, quam actor I. Allaria detinebat nomine Congregationis S. Petri in Vinculis. Providae petitioni morem gessit R. P. D. Ponens et, auditis Auditoribus de turno, rescripit die 16 Iulii 1910: « Obtinuit, et infrascriptus, auditis Auditoribus de turno, iussit ad nor- « mam iuris, necnon par. 85 Regul. deponi integram controversam sum- « mam in capsa tribunalis S. R. Rotae, idque notificetur Ordinario « Massilien, pro notificatione et executione ; adhibitis etiam, quatenus « opus sit, ecclesiasticis censuris ». At contra praefatum decretum se opposuit actor in causa : unde incidentalis quaestio hodie dirimenda sub dubio concordato.

An, attento decreto diei 16 Iulii 1910, sit standum vel recedendum a decisis in casu.

Et in primis animadvertere praestat, controversiam non esse, cuiusnam sit pecunia ; haec enim ex ipsius actoris confessione certum habet dominum, Congregationem videlicet S. Petri in vinculis: nec proinde in casu agi de sequestratione proprie dicta, cum haec respiciat res litigiosas, sed tantum de deposito iudiciali. Quamvis autem sequestratio generaliter prohibita sit, non ita dicendum de deposito. Etenim sequestratio, uti recte adnotat Rmus Promotor iustitiae in suis animadversionibus n. 10 non

permittitur; I° « quia non oportet iudicium ab executione inchoare, sed « oportet, ut actor antea de suo iure doceat, reumque super debito con« vincat » ; 2° « quia priusquam actor docuerit de suo iure, praesumptio « est pro reo, qui ergo non est turban dus in sua possessione ». Depositum vero iudiciale praecipitur ad reddendam tutam et securam futurae decisionis executionem. Hinc ex nostris Regulis § 85, n. 1 expresse edicitur. « Ponentis est in favorem litigantium eas cautiones, aut fideiussiones « praescribere, quae opportunae videbuntur. . . . . ad consequendum, « uti par est, decisionis executionem, quam tribunal iuxta diversas actiones nes forte erit editurum in iudiciis posterioribus ». Et in 2. « Cautio executione facilis, praeter fideiussionem personae'solvendo idoneae, est « depositum iudiciale in favorem litigantis. . . . etc. ».

Nec desunt in themate iustae causae, quae depositum non tantum utile, sed necessarium suadent. Siquidem P. I. Aliaría, qui nulla bona immobilia possidet, nec aliquam cautionem dedit circa pecuniae, quam detinet, restitutionem, nemini unquam patefecit penes quem eamdem pecuniam custodiat, et, quod maius est, quam aequet summam. Deinde idem Aliaría pluries scripsit, se pecuniam non redditurum, nisi ipsius fama, quam laesam fuisse contendit, prius restitueretur. Sic in eius epistola diei 16 Febr. 1906 ad P. Alliaud Superiorem Generalem instituti dicit, se non accepturum esse sententiam iudicialem, etiam Romae latam, nisi sub duabus conditionibus, quarum secunda haec est: « Que vous aurez accepté de me réhabiliter officielement là où vous « et d'autres membres de la Communauté, sciemment ou non, m'avez «mis en suspicion, discrédité, avili, et déshonoré peut-être de quelque « façon en quelque lieux, en quelque temps que se soit ! La sentence « arbitrale particulière ou de Rome ne devant sortir à effet que lorsque « cette réparation d'honneur et de justice sera complète ». Ita etiam in eius epistola diei 4 Aprilis 1906 ad eumdem. « Que vous reconnaissiez « devoir me réhabiliter de la façon la plus complète devant les autorités « ecclésiastiques, est quelque chose, mais je ne m'en contente pas, vous « le devez faire ailleurs encore. Je ne remettrai rien que tout cela ne soit « un fait ». Sic pariter et fortius in altera epistola diei 12 Maii 1906 ad eumdem. « C'est pourquoi je n'ai cessé de vous dire: enlevez l'accusation, « que vous savez n'être qu'une calomnie. Si vous vous refusez à cela « je n'ai plus qu'à profiter du fruit de mon vol prétendu, et ne répon« drai plus à rien, ni à personne, que ce soit Rome, Marseille, ou Bar« celone qui parle. C'est bien arrêté, ce sera ainsi ».

Unde P. Aliaría sat clare et vehementer affirmat, non una tantum vice, se non restituturum pecuniam Congregationi debitam, nisi prius

superiores restituerint eius famam, quam praetendit ab eis fuisse laesam. Si ergo S. Rota in sententia definitiva iudicaverit famam P. I. Alliaría non fuisse laesam, idem P. Allaria pecuniam non restitueret, nec sententia executioni posset demandari.

Neque obstat quod Rmus Promotor iustitiae de deposito faciendo non egerit in concordatione dubiorum. Potestas enim Ponenti concessa in § 85 Reg. abstraxit a concordatione dubiorum, et exerceri potest in quolibet iudicii stadio, quoties opportuna videbitur ad consequendam executionem decisionis.

Nec ulterius obstat, quod R. D. Ponens in edendo decreto diei 16 Iulii audiverit Auditores de turno. Hoc quidem non erat necessarium attentis *par. 35 ac 38* nostrarum Regularum. Sed hic subintrat regul. 27 Iuris in VI « Utile non debet per inutile vitiari »; eo magis quod Dnus Ponens sic agendo, non privavit partem litigantem beneficio appellationis ad turnum, cum sententiae quaecumque incidentales a Turno latae ad eundem Turnum via appellationis deferri possint et debeant *par. 95, n. 1.*

Neque etiam dicendum, in iudiciis aequalitatem servandam esse inter contendentes ; proinde depositum exigi quoque deberet ex parte Congregationis S. Petri in Vinculis. Nam quod spectat ad fiduciam in debitoribus habendam, maximum discrimen extat inter virum privatum, qui nulla bona immobilia habet, et facile eludere potest media coercitiva tribunalium ecclesiasticorum, et Congregationem religiosam, quae domos, aliave bona immobilia possidet, ac totaliter et in omnibus pendet ab Ecclesia.

Inutiliter tandem asseritur, per pecuniae exhibitionem adversarios actoris quasi de victoria gloriari. Etenim in primis S. Rotae tribunal id quod iustum est ac legitimum tantum prosequitur. Deinde tantum abest quod per iudiciale depositum detrimentum aliquod recipiat P. I. Allaria, ut potius per illud luculenter ostenderet, se bono iure inniti, atque unum tantum exoptare, propriae videlicet bonae famae restaurationem.

Quibus omnibus sedulo perpensis, nos infrascripti Auditores de turno, invocato Christi nomine, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus, et sententiamus, standum esse decisis in decreto 16 Iulii 1910 statuentes, ut iudiciales expensae a P. I. Allaria solvantur, reservata Nobis, vel cui de iure, earundem expensarum taxatione.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut executioni demandent hanc nostram sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum

canonum, et praesertim *cap. 3 Sess. XXV, De Ref.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, die 25 Ianuarii 1911.

Guilelmus Sebastianeiii, *Ponens.*
L. £g S. Seraphinus Many,
Franciscus Heiner.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SIGNATURA APOSTOLICA

PHAREN.

IURIUM ET POENARUM.

In ordinario Coetu seu Congressu habito die 3 Februarii anni 1911, inter Emum ac Rmum P. D. Card. Vincentium Vannutelli Praefectum huius Supremi Tribunalis et infrascriptum a Secretis, propositum fuit dubium, an ad plenarii Coetus Emorum Patrum iudicium admittendus esset necne recursus interpositus a Rev. D. Cosimo Scarpa parocho decano oppidi *Gittavecchia* dioecesis Pharen. in Dalmatia, contra Rotalem Sententiam emissam die 10 Iunii praeteriti anni 1910, quae confirmaverat alteram sententiam eiusdem S. Rotae Tribunalis sub die 29 Iulii anni 1909, secus ac expetierat sua nova instantia praefatus D. Cosimus Scarpa, qui ad S. Rotae Tribunal appellaverat, eo quod Pharen. Episcopus eum ab officio decanatus removit poenisque ecclesiasticis mulctavit, quia Ordinarii praecepto restiterat, et contra ipsum, SS. Canonibus contemptis, litem apud laicas potestates et civilia tribunalia intentare non esset veritus. Iamvero ex diligentissimo prolixoque omnium rationum instituto examine, quas actor pro suo tuendo recursu adducit, liquido compertum est eas boni iuris fundamento prorsus destitui. Ut cetera omnia, magis causidicorum argutias quam solida argumenta, silentio praetereamus, illa praecipua ratio, qua se recurrens confidit posse evincere Sententiae Rotalis nullitatem, scilicet praesumptas defectus *competentiae* in iudicibus Tribunalis S. Rotae, nihil conficit, imo eidem actori adversatur. Quomodocumque enim consideretur dispositio Curiae Pharen., seu Decretum, quo ille Episcopus pervicacem actorem, detractantem sibi debitam obedientiam et ad civilia tribunalia contra ipsum recurrentem, decanatu privavit poenisque ecclesiasticis affecit ; id semper necessario legitimeque consequetur, aut ex iure *Legis Pro-*

priae-axLt ex Apostolici Rescripti auctoritate, iudices Tribunalis S. Rotae competentes fuisse in emittenda sententia *appellata.* Nec permittendum, quod recurrens tricis ac technis Apostolici Rescripti validitatem audeat impetere. Intolerabile porro visum est, actorem, qui plus quam semel tum a Curia Metropolitana suae regionis, tum ab ipsis laicis potestatibus ac demum a S. Rotae Tribunali repulsus fuit, pertinaciter adhuc urgere causam, quae adversus debitam legitimo Episcopo obedientiam, adversus propria parochi officia, spiritualemque plebanorum aedificationem suscepta est, et quae nonnisi contra SS. Canones et Apostolicae Sedis reverentiam ulterius per summam iniuriam agitari potest.

Quare, omnibus istius recursus momentis sedulo ad trutinam revocatis, attentoque etiam Rmi Consultoris voto, perspicue innotuit, eumdem recursum praefati parochi decani D. Cosimi Scarpa contra Rotalem Senteutiam a limine iuxta *Legis Propriae de Bomana Curia* can. 40, § % reiiciendum esse.

Emus igitur Card. Vincentius Vannutelli, huius Supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis Praefectus, ita decerni statuit, atque hoc decretum per adstantem actuarium confici et expediri iussit, cum solemnitatibus et clausulis, quae sunt de iure et ad *Iiegis Propriae* normam requiruntur.

Datum Romae in Aedibus S. A. S. T. die 3 mensis Februarii anno Domini 1911.

Nicolaus Marini, *a Secretis S. A. S. T.*

L. % S.

Iosephus Adv. Fornari, *S. T. A.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

I.

AD R. P. D. FRANCISCUM BOURNB, WESTMONASTERIENSIUM ARCHIEPISCOPUM, OB LITTERAS PER EUNDEM SANCTITATI SUAE EXHIBITAS A SOCIETATE QUAE ANGLTCE " THE CATHOLIC MISSIONARY SOCIETY „ NUNCUPATUR.

Illme ac Revme Domine,

Litterae, eiusdem Amplitudinis Tuae commendatione praeditae, quas per te Beatissimo Patri Sacerdotes Associationi « The catholic Missionary Society » adscripti exhibuerunt, quaeque declarant eosdem

Presbyteros hunc in finem intendere, ut pro viribus ad demulcendos illustrandosque animos a fide catholica alienos vel errorum caecitate obrutos, eosque in sinum Sanctae Matris Ecclesiae adducendos operam navare non desinent, Augusti Pontificis cordi, tot tantisque doloribus adiecto, magnum ille quidem sollatium attulerunt.

Quid enim dulcius, quid iucundius Summo Pastori esse potest, quam ut dispersae errantesque oves colligantur, ac unum fiat ovile et unus Pastor?

Praefatis igitur litteris vehementer gavisus, Beatissimus Pater, dum vota promit ut supradicta Sacerdotum Associatio multos bonosque fructus adferre possit, omnibus et singulis eiusdem societatis Praesbyteris imploratam Apostolicam Benedictionem, supernorum auxiliorum auspicem, effuso animo impertitur.

Sensus interim maximae existimationis in te meae confirmans sum et permanere gaudeo

Amplitudinis Tuae

Romae, die xvni Ianuarii MCMXI.

Addictissimus

L. j$j S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD R. P. D. IOSEPHUM ALTENWEISEL EPISCOPUM BRIXINENSEM, OB FILIALIS DEVOTIONIS OBSEQUIUM, EX PARTE UNIVERSAE DIOECESEOS, BEATISSIMO PATRI OBLATUM.

Di grande e particolare conforto sono giunte al cuore Augusto del Santo Padre le molteplici e numerose proteste che si sono fatte, in cotesta Diocesi, contro le note ingiurie del Sindaco di Roma, e che la S. V. Illma e Revma ha avuto il delicato pensiero di raccogliere e di inviare al Santo Padre, come unanime espressione di affetto e di attaccamento alla Santa Sede ed al Sommo Pontefice.

Siffatte proteste che provengono da interi paesi e Municipi (firmate dai rispettivi Sindaci e Consiglieri), da Parrocchie, Comunità Religiose, Collegi e Seminari, Associazioni Cattoliche, e da persone laiche ed ecclesiastiche di ogni ceto e condizione, sono, in vero, una imponente dimostrazione che torna a lode dello zelo dell'Ordinario della Diocesi di Bressanone, e della viva e profonda fede cattolica dei suoi Diocesani. 11 Santo Padre pertanto, che, come è ben naturale, ha provato consolazione

per questo atto di filiale ossequio, e per la parte che cotesti figli spirituali hanno preso al suo dolore, mentre ne li ringrazia, insieme alla S.V. invia a tutti ed a ciascuno, con effi;sione di animo e con paterno affetto' l'Apostolica Benedizione, pegno di abbondanti grazie celesti.

Lieto diparteciparle quanto sopra, con sensi di distinta stima mi confermo

Della S. V. Dima e Revma,

Roma, 18 Gennaio 1911. Servitore

R. CARD. MERRY DEL VAL.

L. £g S. *a Secretis Status.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ORDINARIA PARTICOLARE.

Il giorno 21 Febbraio 1911, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione Ordinaria Particolare dei Sacri Riti nella quale sono state sottoposte al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima le seguenti cause :

1. Intorno alla *validità* dei Processi Apostolici fatti nelle Curie ecclesiastiche di. Marsiglia e di Ajaccio sopra due asserti miracoli; e dell'ossequio avuto ai Decreti di Urbano VIII per la Causa di Canonizzazione del Beato Teófilo da Corte, Sacerdote professo dei Frati Minori.

2. Intorno alla *validità* dei Processi Apostolici ed Ordinari costruiti per la Causa di Beatificazione e Canonizzazione delle Venerabili Maria Maddalena Fontaine e tre sue Compagne delle Figlie della Carità, e delle Venerabili Maria Clotilde Angela di S. Francesco Borgia e dieci Compagne di lei dell' Ordine delle Orsoline di Valenciennes.

3. Intorno alla *validità* ed al *rilievo* del Processo Apostolico costruito nella Curia di Brescia sopra la fama di santità della vita, delle virtù e dei miracoli della Ven. Vincenza Gerosa, fondatrice dell' Istituto delle Suore di Carità in Lovere.

4. E finalmente intorno al *auto,* in ossequio ai decreti di Urbano VIII, *non mai prestato* alla Ven. Carolina Barbara Colchen-Carré de Malberg, fondatrice delle Figlie di S. Francesco di Sales.

CONGREGAZIONE PREPARATORIA.

Il giorno 7 del corrente mese di Marzo, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione Preparatoria dei Sacri Riti sopra le virtù in grado eroico della Venerabile Ludovica de Marillac, Vedova Le Cras, Confondatrice delle Figlie della Carità.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE .

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di nominare:

Protonotarii) Apostolico di numero partecipante :

7 Marzo 1911. — Mons. Umberto Benigni.

Protonotario apostolico ad instar participantium:

6 Febbraio 1911. — Rev. Lorenzo Szubartowicz, Prelato-decano del Capitolo Cattedrale di Sandomir.

Prelati domestici di S. S. :

28 Gennaio 1911. — Rev. Guglielmo Riordan, della diocesi di Winona — Rev. Massimiliano Wurst, della medesima diocesi.

30 Gennaio. — Rev. Dionisio Gérin, della diocesi di Trois-Rivières (Canada).

4 Febbraio 1911. — Rev. Ladislao Fudalewski, Prelato decano della Collegiata Opatoriense nella diocesi di Sandomir.

6 Febbraio.— Mons. Giovanni Csiszàrik, Consultore Ecclesiastico della I. e R. Ambasciata di Austria-Ungheria.

7 Febbraio. — Rev. Rev. Roberto Marcucci, Cerimoniere Pontificio.

9 Febbraio. — Rev. Guglielmo Tommaso Russell, parroco di S. Patrizio a Washington.

15 Febbraio. — Rev. Alessandro Luigi Fichaux, Canonico di Cambrai.

Sua Santità, con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnata di nominare :

17 Febbraio 1911. — S. E. Revma il Signor Cardinale Vincenzo Vannutelli, Protettore dell' Istituto delle Figlie della Carità, Serve dei poveri, dette Suore della Provvidenza.

16 Febbraio. — L'Illmo e Rmo Mons. Do Rego Maja, Arcivescovo titolare di Nicopoli ; il Rev. Don Placido Lugano, Benedettino Olivetano ; il Rev. P. Fi

lippo Maroto, dei Missionari Figli del S. Cuore Immacolato di Maria, Consultori della S. Congregazione dei Religiosi.

27 Febbraio. — Il R. P. Placido Angelo Rey Lem os, dei Frati Minori dell'Unione Leoniana, Consultore della S. Congregazione Concistoriale.

2 Marzo 1911. — LTllmo e Revmo Mons. Giuseppe Aversa, Arcivescovo titolare di Sardi, attualmente Delegato Apostolico della Repubblica del Venezuela, Nunzio Apostolico del Brasile.

7 *Marzo.* — Mons. Eugenio Pacelli, Sotto-Segretario della S. Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.

ONORIFICENZE

Il Santo Padre, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

17 Febbraio 1911. — Al Sig. Teodoro Paolo Koenig, pittore, della diocesi di Münster.

20 Febbraio. — Al Sig. Cesario Bertinelli, Presidente della Direzione Diocesana di Gubbio.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 Gennaio 1911. — Al Sig. Roberto Siniscalco, della diocesi di Foggia.

3 Febbraio 1911. — Al Sig. Rodolfo Dareste de la Cbavanne, Avvocato a Bourg.

— Al Sig. Giuseppe Milliat, della diocesi di Belley.

— Al Sig. Antonio Thievoy, Incaricato d'affari giudiziari a Bourg.

— Al Sig. Alfredo Villefranche, Avvocato a Bourg.

— Al Sig. Giuseppe Dupré, Avvocato a Bourg.

— Al Sig. Giuseppe Mermod, Avvocato a Bourg.

21 Febbraio — Al Sig. Enrico Bouchez, dell'arcidiocesi di Parigi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

6 Febbraio 1911. — Al Sig. Gregorio Voith, della diocesi di Transilvania.

9 Febbraio. — Al Sig. Francesco Ragaller, della diocesi di Monaco di Baviera.

10 Febbraio. — Al Sig. Emilio Carlo Vellunscheg, Segretario dell'Agenzia diplomatica Austro-Ungarica nel Cairo.

18 Febbraio. — Al Sig. Giuseppe Schwendt, Segretario di Cancelleria nell'Ambasciata d'Austria-Ungheria presso la S. Sede.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari :

20 Febbraio 1911. — Mons. Giovanni Busciati, dell'archidiocesi di Scutari ;
— Mons. Francesco Ferenez, della diocesi di Alba Reale;
— Mons. Francesco Danko, della diocesi di Ragusa ;
— Mons. Flaviano Osorio Pimentai, dell'archidiocesi di Bahia;
— Mons. Giuseppe Gassano, della diocesi di Conversano.

Cameriere d'onore in abito paonazzo :

20 Febbraio 1911. — Mons. Francesco Stauracz, dell'archidioc. di Vienna.

Cappellani segreti d'onore :

20 Febbraio 1911. — Mons. Antonio Bosci, dell'archidiocesi di Scutari ;
— Mons. Giuseppe Németh, della diocesi di Giavarino.

NECROLOGIO

Febbraio. — Mons. Gustavo Persiani, Uditore della Sacra Romana Rota.

— Mons. Francesco Certo, Vescovo titolare di Sinope, Amministratore Apostolico della Prelatura *nullius* di S. Lucia del Mela.

Marzo. — Mons. Ermanno Dingelstad, Vescovo di Münster.

CORRIGENDA :

Litteris Apostolicis « *Gravi iamdiu* » vulgatis in fasciculo 2 huius vol. pag. 53, haec rite praemittenda erat inscriptio : *Dilectis filiis catholicis in Anglia commorantibus - Pius PP. X. - Dilecti filii, salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Annus Ili. - Vol. III. Die 31 Martii 1911. Num. 4.

AGTAIPOSTOIJGAEIEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

EPISTOLA QUA VULGATUM SCRIPTUM QUODDAM REPROBATUR CIRCA QUAESTIONEM DE ECCLESIIS AD CATHOLICAM UNITATEM REVOCANDIS.

VENERABILIBUS FRATRIBUS ARCHIEPISCOPIS DELEGATIS APOSTOLICIS BYZANT11, IN GrRAECIA, IN AEGYPTO, IN MESOPOTAMIA, IN PERSIA, IN SYRIA ET IN INDIIS ORIENTALIBUS CONSiDENTIBUS.

PIUS PP. x

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Ex quo, nono labente saeculo, Orientis gentes ab unitate Ecclesiae catholicae coeperunt avelli, vix dici potest quantum a viris sanctis adlaboratum sit, ut. dissidentes fratres ad eius gremium revocarentur. Prae ceteris vero Summi Pontifices, Decessores Nostri, pro eo quo fungebantur munere, fidem et unitatem ecclesiasticam tuendi, nil intentatum reliquerunt, ut qua paternis adhortationibus, qua publicis legationibus, qua solemnibus conciliis, funestissimum clissidium tolleretur, quod Occidenti quidem in moerorem cessit, Orienti vero grave intulit damnum. Huius sollicitudinis testes sunt, ut paucos tantum recenseamus, Gregorius IX, Innocentius IV, Clemens IV, Gregorius X, Eugenius IV, Gregorius XIII, et Benedictus XIV [1]. Sed neminem latet, quanto animi sui studio nuperrimo tempore Decessor Noster felicis recordationis Leo XIII,

[1] Const. « ***Nuper ad nos*** », 16 Mart. 1743, aliam fidei professionem Orientalibus praescribit.

Orientis gentes invitaverit ut Ecclesiae Romanae iterum consociarentur. « *Nos quidem certe* (inquit) [1] *pervetusta Orientis gloria, et in omne genus hominum fama meritorum ipsa recordatione delectat. Ibi enim salutis humani generis incunabula, et christianae sapientiae primordia; illinc omnium beneficiorum, quae una cum sacro Evangelio accepimus, velut abundantissimus amnis in Occidentem influait... Atque haec Nobiscum in animo considerantes, nihil tam cupimus atque optamus, quam dare operam, ut Oriente toto maiorum virtus et magnitudo reviviscat. Eoque magis, quod illic humanorum eventuum is volvitur cursus, ut indicia identidem appareant, quae spem portendant, Orientis populos, ab Ecclesiae Romanae sinu tam diuturno tempore dissociatos, cum eadem aliquando in gratiam, aspirante Deo, redituros* ».

Nec, minori sane desiderio Nos ipsi, Ven. Fratres, quod probe nostis, tenemur, ut cito dies illucescat, tot anxiis sanctorum virorum votis exoptatus, quo penitus a fundamentis subvertatur murus ille, qui duos iamdiu dividit populos, atque his uno fidei et caritatis amplexu permixtis, pax invocata tandem aliquando refloreat, fiatque *unum ovile et unus pastor* [2].

Nobis tamen haec animo revolventibus, gravis moeroris occasionem nuperrime praebuit scriptum aliquod, in recens condito diario « *Roma e l'Oriente* » evulgatum, cui titulus « *Pensées sur la question de l'union des Églises* ». Enimvero tot iisque tam gravibus erroribus, non modo theologicis, verum etiam historicis, scriptum illud scatet, ut vix possit maior cumulus paucioribus paginis contineri.

Nimirum, ibi non minus temere quam falso huic opinioni fit aditus, dogma de processione Spiritus Sancti a Filio haudquaquam ex ipsis Evangelii verbis profluere, aut antiquorum Patrum fide comprobari; - pariter imprudentissime in dubium

[1] Allocutio « ***Si fuit in re***», 13 Dec. 1880, ad S. R. E. Card., in Aed. Vat.; ***Act.,*** vol. II, p. 179; Cf. etiam Ep. Ap. ***«Praeclara Gratulationis»,*** 20 Iun. 1894; ***Act.,*** vol. XIV, p. 195.

[2] IOAN. X, 16.

revocatur, utrum sacra de Purgatorio ac de Immaculata Beatae Mariae Virginis Conceptione dogmata a sanctis viris priorum saeculorum agnita fuerint; - cum vero de Ecclesiae constitutione incidit sermo, primo renovatur error a Decessore Nostro Innocentio X [1] iamdiu damnatus, quo suadetur S. Paulum haberi tamquam fratrem omnino parem S. Petro; - deinde non minori f al sitate iniicitur persuasio, Ecclesiam catholicam non fuisse primis saeculis principatum unius, hoc est *monarchiarii;* aut primatum Ecclesiae Romanae nullis validis argumentis inniti. - Sed nec ibidem intacta relinquitur catholica doctrina de Sanctissimo Eucharistiae Sacramento, cum praefracte docetur, sententiam suscipi posse, quae tenet, apud Graecos verba consecratoria effectum non sortiri, nisi iam prolata oratione illa quam *epiclesim* vocant, cum tamen compertum sit Ecclesiae minime competere ius circa ipsam sacramentorum substantiam quidpiam innovandi; - cui haud minus absonum est, validam habendam esse Confirmationem a quovis presbytero collatam [2].

Vel ex hoc errorum summario, quibus refertum est illud scriptum, facile intelligitis, Venerabiles Fratres, gravissimum offendiculum omnibus ipsum perlegentibus allatum fuisse, et Nos ipsos magnopere obstupuisse, catholicam doctrinam, non obtectis verbis adeo procaciter perverti, pluraque ad historiam spectantia, de causis orientalis schismatis, a vero audacter nimis detorqueri. Ac primum quidem falso in crimen vocantur sanctissimi Pontifices Nicolaus I et Leo IX, quasi magna dissensionis pars illius debeatur superbiae et ambitioni, huius vero acribus obiurgationibus; perinde ac si prioris vigor apostolicus in sacrosanctis iuribus tuendis superbiae sit tribuendus ; alterius autem sedulitas in coërcendis improbis vocari velit crudelitas. Historiae quoque iura conculcantur cum sacrae illae expeditiones, quas cruciatas vocant, tamquam latrocinia tradu-

[1] Decr. Congr. gen. S. R. et U. Inquis., M Ian. 1647.

[2] Cf. Bened. XIV, Constitut. « ***Etsi pastoralis*** », pro Italo-graecis, 26 Maii 1742, ubi dicit irritam nunc fore confirmationem a simplici presbytero latino ex sola episcopi delegatione collatam.

cuntur; aut cum, quod etiam gravius est, Eomani Pontifices incusantur, quasi studium, quo conati sunt Orientis gentes ad coniunctionem cum Ecclesia Romana vocare, dominandi cupiditati sit adscribendum, non apostolicae sollicitudini pascendi Christi gregis.

Nec stuporem addidit levem quod in eodem scripto adse ritur, Graecos Florentiae a Latinis coactos fuisse ut unitati subscriberent, aut eosdem argumentis falsis inductos, ut dogma de processione Spiritus Sancti etiam a Filio susciperent. Quin etiam eo usque proceditur, ut historiae iuribus conculcatis, in dubium revocetur, utrum Generalia Concilia, quae post Graecorum discessionem celebrata sunt, hoc est ab octavo ad Vaticanum, tamquam oecumenica vere sint habenda; unde hibridae cuiusdam unitatis ratio proponitur, id solum ab utraque ecclesi a deinceps agnoscendum tamquam legitimum, quod commune patrimonium fuerit ante discessionem, ceteris, tamquam supervacaneis et forte spuriis additamentis, alto silentio pressis.

Haec vobis, Venerabiles Fratres, significanda duximus, non solum ut sciatis memoratas propositiones atque sententias falsas, temerarias, a fide catholica alienas a Nobis reproban, sed etiam ut quantum in vobis est, a populis vigilantiae vestrae commissis tam d iram luem propulsare conemini, omnes adhortando, ut in accepta doctrina permaneant, neve alteri unquam consentiant, licet... *angelus de caelo evangelizet* \ Simul tamen enixe oramus, ut eos persuasos faciatis, nihil Nobis antiquius esse, quam ut omnes bonae voluntatis homines vires indefesse exerant, quo concupita unitas citius obtineatur, ut in una fidei catholicae professione, sub uno pastore summo adunentur, quas discordia dispersas retinet oves. Quod facilius quidem contingat, si ad Spiritum Sanctum Paraclitum, qui « *non est dissensionis Deus, sed pacis* » [2], fervidae ingeminentur preces; inde enim fiet ut Christi votum impleatur, quod ante subeundos

[1] ***Gal.,*** i, 8.

[2] I ***Cor.,*** XIV, 33.'

extremos cruciatus cum gemitibus expressit [1]: « *Ut omnes -unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te; ut et ipsi in nobis unum sint* ».

Denique hoc omnes in animum inducant suum, incassum omnino in hoc opere adlaborari, nisi imprimis recta et integra fides catholica retineatur, qualis in Sacra Scriptura, Patrum traditione, Ecclesiae consensu, Conciliis Generalibus, ac Summorum Pontificum decretis est tradita et consecrata. Pergant igitur quotquot contendunt causam tueri unitatis : pergant fidei galea induti, anchoram spei tenentes, caritatis igne succensi, sedulam in hoc divinissimo negotio navare operam; et pacis auctor atque amator Deus, cuius in potestate posita sunt tempora et momenta [2], diem accelerabit, quo Orientis gentes ad catholicam unitatem exsultantes sint rediturae, atque huic Apostolicae Sedi coniunctae, depulsis erroribus, salutis aeternae portum ingressurae.

Has Nostras litteras, Venerabiles Fratres, in linguam vernaculam regionis unicuique vestrum concreditae diligenter translatas evulgare curabitis. Dum porro vos certiores facere gaudemus, dilectum Auctorem scripti inconsiderate, sed bona fide ab ipso elucubrati, sincere et ex corde coram Nobis adhaesisse- doctrinis in hac epistola expositis, et cuncta quae Sancta Sedes; Apostolica docet, reiicit et condemnat, et ipsum, Deo adiuvante,, usque ad ultimum vitae finem docere, reiicere et condemnare esse paratum, divinorum auspicem munerum, Nostraeque benevolentiae testem Apostolicam Benedictionem Vobis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxvi mensis Decembris, anno MCMX, Pontificatus Nostri octavo.

PIVS PP. X.

[1] IOAN., XVII, 21.
[2] *Act.*, i, 7.

LITTERAE APOSTOLICAE

L

TEMPLUM B. M. VIRGINIS VULGO " DEL PILASTRELLO „ PROPE LENDINARAM ADRIENSIS DIOECESEOS AD DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR.

PIUS PP. **x.**

Ad perpetuam rei memoriam. — Traditum a Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostris, morem servantes, tempia Dei, quae magno avitae pietatis studio circumfusa, singulari Christifidelium frequentia celebrantur; praeclaris titulis ac privilegiis ad bonum hominum spirituale et Coelitum honorem, quantum in Nobis est, augenda, exornare consuevimus. Haec inter merito recensendum est quod saeculo sexto decimo prope Lendinaram Urbem intra fines Adriensis Dioeceseos aedificatum et monachis Congregationis Olivetanae concreditum extat, Beatae Mariae Virgini Sacrum sub titulo de Pila parva, seu, ut vulgo dicitur, « dei Pilastrello » ; quae quidem appellatio ex eo est repetenda, quod simulacrum Virginis Iesum Infantem ulnis gestantis, parvae stelae fixe impositum in altari Principe ibi colitur. Cum vero Lendinarae cives ac regiones a pestilentiis, terraemotibus, aquarum eluvionibus, Deipara exorata non semel integros incolumesque servaverit et votis piorum secreto editis fere numquam non affuerit, hinc factum est, ut tum sacra aedes amplificaretur artisque operibus dives evaderet, tum simulacrum ipsum ab Antistitibus Adriensibus bis antea redimitum, anno demum millesimo nongentesimo sexto, ex Capituli Vaticani decreto, coronis aureis decoraretur. Cura autem et studio Monachorum Olivetanae familiae, qui tempore Gallicae perturbationis e sancto illo loco expulsi, iterum in praesenti sacra munia ibidem naviter explent, ita pietas exarsit ut non modo Adriensis, sed etiam finitimarum regionum populi, peregrinantium more, Antistitibus ducibus, saepe Sacrarium ipsum visere consueverint. Iamvero cum Monachi eidem O. S. B. e Congregatione Olivetana una cum Lendinarae civitatis Municipibus enixe Nos rogaverint, ut templum B. M. V. de Pila parva Basilicam Minorem renuntiare dignaremur, Nos, praeter enarrata, hoc insuper reputantes, quod Aedes eadem, pretiosa supellectile referta ac Coelitum ditata reliquiis, de Summorum Pontificum privilegio Archibasilicae Patriarchali Lateranensi ac Basilicae Patriarchali Sanctae Mariae Maioris iam meruit aggregari, votis obsequuti tam dilectorum filiorum Nostrorum Patriarchae Venetiarum et Archiepiscopi Ferrariensis, quam Episcopi Adriensis et complurium

aliorum Antistitum, supplicantium optatis propensa voluntate satisfacere decrevimus. Quare Auctoritate Nostra Apostolica, harum Litterarum vi, antiquum insigneque templum Lendinarense, titulo B. M. Virginis vulgo « dei Pilastrello » ad Basilicae Minoris dignitatem evehimus, illique privilegia omnia tribuimus, quae Minoribus Almae huius Urbis Nostrae Basilicis competunt. Decernentes praesentes Nostras Litteras, firmas, validas, efficaces semper existere et fore, suosque plenarios effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xv Februarii MDCCCCXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. S. *a Secretis Status.*

IL

ERECTIO IN ARCHICONFRATERNITATEM CUM FACULTATE AGGREGANDI IN DITIONE MEXICANA.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Dilectus filius Moderator Provincialis Missionariorum, qui Filii Immaculati Cordis Beatissimae Virginis Mariae nuncupantur, exposuit Nobis, anno MDCCCXCHI, Mexicopoli, in Ecclesia Iesu et Mariae dicata canonice erectam fuisse Confraternitatem e Divina Providentia appellatam et regimini eorumdem Religiosorum commissam : brevi autem similes confraternitates in compluribus oppidis per universam rempublicam Mexicanam cum magna fidelium utilitate et animarum salute constitutas rite esse et continenter in dies constitui. Quo permotus incremento humiles Nobis preces adhibet, ut ipsam Confraternitatem Archisodalitatis titulo ac privilegiis de Nostra benignitate cohonestare dignemur. Nos igitur, quibus nihil antiquius est, quam ut pietas christiani populi quam maxime foveatur, huiusmodi optata explenda animo libenti censuimus. Itaque, quum a Venerabili Fratre Archiepiscopo Mexicano certiores facti simus eam confraternitatem finem suum magno cum studio ita persequi ut spirituale bonum non modo ad sodales, sed etiam ad populum, qui diebus praesertim solemnioribus

illuc frequens convenit, copiose redundet, atque insuper Ordinario debitum obsequium nunquam non tribuere paratam esse, et ceteris cum sodalitatibus inibi existentibus concordia et pace simul in gloriam Dei tendere, haec reputantes, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum, Sodalitatem sub titulo Divinae Providentiae, in Ecclesia Iesu et Mariae dicata, Mexicopoli, canonice institutam et Filiis Immaculati Cordis Beatissimae Virginis Mariae regendam traditam, in Archiconfraternitatem erigimus, evehimus, constituimus ac consuetis honoribus et privilegiis ornamus. Archisodalitatis autem huius, sic per Nos erectae, Moderatoribus atque officialibus [praesentibus et futuris, similiter Auctoritate Nostra per praesentes concedimus, ut ipsi alias sodalitatis eiusdem nominis atque instituti, intra fines ditionis Mexicanae canonice existentes, servatis forma Constitutionis Clementis PP. VIII Praedecessoris Nostri fel. rec, aliisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis, sibi aggregare, illisque ornnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes eidem Archisodalitati a Sede Apostolica concessas, quae aliis sint communicabiles, communicare licite possint ac valeant. Decernentes, praesentes Nostras Litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri debere atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xx Februarii MCMX r, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
L. S. *a Secretis Status.*

PARTIALIS INDULGENTIA PERPETUA PRO SOCIIS ARCHISODALITATIS AB INFANTE IESU UBIQUE TERRARUM.

PIUS PP. **X.**

Ad perpetuam rei memoriam. — Quum Nostrum subit animum grata ac iucunda Infantis Iesu memoria, talis haec recordatio ineuntis aetatis laetitiam renovat, germanamque fidem in Augustum Dominicae Incar-

nationis Mysterium excitat ac fovet. Quare devotionem erga Puerum Iesu magis ac magis in dies in Christiano populo provehere, salutare ac frugiferum consilium Nobis videtur, ideoque Archisodalitatem a Divo Infante Bethlemi canonice institutam, quae sibi eundem finem proponit amplificandi inter fideles erga Divinum Infantem pietatem, iam per similes Litteras Nostras peculiaribus privilegiis donavimus atque auximus. Nunc autem cum eiusdem Moderator Nos enixis] precibus adierit, ut sodalibus piam in honorem Divini Pueri iaculatoriam precem recitantibus, de thesauro Ecclesiae partialem indulgentiam largiri, de Apostolica benignitate, diguemur, Nos votis his annuendum ultro libenterque existimamus. Quamobrem de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu, in Archisodalitatem ab Infante Iesu Bethlemi institutam, sive in praesens adlectis, sive in posterum perpetuo, rite, in universo terrarum orbe adiegenchs, qui corde saltem contriti, quovis idiomate, dummodo versio fidelis sit, hanc iaculatoriam precem devote recitent, quae latine audit *«'Dulcissima Puer Iesu miserere nobis* » quoties id agant, toties de numero poenalium dierum, in forma Ecclesiae consueta, trecentos expungimus. Insuper largimur fidelibus iisdem si. malint liceat, hac partiali indulgentia vita functorum labes poenasque expiare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxv Februarii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

L. £ß S. *a Secretis Status.*

IV.

ERECTIO NOM VICARIATUS APOSTOLICI CAROLINENSIS ET MARIANENSIS.

PIUS PP. X.

Ad futuram rei memoriam. — Quae Catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, et quae rei sacrae procurationi melius gerendae faciant, ea ut sollerti diligentique studio praestemus, Nos admonet Supremi Apostolatus munus, quo nullis qui-

dem meritis Nostris in sublimi Principis Apostolorum Cathedra divinitus collocati fungimur. Ex hac enim Cathedra tamquam e procerissima specula in omnes Christiani orbis partes, vel longo terrarum marisque spatio dissitas, oculos mentis Nostrae convertimus, et fidei incremento continenter advigilamus. Iamvero cum nuper a Marianarum Insularum Apostolica Praefectura Guam insula, Apostolica fuerit auctoritae seiuncta atque in Apostolicum Vicariatum erecta, Nobis peropportunum consilium visum est reliquas insulas supradictae Praefecturae Apostolicae Insularum Marianarum, adiungere territorio Praefecturae Apostolicae Carolinarum Insularum, atque utraque Praefectura suppressa, novum ex iis Vicariatum Apostolicum effingere. Rem itaque agentes cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, post deliberationem quam idcirco maxime diligentem habuimus, motu proprio atque ex certa scientia et maturo consilio Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, dempta a Praefectura Apostolica Insularum Marianarum Guam insula, iam in peculiarem Apostolicum Vicariatum per Nos, ut supra diximus, erecta, reliquas Insulas ad eandem Praefecturam spectantes adiungimus territorio Praefecturae Insularum Carolinarum. Utramque autem Praefecturam eadem Nostra Auctoritate supprimimus, atque ex earum territorio novum erigimus Apostolicum Vicariatum. Novo huic Vicariatui Marianensi et Carolinensi nomen facimus, illumque Minorum Capulatorum Patrum curis committimus. Decernentes praesentes litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, sive spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis iudicari ac definiri debere, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis speciali licet atque individua mentione ac derogatione dignis, contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die i Martii MDCCCCXi, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. £g S. *a Secretis Status.*

V.

ERECTIO NOVI VICARIATUS APOSTOLICI INSULAE GUAM.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex hac, quam divinitus obtinemus, Beati Petri Principis Apostolorum Cathedra, tamquam e sublimi specula, in omnes, longo licet terrarum marique spatio disiunctas, Catholici Orbis partes oculos Mentis Nostrae conicimus, et quae ad res sacras satius procurandas conducere posse, quaeque Christianae plebi maiori emolumento et commodo futura esse cernimus, ea, suprema Auctoritate Nostra usi, parare maturamus. Iam vero, quoniam insula Guam, quae una ex Marianis seu Latronum insulis est, sub Americani Gubernii dicione reperitur, quum reliquae Marianae ipsae Germanico subsint Imperio, Nobis visum est, ad medendum difficultatibus quae ex diversitate politici regiminis inter Guamensem populum et reliquarum insularum habitatores vel ortae iam sunt, vel in posterum oriri possunt, eandem Insulam Guam a Praefectura Apostolica Insularum Marianarum seiungere et in Missionem separatam erigere. Postquam, igitur, hac de re cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Propagandae Fidei praepositis consilia contulimus, motu proprio, certa scentia et matura deliberatione Nostra atque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, Insulam Guam a Praefectura Apostolica Insularum Marianarum seiungimus, eamque erigimus in separatum Vicariatum Apostolicum Guamensem, quem curis Fratrum Minorum Capulatorum committimus : decernentes praesentes Nostras litteras firmas, validas et efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit,in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos iudicari ac definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die i Martii MDCCCCXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. © S. *a Secretis Status.*

VI.

CONCEDUNTUR INDULGENTIAE PERPETUAE
PRO SODALITIO IUVENTUTIS ANTONIANAE, UBIQUE TERRARUM.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Refert ad Nos dilectus filius hodiernus Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, novissime nonnullis in nationibus, ac potissimum in Hispania, pium Antonianae iuventutis Sodalitium invaluisse in honorem divi Antonii Patavini institutum. Propositum quidem esse huic Sodalitio finem christianam utriusque sexus iuventutem sub eiusdem Sancti Thaumaturgi patrocinio ponere et congregare, ut vel ab ineunte aetate, religionis officia implere, et christianam fidem aperte profiteri non renuat. Addit idem Procurator hoc sodalitium plures Sacrorum Antistites amplissimis verbis laudasse, spem prope certam foventes futurum esse, ut ex illo uberrima christiana res incrementa percipiat. Significat etiam Nobis ipse Procurator dilecto filio Dionysio Schüler, Ministro Generali Ordinis Minorum, opportunum visum fuisse consilium Antonianae iuventutis statuta in unum Codicem digerere, eiusque sodalitatis Internationale Centrum in Collegio Franciscani ad S. Antonii de Urbe constituere, ex quo alia nationalia ac secundaria centra regantur. Provisum ita fuisse Sodalitii eiusdem unitati, ita ut varii coetus mutuis inter se consiliis et auxiliis cohaereant et adiuventur ; consultumque similiter fuisse incremento operis maxime frugiferi. Nunc autem cum ipse orator humili prece Nos adeat, ut ipsi pio sodalitio [de thesauro Ecclesiae nonnullas spirituales gratias largiri dignemur: Nos quibus maxime cordi est, ut iuventus catholica in officiis et professione christianae fidei confirmetur, propositum eidem sodalitio finem summopere, quemadmodum superiore anno praestitimus, iterum laudantes, illudque cupientes, ut ad nomen suum ipsi sodalitio dandum magis ac magis fideles ex utroque sexu alliciantur, votis his annuendum propensa voluntate censemus. Quae cum ita sint, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu qui menstruis conventibus ubique terrarum ab adscriptis et adscribendis nunc et in posterum Societati Iuventutis Antonianae rite habendis, vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti intersint, eodemque die in quolibet publico templo pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiae exal-

tatione, pias ad Deum preces effundant, plenariam ; iisdem autem fidelibus ubique terrarum pariter existentibus, nunc et in posterum, eo die quo ex una ad aliam transeant trium classium in quas eadem Societas Iuventutis Antonianae dividitur, dummodo eodem die similiter admissorum confessione expiati atque Angelorum Pane refecti publicum quodlibet templum, uti superius dictum est, orantes celebrent, etiam plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Largimur praeterea fidelibus iisdem, si malint, liceat plenariis his indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die x Martii MDCCccxf, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. £ß S. *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

L

DILECTO FILIO M. DEMIMUID PROTONOTARIO APOSTOLICO MODERATORI SUPREMO PARISIEN. COETUS PRINCIPIS A SACRA INFANTIA.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Perceptam his diebus ex natali Iesu laetitiam cumularunt redditae Nobis tuae litterae cum annalibus rerum a coetu vestro gestarum superiore anno felicissime. Intelleximus enim, industria et labore istius amplissimae consociationis, ad optimum exitum coepta omnia esse perducta. Pergite tueri ac prolatare a sacra Iesu Infantia profectum ac derivatum beneficium in eos maxime parvulos, quibus nec parentum os nascentibus arrisit, nec indigentibus proximorum pietas occurrit. Per vos illi [comprobata sentiant Isaiae verba : « Ad ubera portabimini et super genua blandientur vobis ». Vestris educta curis infantia senectuti Nostrae solatio sit ; puerilis innocentia, per vos impiis erepta commerciis, aegri-

tudinem levet, quam plerumque affert provectae aetatis malitia. Ad saluberrimum opus acriore in dies contentione prosequendum excitet cogitatio, agi Christi causam, cuius est nota sententia: « Qui susceperit « unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit ». Promissae denique misericordibus beatitatis auspex apostolica sit benedictio, quam paternae Nostrae benevolentiae testem tibi, dilecte fili, universoque, cui praees, coetui peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvi mensis Ianuarii anno MCMXI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. X.

II.

DILECTO FILIO F. CALON PRAESIDI CONSOCIATIONIS S. VINCENTII A PAULO.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Miriti eam cepimus voluptatem ex tuis litteris cum adiecta memoria rerum, quae ab ista pia consociatione, multo sane cum fructu, in proximorum utilitatem peractae sunt anno MCMIX. Nec minora exspectari emolumenta poterant ab ea caritate, quae a Christo, tamquam a fonte derivatur in hominesque redundat. Hac, inquimus, caritate, quod nomen nec veterum ethnicorum sapientia didicit, nec recentiorum superbia, splendide mentita, retinuit, societas hominum praesens indiget maxime, tam multis iisque gravissimis afflicta vulneribus. His m edendis oportet pii Samaritani dent operam, curamque una suscipiant et animorum et corporum. Quod utrumque beneficium quum plane intelligamus alacriter a vobis sapienterque conferri, carere vos nolumus iterato Nostrae laudis testimonio. Quod vero caritatem vestram ad Nos etiam patere voluistis, addita Petriana stipe, gratias agimus, ac benignissimo Deo vota fundimus ut suae in vobis gratiae dona multiplicet, quibus aucti possitis operam vestram efficere in dies magis vobis aliisque frugiferam. Horum auspicem bonorum ac paternae Nostrae benevolentiae testem apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili, egregiis tuis adiutoribus in Vincentiana consociatione moderanda et sodalibus universis peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvi mensis Ianuarii anno MCMXI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. X.

III.

DILECTO FILIO RELIGIOSO VIRO MAURO SERAFINI ABBATI GENERALI CONGREGATIONIS CASSINENSIS ORDINIS S. BENEDICTI PRIORIS OBSERVANTIAE.

Dilecte Fili, Religiose Vir, salutem et apostolicam benedictionem. — Benedicti Patris alumnorum antiqua laus est maximis Ecclesiae ac reipublicae temporibus eximio utrique praesidio atque ornamento fuisse, nec minus in agris et colonis excolendis fudisse sudoris, quam ingenii adhibuerint in artium doctrinaeque patrimonio tutando. Fuerunt enim huic ordini vel ab initio propositae sacrae expeditiones, quum ipse Benedictus humanitatis et Fidei christianae beneficia intulerit Europae regnis, Hungaris, Anglis, Germanis, Belgis aliisque. Postea vero quam Liguris hominis mens et manus orbem a se repertum Crucis fulcro munivit, plures e Benedictina Familia ad extremas eas oras coloniae deductae sunt, quae fixis ibi sedibus constiterunt, regionesque illas in tantam humanitatis amplitudinem, quantam videmus, celeri cursu adduxerunt. Neque hanc Benedictini nominis gloriam dies imminuit, hodieque licet Cassinensis instituti vestri multiplicatis laetari laboribus atque intueri veteres novasque sedes a vobis occupatas, Oklaomensem Indicam regionem in Foederatis Americae civitatibus, et novam Nursiam in Australia, et huius barbaras plagas ad septentriones et occidentem solem, et Vicariatum apostolicum Kimberleyensem, et in monte Oliveto constitutum sacri ordinis alumnorum collegium Syriaci ritus, et commissam vobis nuperrime praefecturam septentrionalis regionis Transvalianae. Ac summopere quidem gratum Nobis est adeo patentem metiri oculis campum et mirari quousque per vestram ministerium se porrigat sancta Ecclesiae fecunditas, quam ingens multitudo mortalium a fera agrestique vita ad humanum cultum civilemque deducatur, illatâque luce evangelii, ad vitam sempiternam ab interitu revocetur. Neque id levi negotio, sed per summam animi contentionem, nec raro per summa pericula. Iam quae a vobis pro salute fratrum gesta sunt hactenus, orbis terrae iudicio ac testimonio comprobata per diuturnitatem saeculorum quatuordecim, spem iniiciunt maximam, Cassinenses alumnos, haud minus alacrem quam antea operam sacris expeditionibus daturos, atque ubi res postulet, apostolorum legiones ex eorum claustris prodituras, quasi aetas Domini voce : « After filios meos de longinquo, et filias meas ab extremis terrae » (Isai. XLiii, 3). Quod nisi scribentibus Nobis ea potius mens esset ut navitatem vestram gratularemur, quam ut adminicula erectis admo-

veremus, instituti vestri antistites et sacrarum expeditionum ama tores alumnos vehementer hortaremur, ut frugifero ministerio amplificando, iuvando, nulli labori aut periculo parcentes, operam tribuerent. Nunc véro, quia curis et exspectationi Nostrae respondit exitus, Deo vota fundimus, ut vos omnes in sancta contentione procurandae hominum salutis confirmet, neve sinat aetatem ullam, quamvis beneficiorum immemorem, de vestris laudibus conticescere. Quae omnia ut ex sententia cedant, caelestis auspicem gratiae ac paternae Nostrae benevolentiae pignus apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili, religiose Vir, tuaeque Congregationi universae peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VI mensis Februarii anno MDCCCCXI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. X.

IV.

VENERABILIBUS FRATRIBUS CAROLO ARCHIEPISCOPO FIRMANO ALIISQUE PICENAE REGIONIS EPISCOPIS.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quo tempore mala seges errorum ad incrementa processit opinione maiora, valde recreat quotidiana sollicitudo sacrorum antistitum nihil magis caventium quam ne impietas, ad fallaciam diserta, mortifera christiano gregi pabula praebeat. Huc studia vestra esse conversa testantur datae ex alma Domo Lauretana litterae a vobis, quasi ab apostolis cum Beatissima Dei matre Maria congregatis. Ipsa enim auspice ac duce, de rebus religionis acturi ad illum animo convolastis, qui Filii eius personam gerit, et, maternae memores vocis: «quaecumque dixerit vobis facite », professi estis mori malle quam a Nostra communione atque obedientia discedere. Quare Nobis dicto audientes clerum sacramento adegistis ad fidei depositum, reiectis modernismi doctrinis, integrum inviolatumque •servandum. Sic autem animo comparatis licuit iam vobis primos fructus -colligere ex mira sacerdotum consensione in iis erroribus reficiendis, qui, quo maiorem induunt similitudinem veri, eo serpunt occultius. Vobis igitur, Venerabiles Fratres, pro vestro litterarum officio et pro allato Nobis haud mediocri solacio gratias agentes, ominamur ex animo, ut Lauretana Mater sua isthaec arva de caelo benignis oculis usque prospiciat, ne inimicus homo « superseminet zizania in medio tritici ». Tanti autem patrocinii auspicem eandemque paternae Nostrae benevo-

lentiae testem esse volumus apostolicam benedictionem, quam vobis ipsis, Venerabiles Fratres, clero et fidelibus unicuique vestrum commissis peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis Februarii anno MDCCCCXI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

L

DE DECRETO « MAXIMA CURA ».

i.

In generali conventu Sacrae Congregationis Consistorialis habito die 23 februarii 1911, proposito dubio : « An vigeat in Anglia novissimum de amotione administrativa ab officio et beneficio curato Decretum " *Maxima Cura* „ Emi PP., requisito Consultorum jvoto aliisque perpeusis, respondendum censuerunt : « *Affirmative* ».

Facta autem relatione SSmo D. N. Pio PP. X ab infrascripto Cardinali Secretario in audientia diei 24 februarii 1911, SSmus resolutionem ratam habuit et confirmavit.

Romae, die 28 Februarii 1911.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. © S.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

2.

Ad dubium ab aliquibus propositum, « an decretum " *Maxima Cura* „ vigeat pro dioecesibus Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis» haec Sacra Consistorialis Congregatio respondit : « *Affirmative* », iuxta resolutionem datam pro dioecesibus Angliae sub die 28 februarii 1911.

Romae, die 13 Martii 1911.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. £ß S.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

IL

DE MOTU PROPRIO « SACRORUM ANTISTITUM ».

Cum in Motu proprio « *Sacrorum Antistitum* » statutum sit ut fidei professio cum iureiurando contra Modernistarum errores praestetur a parochis aliisque beneficialis ante ineundam beneficii possessionem, quaesitum est «utrum adhuc maneat facultas facta a S. Concilio Tridentino, qua provisi de beneficiis quibuscumque, fidei professionem emittere possunt intra duos menses a die adeptae possessionis ».

Re autem pertractata penes S. hanc Congregationem, cum Consultoris voto, ab infrascripto Cardinali relatio facta est SSmo D. N. Pio PP. X, qui, omnibus perpensis, proposito dubio mandavit ut respondeatur : « *Negative* » ac proinde in posterum fidei professionem emittendam esse ante possessionem beneficii.

Datum Romae, ex aedibus S. C. Consistorialis, die 1 Martii 1911.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

L. £g S.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

III.

PROVISIO ECCLESIARUM.

SSmus D. N. Pius PP. X, decreto Sacrae Congregationis Consistorialis, promovit:

7 martii 1911. — R. P. D. Ioannem Antonium Pimenta, episcopum titularem Pentacomiensem in Episcopum cathedralis eccJesiae Montesclarensis in Brasilia.

8 martii 1911. — R. P. D. Ioannem Baptistam Neudecker in Episcopum titularis ecclesiae Helenopolitanae cum deputatione in Auxiliarem R. P. D. Francisci Bettinger, Archiepiscopi Monacensis et Frisingensis.

13 martii 1911. — R. P. D. Cyrillum de Paula Freitas, episcopum titularem Eucarpiensem, in Episcopum cathedralis ecclesiae Corumbensis in Brasilia.

16 martii 1911. — R. P. D. Carolum Mauritium Graham, episcopum Plymutensem, in Episcopum titularis ecclesiae Tiberiensis.

Mandavit autem idem SSmus Dominus ut hac de re Litterae Apostolicae sub plumbo ad tramitem iuris expediantur.

S. CONGREGATIO RITUUM

ORDINIS FRATRUM MINORUM

PROVINCIAE TERRAE LABORIS

CIRCA OCCURRENTIAM VEL CONCURRENTIAM QUORUNDAM FESTORUM.

Admodum Reverendus Pater Valentinus Barile, Vicarius Provincialis Ordinis Fratrum Minorum Provinciae Terrae Laboris, Sacrorum Rituum Congregationi haec, quae sequuntur, pro opportuna declaratione reverenter exponit:

I. In Regione Neapolitana, Dominica secunda post Pascha, celebratur Festum S. Francisci de Paula, sub ritu duplici secundae classis cum Octava ; ast in eadem Regione adest Conventus Casalucensis, pro quo huiusmodi Festum in Kalendario Provinciae die secunda Aprilis fixum invenitur, cum praedicta Dominica secunda post Pascha impedita sit a Festo Beatae Mariae Virginis Indulgentiarum, Ecclesiae Titularis. Quaeritur:

1.° An Conventus Casalucensis praedictum Festum Sancti Francisci de Paula celebrare possit die secunda Aprilis, quae est vacua et libera in Kalendario Provinciae, vel potius, iuxta leges occurrentiae, celebrare debeat post Dominicam secundam post Pascha ? Et quatenus affirmative ad primam partem :

2.° An, si dies secunda Aprilis extra Quadragesimali venerit, supradictus Conventus Festum Sancti Francisci de Paula celebrare debeat sub ritu duplici secundae classis cum Octava, vel sine ipsa?

IL Festum Sacrarum Reliquiarum, ante annum 1894, in toto Ordine sub ritu duplici minori, die decima quinta Martii celebrabatur ; at praedicto anno ad ritum duplicem maiorem evectum fuit, et in Dominicam postremam Octobris fixe translatum. Interdum adest Neapoli Conventus Sanitatis, qui Indultum habet ab immemorabili dictum Festum sub ritu duplici primae classis celebrandi. Quaeritur : An iste Conventus praedictum Festum possit etiam nunc celebrare die decima quinta Martii, vel debeat in ultimam Dominicam Octobris reponere ?

III. In aliquibus Conventibus eiusdem Provinciae non raro accidit, ut die Octava Sanctissimi Corporis Christi occurrat Festum Patroni principalis loci, vel Titularis propriae Ecclesiae. Quaeritur : An in secundis Vesperis facienda sit commemoratio sequentis, nempe Sacratissimi Cordis Iesu, iuxta concurrentiae leges, vel Sanctissimi Corporis Christi?

IV. Dedicatio Ecclesiae Cathedralis Beneventanae a Kalendario eiusdem Dioecesis in Dominica post Octavam Omnium Sanctorum celebranda praescribitur. Hic autem notandum quod, cum praedicta Dominica fere semper sit Dominica secunda Novembris, accidit, ut Festum Patrocinii Beatae Mariae Virginis numquam tali Dominica celebrari possit. Hinc quaeritur: An Festum Patrocinii Beatae Mariae Virginis debeat tamquam fixum et in perpetuum reponi in prima die libera, seu potius in alia die ad beneplacitum Sanctae Sedis statuenda, vel transferri aut simplificari possit iuxta leges occurrentiae, nempe translatione tantum accidentali ?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito Commissionis Liturgicae suffragio, omnibus accurate perpensis, ita rescribendum censuit :

Ad I. Quoad I. et II. Festum Sancti Francisci de Paula celebretur perpetuo Feria secunda Dominicam secundam post Pascha immediate sequenti, et eiusdem dies Octava commemoretur in die Octava Festi Titularis Ecclesiae.

Ad II. Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam.

Ad III. Affirmative ad primam partem ; Negative ad secundam, iuxta Decretum num. 3712. *Urbis et Orbis*, 28 Iunii 1889, et Rubricas Generales Breviarii, Tit. IX, num. II.

Ad IV. Negative ad primam partem ; Non expedire ad secundam ; Affirmative ad tertiam.

Atque ita rescripsit, die 24 Februarii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

II.

ATREBATEN.

CIRCA INITIA EPISTOLARUM B. PAULI APOSTOLI, NONAM LECTIONEM IN FESTO S. IOANNIS ANTE PORTAM LATINAM, HYMNOS IN PROPRIA HORA IMPEDITUS, VERSICULUM " ORA PRO NOBIS „ IN FESTO S. ELISABETH, ET CONCLUSIONEM QUARUMDAM ORATIONUM.

Quum Ordinator Kalendarii Dioecesis Atrebatensis, de licentia sui Rmi Episcopi, a S. R. C. plurium dubiorum solutionem humillime postu-

laverit; eadem Sacra Congregatio, exquisito Commissionis Liturgicae suffragio, reque diligenter expensa, ad relationem subscripti Secretarii, ita iisdem dubiis respondendum censuit:

I. Initium cuiusvis Epistolae beati Pauli Apostoli alicui Feriae assignatum, in qua anticipatur Officium alicuius Dominicae post Epiphaniam ; sicuti et Initia antecedentibus Feriis assignata, quatenus sint in sua ipsorum die utcumque impedita, debent omnino in antecedenti Feria vel etiam Dominica recitari, etiamsi aliquando tria simul Initia sic legi contingat, et omitti quoque oporteat Lectiones alicui Festo semiduplici, vel duplici per annum tam minori quam maiori, proprias vel de respectivo Communi per se tributas, prouti casus requirat. Lectiones autem eiusmodi propriae vel de Communi per se assignatae illi ex occurrentibus Festis vel Officiis, in quantum necessitas exigat, adimantur, quod habet Lectiones de Communi assignatas, prae altero minus etiam nobili sed Lectiones primi Nocturni proprias habente ; vel quod alteri in concurrentia debet postponi : vel in cuius die Initium aliquod proprie cadit; vel denique quod posteriore tempore occurrit: et si ne hoc quidem pacto omnia recitari et reponi eadem Initia valeant, illa omittantur eo anno Initia, quae alioquin forent posterius perlegenda, si nempe pro omnibus Initiis dies a Festis et Officiis duplicibus primae vel secundae classis libera quomodolibet haberetur. Initia denique, quae occurrunt post eam Feriam, in qua integrum alicuius Dominicae post Epiphaniam anticipatur Officium, debent illo anno prorsus omitti, iuxta Rubricas Generales Breviarii Romani sub Tit. XXVI. *De Lectionibus*, num. 8 ; quia per Officium integre de aliqua anticipata Dominica personarum, iam nova incoepit hebdomada, infra quam nequeunt ulla praecedentis hebdomadae Initia reponi.

II. Initium cuiusvis Epistolae beati Pauli Apostoli illi alioquin assignatum Sabbato, in quo per integrum Officium, vel per Commemorationem aliqua ex Dominicis post Epiphaniam simul cum Septuagesimae Dominica veniens anticipatur, in una ex antecedentibus Feriis iugiter perlegatur, prouti sub num. I. superius edicitur, non obstante Decreto num. 2503. *Urbis*, 28 Martii 1775 ad L; atque in eodem Sabbato, si anticipata Dominica solam Commemorationem habeat, Lectiones semper ipsius Dominicae recitentur. Si tamen Festum vel Officium duplex primae aut secundae classis celebretur, Initium Dominicae anticipatae eo quidem anno prorsus omittitur, etsi in Feriis Sabbatum ipsum praecedentibus dies liberi habeantur, quum nequeant omnino impedita Initia intra praecedentem hebdomadam anticipari.

III. In Festo S. Ioannis ante Portam Latinam tamquam proprie historica censeri debet Lectio nona Matutini, quae de glorioso huius S. Apostoli Martyrio mentionem facit: ideoque, iuxta Decretum num. 2735, *Ordinis Minorum Capuccinorum,* 8 Augusti 1835, ad IL; eadem Lectio nona, quae praepeditur Homilia Feriae vel Dominicae, velEnona Lectione Festi utcumque simplicis, adiungi debet Lectioni [octavae ipsius Festi.

IV. Hymni omnes proprii, qui ad integritatem historiae necessario non pertinent, prouti est Hymnus *Te gestientem gaudiis* ad II. Vesperas in Festo SS. Rosarii B. M. V. appositus tamquam summarium et repetitio ceterorum, si recitan nequeant ad eas Horas, pro quibus designantur, ex praecepto recitentur ad alias eiusdem diei^Horas, in quibus alius hymnus vel de Communi utcumque desumptus vel iam in eodem recitatis Officio secus debeat adhiberi ; imo, etiamsi Hymnus aliquis proprius in alia diei Hora minime recitatus possit, sine ulla Hymnorum coniunctione, ad aliquam Horam antecedentem vel subsequentem amandari. Si autem eiusmodi Hymni proprii, qui ad integritatem historiae necessario non referuntur, nequeant servari nisi cum aliis coniungantur, tunc de congruo in privata tantum Officii recitatione cum aliis Hymnis quibuslibet eiusdem metri proximioribus uniri valent, prouti Rubricae Generales Breviarii Romani, Tit. XXVI. *De Lectionibus,* num. 3. 4. et 6., de Lectionibus in privata item Officii recitatione fieri concedunt; quoniam in publica Officii jjcelebratione jnon arbitrarium^ onus sed necessarium tantummodo est urgendum atque in annuis Kalendariis adnotandum.

V. In Festo S. Elisabeth, Reginae Portugalliae, Viduae, sicuti et in aliis omnibus Officiis etiam votivis sub ritu semiduplici celebrandis, quibus ad Vesperas vel Laudes versus *Ora pro nobis* fuerit assignatus, idem versus pro ipso recurrenti Festo vel Officio iugiter asservetur, iuxta normam in similibus casibus generaliter observatam: atque in posterum, hoc in casu, prof Suffragio beatae Mariae Virginis adhibeatur, tam ad Vesperas quam ad Laudes, versus *Dignare me,* non obstante Decreto num. 1918 *Ordinis Discalceatorum SS. Trinitatis,* 18 Decembris 1649 ad I.

VI. In Officio beati Ioannis Mariae Vianney, Confessoris, omnibus Galliarum Ecclesiis concesso, legendum est in VI. Lectione *secretiorem lucum,* iuxta textum approbatum ; non autem *secretiorem locum,* prouti aliquae exhibent editiones.

VII. Postcommunio Missae Lanceae et Clavorum D. N. I. C. pro aliquibus locis concessae, necnon Oratio Officii Votivi et Missae Votivae

de Passione D. N. I. C. concedendae sunt: *Qui vivis et regnas cum eodem Beo Patre.* ,

Atque ita rescripsit, die 23 Martii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £g S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i.

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

Brevi Apostolico nominati sunt:

9 februarii 1911. — R. P. Franciscus Belleville, e Seminario Parisiensi pro Missionibus Exteris, Episcopus titularis Amisensis et Vicarius Apostolicus Tonkini Meridionalis.

24 februarii — R. P. Aloisius Elisaeus Fatiguet, e Congregatione Missionis, Episcopus titularis Aspendius et Vicarius Apostolicus de Kiam-Si Septentrionali.

IL

NOMINATIO PRAEFECTI APOSTOLICI.

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominatus est:

9 martii 1911. — R. P. Raymundus Renatus Lerouge, e Societate Spiritus Sancti, Praefectus Apostolicus Guineae Gallicae in Africa.

SACRA ROMANA ROTA

I.

FESULANA.

IURIUM.

Pio Papa X. feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno octavo, die 16 Februarii 1911, RR. PP. DD. Gulielmus Sebastianeiii Ponens, *Seraphinus Many et Franciscus Heiner, Auditores de Turno, in causa* Fesulana - Iurium - *inter Capitulum Ecclesiae Collegiatae oppidi Figline actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem Christophorum Astorri advocatum, et Arthurum Mazzucchelli eiusdem collegiatae Praepositum, reum conventum, intervenientibus in causa Rmis Episcopo Faesulano, ac iustitiae Promotore, sequentem tulerunt sententiam.*

Ecclesiam parochialem oppidi Figline, Faesulanae dioecesis R. P. Alexander VI per bullam diei 30 Iulii 1493 in collegiatam erexit cum una dignitate, quae Praepositura nuncupatur, et duodecim canonicatibus, statuens curam animarum parochianorum dictae Ecclesiae pertinere ad capitulum praefatum de voluntate tamen Praepositi ipsius ecclesiae pro tempore existentis. Circa eamdem curam Antistes Laurentius Della Robbia, visitans prima vice Ecclesiam Figiinensem, a. 1635 decrevit : « Quod « in futurum essent et esse deberent tres ad eam (curam) sustinendam; « videlicet dictus Praepositus principalis et quotidianus curatus, nec « non duo ex canonicis eidem coadiutores, qui duo canonici . . . nomi« nari deberent a dicto Praeposito pro tempore existenti et postea vinci « in capitulo..... Et si forte unquam accidisset quod nemo ex canonicis « fuisset habilis ad sustinendum onus curae, conducerentur duo cappel« lani habiles, qui curam simul cum Praeposito alternative (ut supra de « d. d. canonicis dictum est) exercerent expensis eiusdem Capituli ».

Hoc decretum approbavit S. C. Concilii die 4 Sett. 1639, iussitque exequutioni omnino demandari, ita tamen ut nominatio duorum dictorum coadiutorum reservetur toti Capitulo, non autem soli Praeposito.

Ad tutius ulterius providendum animarum securitati alter Faesula-lTus Episcopus Raineri Mancini, executioni mandans decreta Ducis Magni 10 Iunii, ac 5 Augusti 1786 die 13 Decembris eiusdem anni, haec disposuit : « *Diciamo, decretiamo e dichiariamo che la cura delle anime della « summenzionata Chiesa Collegiale di S. M. di Figline, oltre al Preposto*

« pro tempore, *quale per sua istituzione presiede all'esercizio della mede-* *« sima, sia esercitata e si eserciti di fatto in futuro ancora da due cano-* *« nici capitolari col titolo di vice-parroci inamovibili da eleggersi da noi* *« e dai nostri successori previo il concorso ».*

Determinatis deinde praecipuis numeribus Praepositi ac vice-parochorum decernit « *che due degli altri canonici capitolari per turno ogni* *« mese, purché abbiano la facoltà di ascoltare le sacramentati confes-* *« sioni, prestino aiuto al Proposto ed ai due canonici vice-parroci ina-* *« movibili* » etc.

Infaustis legibus 15 Augusti 1867 omnia Capitula Collegiata suppressa fuere in Italia, unde etiam bona capituli Figlinensis usurpavit Gubernium, una relicta praebenda Praepositi, cum ei adnexa foret animarum cura. Hac facta suppressione haud laeta certe fuit vita capituli Figlinensis et continuis premebatur difficultatibus, pecuniariis praesertim. Hinc in conventu 25 Ianuarii 1873 decrevit ut Praepositus curam atque administrationem gereret residuorum bonorum capitularium, quae a Fisco fuerant praetermissa « *riservandosi però il diritto di riassu-* *« merla nel caso che in appresso venga corrisposto un congruo assegno* *« per le spese di culto estratto dal patrimonio capitolare ».*

Aliquot post annos Praepositus Octavius Bargilli in iudicium vocavit Fiscum, ut sibi restitueretur pars saltem bonorum usurpatorum et per sententiam Tribunalis appellationis Florentiae 27-30 Decembris 1880 obtinuit annuos redditus 2016,40 libellarum currentis italicae monetae pro quatuor quotis curatis, nec non summam 600 libellarum eiusdem monetae pro expensis cultus. Hoc habito favorabili iudicio Episcopus Corsani, qui tunc temporis Faesulanam regebat Ecclesiam, die 7 Iulii 1883, aliis omissis statuit: « *Che al Proposto oltre al godimento* *« delle altre consuete rendite parrocchiali debba essere pagata a carico* *« della quota curata, anche l'antica prebenda personale* .... 3) *Che i quattro* *« sacerdoti che sono indispensabili al Proposto per il disimpegno del mini-* *« stero parrocchiale e per le funzioni del sacro culto debbano scegliersi* *« via via dal Proposto medesimo, previa annuenza dell' Ordinario, e che* *« essi debbano considerarsi come semplici aiuti ed ufficianti temporanei* *« ed amovibili* ad nutum ». In aliis paragraphis determinat quotam tribuendam quatuor Praepositi adiutoribus, nec non mercedem pro Camerario administrante sub dependentia Episcopi integram summam a gubernio receptam.

Existimantes autem hodierni canonici capituli Figlinensis per huiusmodi decretum violari iura capituli, in supplici libello porrecto Sedi Apostolicae conantur sibi vindicare contra Praepositum non solum

regimen et animarum curam, sed administrationem quoque bonorum, quae a Gubernio vindicata fuerunt. Hinc hodie ex commissione speciali Pontificis 8 Augusti 1909 causa discutienda proponitur sub sequentibus concordatis dubiis :

I. An constet de parochialitate habituali et actuali Capituli Collegiatae oppidi Figline Val d'Amo, salvo exercitio curae animarum spedante ad Praepositum eiusdem collegiatae eiusque adiutores.

II. . . . . *(sub secreto).*

III. . . . . *(sub secreto).*

Ad I. Dubium.

Ex eo quod aliqua ecclesia parochialis sit in collegiatam erecta, non illico dicendum universa iura parochialia in ipsammet ecclesiam collegialem transfusa fuisse. Siquidem erectio fieri potest duplici modo. Primo modo, si cura animarum, quae residebat penes ecclesiam parochialem, sit in proprietate ac titulo apud eamdem ecclesiam erectam in collegiatam illiusque capitulum, cum ex iuris dispositione non prohibeatur curam animarum residere penes personam moralem, v. g. monasterium, collegium aut capitulum. Hunc erectionis modum expendunt omnes fere iuris nostri interpretes *in Tit. 27, Lib. I, Decret.* Greg. IX et fuse Pignatelli *in consultationibus CL-CLX1X, Tom. IX.* [Et ante Concilium Tridentinum quando alicui capitulo adnexa erat cura animarum, capituli erat eamdem exercere eo, quo volebat, modo ; v. g. vel deputando ad eam unam, vel aliquas determinatas personas, vel decernendo, ut quisque canonicus per turnum curam exerceret. Hanc facultatem capitulis abstulit Tridentina Synodus *in Sess. VII, cap. 7,* praecipiens, ut cura exerceretur per vicarios etiam perpetuos sive de gremio, sive extraneos. Providam hanc dispositionem approbavit illiusque executionem omnibus commendavit Episcopis S. Pius V in const. *Ad exequendum* 1 Nov. 1567. Hinc distinctio curae animarum in habitualem et actualem, quarum prima apud capitulum, altera penes vicarium residet. Paucis verbis ita cl. F. X. Wernz in suis *Praelectionibus, Tom. II, pag. 1029,* describit parochos habituales et actuales. « Illis (habitualibus) « cura animarum nec de facto, nec de iure exercenda competit, sed tan« tum possunt et debent providere, ut per aliquem vicarium exerceatur ; « quare veri parochi non sunt, sed iste titulus parochi habitu tantum « inservit ad certa iura praeservanda. Actuales sunt qui de facto et de « iure actu exercent saltem curam animarum ».

Ex his patet primo minus recte dici post Conc. Trid. uni Capitulo •competere curam habitualem et actualem ; secundo ratione tantum, non re distingui posse curam actualem a curae animarum exercitio.

Secundo modo potest erigi parochialis ecclesia in collegiatam, ita ut ecclesia, quae prius parochialis tantummodo erat, fiat etiam collegiata sine ulla innovatione quoad curam, ita ut propterea et parochialis et collegiata simul dici debeat (Lott., *De re benef., Lib. I, q. 20, n. 2).* Quo in casu penes unum residet omnimoda cura habitualis et actualis et parochia proprium suum habet rectorem et sponsum. Stare enim possunt bene simul, quod eadem Ecclesia sit eodem tempore parochialis et collegiata; i. e. quod habeat eius unicum rectorem, cuius respectu consideratur tanquam parochialis, et tamen quod in ea erectum sit collegium distinctum, adeo ut sit independentia hinc inde, etsi parochus efficiatur capituli caput et prima dignitas (Card. De Luca, *De Parochis Discur. XLVI, n. 3).*

Quae tamen intelligenda sunt quoad subiectum curae seu parochialitatis, non tamen quoad ipsius curae exercitium. Ius enim curae, aut parochialitatis, cum concernât iurisdictionem, individuum est, non autem ipsius curae exercitium. Nil proinde mirum, quod erigatur aliqua parochialis ecclesia in collegiatam sine ulla innovatione quoad curam, et curae exercitium demandetur membris capituli sub dependentia tamen parochi : hac enim in hypothesi capitulum posset etiam dici collegium parochiale et capitulares evadunt et fiunt vicarii atque adiutores parochi, at a ratione veri parochiatus deficiunt.

Hisce positis Alexander VI in bulla, qua Ecclesia parochialis Figlinensis fuit erecta in Collegiatam decernit, uti dictum est, curam animarum pertinere ad capitulum de voluntate tamen Praepositi, eidemque Praeposito concedit collationem, provisionem et omnimodam dispositionem beneficiorum, in dicta ecclesia erigendorum; nec non ius corrigendi, ac puniendi canonicos, aliasque personas eidem Ecclesiae addictas. Unde patet principalem parochum esse Praepositum, et canonicos vocatos esse quidem et ipsos ad curam exercendam, sed de voluntate Praepositi et sub eius auctoritate, directione, vigilantia, correctione et punitione, 'ita ut capitulum seu canonici, sint veri vicarii Praepositi. Hoc idem eruitur ex constitutionibus capitularibus confectis an. 1510 ac 1614. Quamvis autem haec clara videantur, Episcopus tamen delia Robbia Ecclesiam visitans Figlinensem nos docet disparitatem invenisse Praepositum inter et Canonicos, utrum animarum cura spectaret ad ipsum Praepositum vel capitulum, et controversiam diremit facto decreto, in quo Praepositus dicitur principalis et quotidianus curatus, et decernitur duos esse canonicos constituendos eiusdem Praepositi coadiutores. Decretum fuit editum consentientibus septem canonicis et fuit approbatum a S. C. Concilii. Proinde, etiamsi velimus admittere Alex. VI

in sua bulla voluisse in Capitulum novae Collegiatae transferre universa iura ecclesiae parochialis Figlinensis, ambigendum non est per decretum della Robbia approbatum a S. C. Concilii veram inductam fuisse novationem, iuxta quam Praepositus S. M. de Figline dici debet et'est verus parochus; canonici autem dicendi sunt Praepositi adiutores.

Adiuvare autem Praepositum secumfert in capitulo Figlinensi onus et ius: onus, cum canonici debeant sub dependentia Praepositi animarum curam exercere; ius, quia alios praeter canonicos non potest Praepositus sibi adsciscere in animarum curae exercitio. Iure proinde S. C. Concilii mandavit ut duo canonici ad adiuvandum Praepositum non a solo Praeposito, sed a Praeposito et a Capitulo designarentur.

Haec confirmantur ex agendi ratione Praesulis Raineri Mancini, qui per suum decretum 13 Decemb. 1786 curam animarum concessam ab Alex. Vf Capitulo S. M. de Figline coarctat ad duos canonicos, quos vocat vice-parochos inamovibiles, nec non ad duos alios canonicos, qui per turnum, quatenus opus fuerit, Praepositum, ac vice-parochos adiuvarent, idque sub dependentia Praepositi, qui dicitur ex sua institutione praesidere curae animarum exercitio. Iamvero non praesidet ex sua institutione curae animarum exercitio, nisi verus parochus, qui potitur nempe cura habituali et actuali, cumque una ecclesia unius debeat esse sacer dotis, cap. 15, Tit. V, Lib. III, Decr. Greg. IX reliqui vocati ad curam animarum exercendam nullum aliud ius sibi vindicare possunt, quam coadiuvandi parochum; unde recte in citato decreto quatuor canonici, ad quos fuit cura animarum restricta, vocantur vice-parochi atque coadiutores. Quod adeo verum est ut Episcopus Mancini in determinandis officiis Praepositi ac vice-parochorum primo tantum imponit onus applicandi missam pro populo. Quod si capitulum consuevit Praeposito aliquam eleemosynam conferre occasione huius missae, hanc tribuebat non ratione stipendii, quasi ipsum hanc missam celebrare faceret, sed per modum aliqualis capitularis distributionis, aut ratione incommodi extrinseci.

Post haec inutile evadit expendere sive relationes visitationum pastoralium, sive acta conventuum Capituli Figlinensis, sive bullas institutionis Praepositorum S. M. de Figline, aliaque documenta, quae prostant in actis. Hoc enim, praeterquam longa res foret, coniecturaliter tantum probaret, quod.ex dictis invictissime demonstratur.

Neque in contrarium afferri possunt quaedam facta; uti designatio concionatoris tempore adventus et quadragesimae, participatio quartae funeris ex parte capituli, obsignatio documentorum parochialium sigillo

capituli, aliaque huiusmodi; haec enim omnia non probant capitulum esse parochum. Siquidem primo loco animadverto non omnia ex factis, quae afferuntur, recenseri inter iura stricte parochialia. Secundo loco notandum non omnia facta tribui soli Capitulo, sed Praeposito et Capitulo simul. Tandem cum variae et continuae extiterint controversiae Praepositum inter et canonicos, mirandum non est, una vel altéra vice amicabili fortasse facta inter contendentes transactione, aliquod ius etiam parochiale fuisse capitulo tributum. Unius autem vel alterius iuris parochialis exercitium non est signum certum parochialitatis.

Ex his omnibus eruitur nullam competere capitulo Figlinensi parochialitatem, sed tantummodo ius adiuvandi Praepositum in curae animarum exercitio. At hoc quoque ius fuit capitulo sublatum per decretum Episcopi Corsani, 7 Iulii 1883.

Ad II dubium: . . . . *(sub secreto).*

Ad III dubium: . . . . *(sub secreto).*

Hisce omnibus rite diligenterque perpensis Nos infrascripti Auditores de turno pro Tribunali sedentes, Christi nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, tribus propositis dubiis respondemus : Ad I *Negative;* Ad II et III *(sub secreto).* Ita decernimus, declaramus ac sententiamus, statuentes etiam expensas iudiciales esse inter partes compensandas.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum et praesertim c. *3, sess. XXV, de Beform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 16 Februarii 1911.

Gulielmus Sebastianeiii, *Ponens.*
L. £g S. Seraphinus Many,
Franciscus Heiner.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

IL

MARSORUM

IURIUM.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die 24 Februarii 1911, RR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Ponens, *Seraphinus Many et Franciscus Heiner, Auditores de turno, in causa* Marsorum-Iuriura *inter sac. Antonium Nitoglia repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi advocatum, et sac. Dominicum De Angelis repraesentatum per legitimum procuratorem Henricum M. Pezzami advocatum, interveniente et disceptante in causa Promotore Iustitiae, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Dominicus De Angelis Archipresbyter Ecclesiae SSmi Salvatoris oppidi *Oricola* dioecesis Marsorum cupiens variis ex causis suae paroeciae valedicere, super fructibus dimittendae parochiae flagitavit et obtinuit a S. G. Concilii annuam pensionem 600 libellarum, et ad aliam assequendam paroeciam loci « Gioia de Marsi » feliciter periculum concursus superavit. Interim Ordinarius ad vacaturam parochiam Auriculensem vocavit Antonium Nitoglia, tunc ratione studiorum Romae degentem Prius hic restitit, sed deinde morem gessit sui Episcopi votis. At aegre ferens sibi exhibitam parochiam annua pensione gravari, convenit cum Dominico de illa redimenda per quamdam pecuniae summam una tantum vice solvendam. Qua de re die 2 Aprilis 1909 instrumento peracto a partibus et ab Episcopo subsignato, Dominicus De Angelis de mandato praefati Episcopi parochiam « Gioia de Marsi » tanquam oeconomus curatus regendam suscepit et sac. Nitoglia cura commissa fuit animarum parochiae Auricuiensis « *come rappresentante del De Angelis* ».

Verum Dominicum, cum intellexisset gravibus in nova sua residentia premi difficultatibus, post tres dies, consentiente Episcopo, in pristinam rediit parochiam, et Antonius Nitoglia ad aliam regendam parochiam fuit a suo Ordinario translatus. Putans autem Dnus Nitoglia conventum diei °2 Aprilis 1909 fuisse violatum in suorum iurium detrimentum rem in iudicium detulit ad H. S. O. ex speciali commissione Pontificis sub die 15 Septembris 1909, et hodie causa discutienda proponitur sub sequentibus concordatis dubiis:

1.° An instrumentum diei 2 Aprilis 1909 ita sit executioni mandandum, ut sac. Dominicus De Angelis relinquere debeat paroeciam oppidi. *Oricola,* eaque conferri debeat ab Episcopo sacerdoti Nitoglia in casu.

SL° An, a quo, et quonam modo damnorum refectio tum materialium, tum moralium sac. Nitoglia debeatur in casu.

Ad primum dubium. Penes omnes et ubique religiosa semper fuit observantia pactorum, sive nudo consensu haec stipulata fuerint, sive per publicam scripturam. Contractibus enim semel rite celebratis, naturalis quaedam et iure probata nascitur obligatio inter contrahentes, qua unus, altero postulante, ad fidem implendam adigitur, nisi legitima recedendi a fide data subsit causa. Verum quia natura et extensio obligationis pendet ex voluntate contrahentium, prouti ex ipso contractu colligitur, ad tenorem conventionis recurrendum est, ut tota vis elucescat instrumenti.

Hisce positis, in conventione diei â Aprilis 1909 distinguere oportet partem narrati vam, seu praeparatoriam, quae in praemissis continetur, a parte substantiali seu dispositiva, in qua. indoles conventionis includitur. Iamvero in praemissis affirmatur tantummodo sac. De Angelis, indicto discrimine, obtinuisse parochiam loci « Gioia de' Marsi » nec non ius sibi servandi, a S. C. Concilii impetratum, annuam summam super parochiam Auriculensem ; atque Episcopum obtenturum ab Apostolica Sede facultatem in ipsa substituendi parocho De Angelis sac. Nitoglia. Ibi enim legitur: « Premesso che D. Domenico De Angelis ha concorso « alla parrocchia " Gioia de Marsi " con esito positivo, e che ha ottenuto « dalla S. C. del Concilio il diritto di ritenere un'annua pensione sulla « parrocchia di Oricola. Premesso che il Vescovo con speciali facoltà « apostoliche farà succedere al dimissionario parroco di Oricola il sacer- « dote Antonio Nitoglia etc. ». Unde haud est dubitandum nullam prorsus renunciationem in praemissis haberi, qua ius aliquod exinde oriatur in alterutro contrahentium.

Sed nec renunciatio habetur in corpore conventionis. Nullibi enim occurrunt verba, quae adhibentur et quasi consecrantur ad significandam dimissionem; scilicet, *dimitió, renuncio, resigno;* immo ex conventione sat clare patet dimissionem factam non fuisse. Primo enim ibi agitur de pensionis liquatione, seu de modo, quo pecuniae summa suffecta in locum pensionis solvi debet ab Antonio. Deinde decernitur: « il Nitoglia « liquiderà la pensione quando, decaduto il De Angelis canonicamente « e civilmente, sarà esso eletto canonicamente, e quindi abilitato a rice- « vere il *Regio Placet* ». Ex quibus scatet tempus liquationis pensionis referendum esse iuxta tenorem conventionis ad futurum tempus, quo parochus De Angelis tum canonice, tum civiliter ab omni iure in suam Ecclesiam decidisset. Constat igitur tunc De Angelis eam non reliquisse, secus conditio apposita fuisset contractui, quae iam foret purificata. - Accedit quod post liquationem pensionis in conventu statuitur, quod sacer-

dos De Angelis confestim se conferret in parochiam loci « Gioia de Marsi » et sac. Nitoglia ad parochiam Auriculensem ; idque usque ad cessionem parochiae « *fino alla cessione della parrocchia* ».

Equidem voluisset Antonius, ut Dominicus parochiam *Oricola* dimitteret tempore, quo facta est conventio, uti colligitur ex epistola R. D. Lispi Vicarii Generalis Marsorum diei 25 Februarii 1910, nec non ex eius depositione, quae ita se habet: « Il Nitoglia insistè e richiedeva che il De Angelis « avesse rinunciato la parrocchia... questo poi no, risposi io, perchè rimar« rebbe privo di beneficio ». Quod idem scripsit Episcopus: « Il rev. Nito« glia insisteva, affinchè D. De Angelis emettesse formalmente la rinunzia, « e gli fu ripetutamente risposto da me e dal Vicario che tale rinuncia « non poteva essere rilasciata ».

Conventio igitur, de qua in themate, nullam continet dimissionem paroeciae. Sed nec etiam includit promissionem dimissionis, quae, si expressa fuisset, cum supponat pactum inter duos, verus foret contractus. At de hac promissione nullum habetur vestigium in praedicto instrumento; quod ad summum supponere facit ex parte Dominici propositum suam dimittendi Ecclesiam. Atque hoc sensu intelligi verba debent « di« missionario parroco » quae in conventionis praemissis leguntur; necnon loquutio « data la bontà della prebenda, cui rinuncio », quae extat in epistola Dominici ad Episcopum 1 Martii 1909. (V. Summarium pro A. Nitoglia n. 2) Ut enim patet ex litteris, quas ante conventionem Dominicus scripserat, vere sibi is proposuerat Auriculensem parochiam dimittere. Hoc vero propositum multis subiiciebatur conditionibus tum ex parte Romani Pontificis, ut videlicet hic necessarias facultates impertiret ad pensionem redimendam; tum praecipue ex parte parochiae « Gioia de Marsi », ad quam obtinendam iam periculum concursus superaverat. Intende bat scilicet Dominicus, ut in nova parochia animarum curam exerceret libere et tranquille, et ut redditus sufficientes haberet ad vivendum et consulendum sibi, suisque parentibus in egestate constitutis. Qua de re voluit Episcopus ut Dominicus, antequam suae paroeciae renunciaret, se transferret in parochiam « Gioia de Marsi » et statum rerum locorum ac personarum ipse perspiceret. « Conchiusa la combinazione (scribit « Episcopus) col rev. Nitoglia, io volli che Domenico De Angelis andasse « subito a Gioia.... Fu convenuto però che vi andava per vedere sul « posto lo stato vero delle cose ed osservare se e come vi si poteva sta« bilire ». Quod confirmat D. Ancangeli Vicarius Foraneus his verbis: « Allora fu che il Vescovo gli propose la parrocchia " Gioia de Marsi " « ove sarebbe potuto stare bene fisicamente, moralmente e pecuniaria« mente.... Il Vescovo stesso poi ne fece la proposta al Nitoglia per con-

« venire sulle modalità, cercando di metterli d'accordo sulla somma dà « pagarsi. Il De Angelis rispose al Vescovo, che se le cose stavano come « Monsignore gli assicurava, avrebbe accettato la parrocchia di Gioia « de Marsi. Invitati dal Vescovo si recarono entrambi da lui, ove fecero « una convenzione che io ho letta una volta sola, e che mi fece l'im- « pressione di un contratto che come rinuncia non aveva alcun valore. « L'intenzione era di non escludere al De Angelis la facoltà di tornare « ad Oricola.... qualora non si fossero verificate le dichiarazioni fattegli « dal Vescovo ». Idem postremo asseritur a Rev. de Rossi, Canonico Poenitentiario Cathedralis Ecclesiae Marsorum, cuius depositio non est reficienda uti suspecta, prout asserit Patronus sac. Nitoglia. Nulla enim in actis extat iuridica suspicionis probatio: coeterum depositio iuramento firmata habetur, et, quod maximum est, concordat cum aliorum testium depositionibus. Sac. itaque Rossi deponit: « Dopo la convenzione il De « Angelis venne a cena con me, e coi professori del Seminario disse di « aver fatto una certa convenzione col Nitoglia, che sarebbe andato l'in- « domani a Gioia de Marsi per vedere se gli conveniva quella residenza « parrocchiale. Io, sapendo le difficoltà che avrebbe incontrato, gli ripetei « il verso di Dante: " *Qui si parrà la tua nobilitade* Mi sembrò che « impallidì, e poi disse : - Se non ci starò bene me ne tornerò alla par- « rocchia mia, - e dopo qualche altra osservazione disse che egli ripetu- « tamente aveva detto al Vescovo alla presenza del Nitoglia, prima e « dopo firmato il contratto, che non intendeva di rinunziare e di dare « alcun valore a quell' atto se nou dopo assicurato bene della sua nuova « residenza, e provvista ». Porro in his praecise fundantur illae rationes Superiori notae, de quibus agitur in conventione. « Per ragioni note al « Superiore il Rev. De Angelis fin dal giorno 3 Aprile corr. andrà ad « assistere la parrocchia di Gioia in qualità di Economo curato ecc. » Quocirca propositum, quod habebat Dominicus dimittendi paroeciam Auriculensem, erat omnino conditionatum, modo nempe in parochia et libere ministerium exercere posset et redditus sufficientes invenisset ad se suosque sustentandos. Cum ergo in parochiam « Gioia de Marsi » pervenisset, ibique, uti fere omnes testes deposuere, omnia invenisset spei atque expectationi contraria, nil mirum si statim redierit in parochiam *Oricola.* Unde ipse Episcopus, licet prius Dominicum obiurgaverit de tam subito mutatis animi consiliis, attamen, auditis quae Dominicus retulit de sua brevi commoratione in altera paroecia, illi permisit, imo voluit ut in pristinam suam parochiam remearet. Itaque dicendum non ita standum esse instrumento diei 2 Aprilis 1909, ut Dominicus De Angelis relinquere debeat parochiam *Oricola.*

Ad secundum dubium quod spectat, animadvertendum est actionem de refectione damnorum totam fere pendere in casu a prima quaestione; an scilicet conventio sit executioni demandanda. At vidimus sac. De Angelis iure suo usum fuisse, cum ad parochiam Auriculensem reversus sit et nullam iniuriam factam fuisse sac. Nitoglia; nullum enim ius ad eamdem parochiam habendam acquisivit. Si itaque hic ex agendi ratione Dominici aliqua fortasse damna passus fuit, haec certe ab eodem Dominico reparanda non sunt, cum absque eius dolo et culpa sac. Nitoglia obvenerunt. Clara sunt verba *cap. 9 Tit. XXXVI Lib. V, Decr. Greg. IX:* « Si culpa tua datum est damnum vel iniuria irrogata, seu aliis irrogan- « tibus opem forte tulisti, aut haec imperitia tua sive negligentia eve- « nerunt, iure super his satisfacere te oportet, nec ignorantia te excusat, « si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere « vel iacturam ». Quod confirmatur ex cap. 6 eiusdem tituli, in quo agitur de his, qui voluntarie damna inferunt. Neque dicatur praefata damna reparanda saltem esse ab Episcopo, hic enim iure suo et potestate ordinaria usus fuit tum quando de Roma ad dioecesim vocavit Antonium, tum quando, in irritum, lapsa conventione 2 April. 1909, Dominicum in parochia redintegravit. Ceterum non omisit Episcopus sac. Nitoglia ad aliam parochiam regendam destinare.

Quibus rite perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, propositis dubiis respondemus ad I, *Negative;* ad *II, Negative* ad primam partem; ad secundam et tertiam provisum in prima. Ita decernimus, declaramus et definitive sententiamus. Quoad expensas iudiciales statuimus, ut sac. Antonius Nitoglia proprias tantum expensas subeat, firmo decreto R. P. Ponentis de patrocinio gratuito in favorem sac. Dominici De Angelis.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et Ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut exequutioni mandent hanc nostram sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *G. 3, Sess. XXV, de Beform.* Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 24 Februarii 1911.

Guilelmus Sebastianeiii, *Ponens.*
L. ✠ S. Seraphinus Many.
Franciscus Heiner.

Sac. Tancredus Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

I.

AD MARIAM T. LEDOCHOWSKA, COMITISSAM, MODERATRICEM GENERALEM SOCIETATIS A S. PETRO GLAVER NUNCUPATAE, OB VOLUMINA BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITA.

Madame la Comtesse,

Le Saint-Père a agréé avec une particulière bienveillance l'hommage que vous m'avez prié de Lui faire, de « l'Echo d'Afrique » et de la « petite bibliothèque Africaine » de l'année 1910, publié en diverses langues par la Société de Saint Pierre Claver, ainsi que de deux volumes en langue *mashona* pour la Rhodesia, et en langue *gengbe* pour le Dahomey, imprimés dans votre typographie de Salzbourg.

Il a été bien consolant pour Sa Sainteté, Qui suit avec un intérêt spécial et un cœur paternel l'œuvre des Missionnaires dans leur sublime ministère d'évangélisation catholique, d'apprendre les consolants résultats obtenus dans le courant de l'année passée.

Tandisqu'Il supplie le Divin Maître de multiplier le nombre des ouvriers évangéliques, de faire croître et prospérer, dans leur champ, une moisson toujours plus abondante de grâces et de salut, le Saint-Père envoie de tout cœur, avec Ses remercîments pour votre filial hommage, la Bénédiction Apostolique à vous-même et à tous les membres de la pieuse Société de St. Pierre Claver.

Je vous remercie vivement de l'exemplaire de « l'Echo » que vous avez bien voulu m'offrir, avec l'expression de vos souhaits, et je saisis volontiers cette occasion pour vous exprimer, en retour, Madame la Comtesse, avec mes meilleurs vœux, mes sentiments bien dévoués en Notre Seigneur.

Rome, 23 Janvier 1911.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD R. D. CANONICUM LECIGNE, OB DUO VOLUMINA OPERIS QUOD GALLICE INSCRIBITUR « DU DILETTANTISME À I,'ACTION », BEATISSIMO PATRI IN OBSEQUIUM OBLATA.

Monsieur le Chanoine,

Le Saint-Père a reçu avec une très particulière bienveillance les deux volumes du bel ouvrage intitulé : « Du Dilettantisme à Faction », que vous Lui avez offerts en votre qualité de professeur de littérature française et de doyen de la faculté des Lettres de la très méritante Université catholique de Lille.

Sa Sainteté estime qu'il est grandement désirable que des juges de votre mérite et de votre compétence travaillent avec ardeur à apprécier les œuvres littéraires et philosophique des écrivains contemporains, non seulement d'après les règles de l'art, mais aussi à la lumière des principes éternels du dogme et de la morale catholiques. Avec combien de raison vous établissez comme règle fondamentale qu'il y a des vérités intangibles et que les œuvres ne sont de grandes œuvres que dans la mesure où elles s'y conforment !

Le Saint-Père vous félicite vivement de consacrer votre beau talent, dans votre chaire de professeur, dans vos livres, dans les revues et dans la presse, à la défense de la vérité chrétienne, des Actes du Siège Apostolique et des grandes traditions de la nation française.

Il appelle sur vos travaux, déjà si féconds pour le bien, toutes les faveurs célestes et, comme gage de sa toute paternelle bienveillance, vous envoie la Bénédiction Apostolique.

Avec mes remercîments pour l'exemplaire que vous avez bien voulu m'offrir de votre ouvrage, je vous prie d'agréer, Monsieur le Chanoine, l'assurance de mes sentiments dévoués.

Rome, 6 Février 1911.

L. g* S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

III.

AD PERILLUSTREM VIRUM HENRICUM LUCIANUM BRUN, PRAESIDEM SOCIETATIS STUDIORUM QUAE IN HISTORIA ET LITTERIS VERSANTUR, OB EPISTOLAM BEATISSIMO PATRI MAXIMA CUM VENERATIONE DATAM.

Monsieur,

11 m'a été agréable de porter à la connaissance du Saint-Père les intéressantes nouvelles que vous avez bien voulu me communiquer, par votre obligeante lettre du 24 Janvier dernier, au sujet de la « Société d'Études Historiques et Littéraires » et de l'éloquente Conférence qu'y a tenue récemment le R. P. Fontaine S. I.

C'est un précieux réconfort pour le Souverain Pontife d'apprendre avec quelle obéissance filiale, quel généreux empressement on reçoit Ses directions, Ses enseignements, et avec quel zèle les vrais catholiques, et les âmes d'élite travaillent à en propager la connaissance et les bienfaits salutaires dans la société.

Le Saint-Père est heureux de féliciter votre société, qui s'honore de compter parmi ses conférenciers des Membres illustres de l'Episcopat et des Ordres Religieux, de son dévouement à l'Eglise et au Saint-Siège, et de sa fidélité à suivre ses enseignements.

Tandis qu'Elle vous remercie, Monsieur le Président, de cette nouvelle protestation de filiale soumission que vous avez eu l'heureuse pensée de Lui adresser au nom de la Société d'Etudes Historiques et Littéraires, Sa Sainteté envoie de tout cœur à vous-même, et à tous ses Membres la Bénédiction Apostolique.

Je saisis volontiers cette occasion pour vous exprimer, Monsieur le Président, mes sentiments distingués.

Rome, 12 Février 1911.

L. S. R. CARD. MERRY DEL VAI-

IV.

AD STANISLAUM MEDOLAGO ALBANI, COMITEM, PRAESIDEM UNIONIS OECONOMICO-SOCIALIS PRO CATHOLICIS ITALIA15, IN NOVIS EIUSDEM UNIONIS CONSTITUTIONIBUS TRADENDIS1

Illmo Signor Conte,

Qui unito ho il piacere di rimettere alla S. V. il nuovo Statuto dell'Unione Economico-Sociale d'Italia, che il Santo Padre, Pio X, intende sostituire all'attuale. Le modificazioni ed aggiunte portatevi sono state, come Ella potrà rilevare, suggerite tutte dall'esperienza e dal progredito sviluppo delle organizzazioni sociali, ed hanno per loro unico scopo ovviare a quei difetti che la pratica ha messo in evidenza, e rendere T Unione più atta a compiere le molteplici sue funzioni, e, con ciò stesso, a conseguire l'altissimo fine pel quale fu istituita. Questo nuovo Statuto pertanto costituisce una novella prova dell'Apostolica sollecitudine dell'Augusto Pontefice per l'azione cattolica in genere, e particolarmente per l'Unione Economico-Sociale, alla quale Egli si è oggi degnato rivolgere e consacrare le paterne sue cure : e tutte, non v'ha dubbio, quante sono le federazioni, e gl' istituti sorti numerosi in seno a questo organismo maggiore, tutti e singoli quanti sono in Italia che hanno dato il loro nome all'Unione, vorranno come tale riconoscerlo, e riceverlo con animo pieno di filiale gratitudine, con cuore di ben disciplinati militi, pronti sempre a seguire quelle direzioni che al supremo loro capo piaccia indicare per condurli a più sollecite e più ubertose conquiste. II nuovo Statuto, come è stabilito all'articolo 12, entrerà in vigore col 1° Marzo p. v. e tra due mesi, da tale data, dovrà l'ufficio di Presidenza dell'Unione convocare l'Assemblea, perchè proceda alla nomina del nuovo Consiglio.

Ed affinchè tutto si compia con quello spirito di cristiana carità e di sociale armonia che nelle istituzioni cattoliche deve andare di pari passo col dovuto illimitato ossequio all'autorità ecclesiastica e formarne 11 vanto più ambito, Sua Santità imparte ben di cuore alla S. V. ed agli aderenti tutti all'Unione Economico-Sociale d'Italia l'Apostolica Benedizione, quale augurio degli opportuni aiuti della Divina Grazia.

Mi valgo intanto dell'occasione per confermarle i sensi della mia stima distinta.

Roma, 15 Febbraio 1911.

L. S. R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ORDINARIA.

Il giorno 21 del mese di Marzo, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si tenne la Congregazione Ordinaria dei Sacri Riti, nella quale gli Eminentissimi e Reverendissimi Signori Cardinali appartenenti alla medesima diedero il loro voto sulle seguenti Cause :

I. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Giovanni M. Robert de la Mennais, Sacerdote Fondatore della Congregazione dei Fratelli dell'Istruzione Cristiana di Ploèrmel e delle Figlie della Provvidenza di S. Brieuc.

II. Concessione ed approvazione dell' Officio proprio in onore del Beato Antonio Manzoni, *vulgo* Pellegrini.

III. Conferma dell' elezione della Beata Vergine Immacolata a Patrona della diocesi di Crookstori.

IV. Revisione degli scritti nella Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Luisa Borgiotti, Confondatrice dell' Istituto delle Suore di Gesù Nazareno.

V. Revisione degli scritti nella Causa di Beatificazione o Dichiarazione di Martirio dei Servi di Dio Raffaele Captier, Sacerdote Professo e Compagni, dell'Ordine dei Predicatori.

NOMINE

Con biglietto della Segreteria della S. Congregazione dei Riti, autorizzata dal S. Padre, furono nominati :

4 Luglio 1910. — Mons. Scipione Tecchi, membro della Commissione Storico-Liturgica.

— Il Rev. P. Fr. Elia Coccia, dei Carmelitani dell'antica osservanza, membro della Commissione Liturgica.

11 Febbraio 1911. — Il Rev. D. Carlo Grosso, Sostituto Cancelliere della S. C. dei Riti.

SAGRA ROMANA ROTA

Il Rev. Professore D. Luigi Gamberini nominato Aiutante di studio di Mons. Giuseppe Alberti, Uditore di Rota.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare:

Protonotarii apostolici ad instar participantium:

24 Gennaio 1911. — Mons. Lazzaro Garnier, della diocesi di Nevers.

8 Marzo 1911. — U Rev. Giuseppe Adamo Zuk, Vicario Generale dell'Arcivescovo di Serajevo.

11 Marzo. — Mons. Tommaso Francesco Doran, Vicario Generale della diocesi di Providenza.

15 Marzo. — Il Rev. Emilio Fleiter, Vicario Generale della diocesi di Quimper e Léon.

/

Prelati domestici di S. S. :

8 Marzo 1911. — Il Rev. Vincenzo Stieber, abate titolare di S. Giacomo di Heren e parroco di S. Teresa a Budapest.

14 Marzo. — Il Rev. Don Edoardo Devlin, Vicario Generale di Winona.

Missionario apostolico :

16 Marzo 1911. — Il Rev. Pietro Vernet, dell'archidiocesi di Lione.

ONORIFICENZE

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze :

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, con Placca, :

14 Marzo 1911. — Al Sig. Comm. Adolfo Ritter von Zambaur, I. e R. Console Austro-Ungarico a Scutari.

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

29 Dicembre 1910. — Al Sig. Filippo Dengel, Professore dell'Università di Innsbruck (Austria).

9 Marzo 1911. — Al Sig. Giorgio Carlo Casimiro de Boulloche, dell' archidiocesi di Parigi.

14 Marzo. — Al Sig. Giuseppe Maria Crostarosa, dottore in legge.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

11 Marzo 1911. — Al Sig. Saladin Zia, medico-chirurgo, di Scutari d'Albania.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

24 Febbraio 1911. — Al Sig. Andrea Gassner, della diocesi di Lubiana.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. RiTia Mons. Maggior domo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari :

6 Marzo 1911. — Mons. Teodorico De Angelis, dell'archidiocesi di Benevento.

14 Marzo. — Mons.. Lazzaro Durazzo, della diocesi di Sira;

— Mons. Giovanni Marangó, della diocesi di Sira.

Cappellano segreto d'onore :

14 Marzo 1911. — Mons. Gabriele Provilenghios, della diocesi di Sira.

NECROLOGIO

Marzo 1911. — Mons. Goffredo Marschall, Vescovo titolare di Ortosia, ausiliare del Cardinale Gruscha, Arcivescovo di Vienna.

— Mons. Giovanni Antonio Forest, Vescovo di S. Antonio nel Texas.

— Mons. F. Tommaso Maria Granello dei Predicatori, Arcivescovo di Seleucia di Siria, Commissario Generale della S. Congregazione del S. Uffizio.

Annus III. - Vol. III. Die 29 Aprilis 1911. Num. 5.

ACTI^APOSTOLIGAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

L

PRO ARGHISODALITATB AB « HORA SANCTA » IN DIOECESI AUGUST0DÜNENS1 EXTENDITUR AD UNIVERSUM ORBEM TERRARUM FACULTAS AGGREGANDI EIUSDEM TITULI ATQUE INSTITUTI SOCIETATES IAM EIDEM SOCIETATI FACTA PRO GALLIA ET BELGIO.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Pias fidelium sodalitates, quae frugifero religionis pietatisque exemplo alios coetus ad sua opera imitanda excitaverint, privilegio libenti quidem animo donamus, ut has similes Consociationes sibi adiungere queant, et cum eis impetratas indulgentias participare. Inter illiusmodi confraternitates bene de Ecclesia meritas ea procul dubio videtur adnumeranda, quae ab « Hora Sancta » nuncupata atque in sacello Monialium a Visitatione, Paredi in oppido, vulgo « Paray-le-Monial » Dioeceseos Augustodunensis canonice instituta, a rec. me. Leone PP. XIII Decessore Nostro in Archisodalitatem usque ab anno MDCCCLXXXVI erecta fuit, et hoc praecipue aucta favore, ut ei alias eiusdem nominis Sodalitates tum in cuncta Gallia, tum in Belgio existentes sibi aggregare liceret. Cum vero hae devotae Consociationes, postremis praesertim temporibus, in omnes orbis partes sint feliciter prolatae, et cum praedictae Archisodalitatis Moderatores enixas Nobis preces adhibuerint, ut iam ipsi concessam aggregandi facultatem, nunc pro toto terrarum orbe sibi extendere dignaremur, Nos persuasum habentes, id non minus in maiorem Dei gloriam quam in uberius animarum bonum semper esse cessurum, piis hisce votis censuimus obsecundandum. Quare officialibus et sodalibus praesentibus et futuris me-

moratae Archisodalitatis ab « Hora Sancta » in sacello Monialium a Visitatione Paredi erectae, intra fines Augustodunensis Dioeceseos, praesentium tenore Apostolica Auctoritate Nostra perpetuo concedimus ac largimur, ut, servata forma Constitutionis Clementis Papae VIII Decessoris Nostri aliisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis, ubicumque gentium sint cognomines et eiusdem instituti Sodalitates, eas sibi aggregare licite queant, atque omnes et singulas indulgentias, quas ab S. Sede iam obtinuerint, et fas sit aliis impertiri, cum ipsis sodalitatibus communicare licite pariter possint ac valeant. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, seu spectare poterit, plenissime suffragari, sicque in praemissis esse iudicandum, atque irritum fieri, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxvn Martii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. Card. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. © S.

II.

ABBATIAE DE **PONTI DA ECCLESIA IN BASILICAM MINOREM ERIGITUR.**

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Inclyta Divi Benedicti familia iam tot ac tantis in religionem, non minus quam in humana studia, liberalesque artes meritis spectata, modo historica de Pontida Abbatia ad pristinum decus restituta novam sibi laudem adiungit. Hoc enim monumentum gloriosis memoriis perinsigne, sed temporum hominumque iniuria pene deletum, nunc tandem cura Abbatis Ioannis dei Papa Praesidis Congregationis Benedictinae Cassinensis, et suffragante Antistite Bergomensi, ex auspicato resurgit. Huius Abbatiae iam inde ab anno MLXxvi celeberrimum claustrum Beatus Albertus condidit dicavitque Sancto Iacobo Maiori. Ipsam Abbatiam Romani Pontifices Nostri Decessores, ac Principes viri tum possessionibus et privilegiis auxerunt, tum auctoritate tutarunt. Haec quidem intra pia moenia anno reparatae salutis MCLXVI sacrum pro aris et focis ictum foedus est,

adversus communem religionis patriaeque hostem. Templum praeclarissimum Gothico-Longobardae artis specimen una cum continenti coenobio, anno MCGCLXXIII teterrimo incendio flagravi!, sed postea cum Bergomense territorium in Reipublicae Venetae ditionem cessit, novo splendore effulsit. Cum autem exeunte saeculo decimoquinto eadem Abbatia Benedictinae Congregationi aggregata est, tunc vere prosperitatis attigit culmen, et conventualium aedium amplitudine, artis operum ornamento, monachorum frequentia, divinique cultus decore, tria persaecula floruit. Verum anno MDCCLXXXXVKI deturbatis ex eodem Coenobio, iniuria Gallici gubernii, Cassinensibus Monachis, tum derelictae Abbatiae aedes, converso etiam in opificium claustro, extremum illud in exitium venerunt, a quo in praesens memorati abbatis studio et corrogata populi stipe feliciter vindicantur. Comperimus namque non sine magno animi nostri solatio, Benedictinae Cassinensis Congregationis patres iam inde a die quinta decima Ianuarii mensis anni MDCCCCIX post decem ac centum annorum absentiam, denuo possessionem iniisse historicae illius Abbatiae, Ecclesiamque et adnexam paroeciam ex decreto Congregationis Concilii, annuente Episcopo Bergomensi, regulares fuisse declaratas. Accepimus similiter ossa Beati Alberti Pontidensis Abbatiae fundatoris, facta ab Antistite facultate, modo Bergomensi ex urbe in idem Abbatiale templum adduci, eo ipso in loco reverenter condenda, quem vivens sanctitate illustravit. Nunc autem cum, expletis instaurationis operibus, Benedictini patres die xxx vertentis mensis Aprilis coenobium Abbatiale de Pontida iterum sint ingressuri, ac dilectus filius Abbas Ioannes dei Papa Benedictinae Cassinensi Congregationi Praepositus, Nos enixis precibus flagitaverit, ut ad perennandam tum huius monachorum reditus, tum translationis Corporis Beati fundatoris memoriam, Abbatiale templum Pontidense ad Basilicae Minoris dignitatem evehere dignemur, Nos ut faustitatem eventus Pontificiae voluntatis significatione cumulemus, votis his annuendum libenti quidem animo censemus. Quae cum ita sint Apostolica Nostra Auctoritate praesentium tenore Ecclesiam titulo Sancti Iacobi Maioris continentem Abbatiae de Pontida Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti Minorem Basilicam facimus, eligimus atque declaramus, illique facultates omnes, honores et privilegia tribuimus, quae Minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas atque efficaces semper extare et manere, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, sive in posterum spectabit, plenissime suffragari, sicque in praemissis esse rite iudicandum, irritumque eo ipso fieri atque inane, si secus quidquam

super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die v Aprilis MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. Card. MERRY DEL VAL,
L. ✠ S. *a Secretis Status.*

EPISTOLAE.

I.

DILECTO FILIO NOSTRO IOANNI TIT. SS. VITALIS GERVASII ET PROTASII S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI PUZYNA DE KOZIELSKO EPISCOPO CRACOVIENSI, VICESIMUM QUINTUM AB INITO EPISCOPATU ANNIVERSARIUM CELEBRANTI.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Gratam sane occasionem confirmandi singularem, qua te prosequimur, benevolentiam proximus iam dies affert, sacer Augustae Virgini Dei Parenti designatae; qui dies, carus quidem omnibus, tibi erit auspicatissima ob memoriam anni ab inito tui episcopatus honore quinti supra vicesimum. Placet igitur, coniunctis tuorum studiis, addere laetitiae Nostrae significationes, tibique gratulari, quod beneficio divino id aetatis benemerendo de Ecclesia attigeris. Nostrorum autem votorum haec summa est, ut recordatio rerum per id tempus a te gestarum in salutem dilecti gregis et Nostra comprobatio te tacentem erigant subleventque. Quamquam quid aptius ad abstergendas omnes vitae molestias quam vesci quotidie, quae tua consuetudo est, epulo fortium ? Hoc roboratus, non modo adversae valetudinis incommoda modice ac sapienter feres, sed gaudium ex tribulatione percipies, ita ut Pauli queas iterare voces: « Superabundo gaudio in omni tribulatione mea ». Nos interim, quibus ministerii tui explorata utilitas est et aestimabilis vita, Omnipotenti Deo vota fundimus, ut, viribus restitutis, diuturna vitae usura fruaris. Adsit Virgo ab Angelo salutata, quae hodie, cum divinae maternitatis honore, coepit mortalium dolores in se omnes recipere. Ipsa te maternis tueatur oculis: ipsa tuam spem Nostramque sustentet. Caelestis autem gratiae sit auspex apostolica benedictio, quam tibi, dilecte Fili Noster, universoque clero ac fideli populo tuae vigilantiae commisso effusa caritate impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die iv mensis Martii MDCCCCXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

IL

AD CELSITUDINEM SUAM LUITPOLDUM BAVARIAE REGNUM REGENTEM, NONAGESIMUM AETATIS ANNUM FELICITER EXPLENTEM.

Dilectissime in Christo fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Propediem exoriturus nonagesimus Celsitudinis tuae natalis propensissima Nos voluntate Bavariae adiungit civibus diem auspicatissimum, unis animis multiplicique significatione laetitiae, concelebrantibus ; tibique, quem iucundissima studiorum officiorumque consuetudo carissimum Nobis effecit, tota mente gratulamur: sane non eo tantum nomine quod tam uberem vitae usuram Dei munere beneficioque frui tibi contigit, sed potissimum quod annorum numerum recte factorum multitudine superaveris. Et merito gratulamur, quandoquidem *corona dignitatis, senectus quae in viis iustitiae reperietur* (Prov. xvi, 31). Suppetant tibi uberiora in dies divinae gratiae auxilia, denique optimi principis vitam non aetatis spatio terminare, sed virtute parta laude, quam praesens aetas celebrabit, quam postera contuebitur et alet, quam denique iustus Iudex gloria exornabit nulla temporis longinquitate peritura.

Haec, dilectissime in Christo fili, habeas pro tua in Nos pietate paternae caritatis Nostrae vota fa.ustitatis, eaque expleta reddat ac cumulata apostolica Benedictio quam caelestium auspicem bonorum, tibi totique familiae tuae peramanter impertimus.

Datum Romae apud" S. Petrum, die VII Martii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

III.

AD R. P. D. IOANNEM BAPTISTAM CORREA, CAMPINENSÍUM EPISCOPUM, OB VICESIMUM QUINTUM SACERDOTII EIUS ANNIVERSARIUM, AC PRIMUM CATHOLICUM CONGRESSUM IN CAMPINENS1 DIOECESI CELEBRANDUM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Geminum istinc nuncium accepimus: alterum altero iucundius. Relatum quippe est instare tibi, Venerabilis Frater, vigesimum quintum suscepti sacerdotii natalem, et quo tempore auspicatissimam hanc diem Clerus populusque tuus grata recolet recordatione laetitiaeque signis te duce et auspice in ista recens condita dioecesi celebratum iri primum catholicorum congressum ut socialium operum, quibus nostra tantopere in-

diget aetas, prima quasi semina ponantur, quae gremio excepta actuosae voluntatis, alte radices agant et in arborem grandescant specie ornatissimam, usu uberrimam. Utrimque peropportuna Nobis et laetandi et bene ominandi facultas. Multiplicet Deus sacerdotii tui natales, ut diuturniore vitae usura frequentiores edas pastoralis navitatis fructus. Horum vero veluti specimen sit atque auspicium propediem habendus conventus, quem felicem faustumque catholicae rei futurum confidimus, eisdemque utilitatibus quas, paterna acti charitate, spe praecipimus atque animo. Ut vero divinum Numen tum sacrae sacerdotii tui celebritati, tum ineundis in coetu consiliis saluberrimis propitium adsit, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, universis dioecesis tuae fidelibus iisque in primis quos idem catholicae rei studium tecum congregabit, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x Martii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

IV.

AD LUDOVICUM IOSEPHUM CARD. LUÇON, RHEMENSIUM ARCHIEPISCOPUM, OMINUM ERGO, FESTIVITATE SANCTI IOSEPHI REDEUNTE,^BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITORŬM.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Litteras legimus quas nuper misisti officii plenissimas, et amavimus vota, quae Sancti Iosephi annua redeunte celebritate obtulisti: amavimus et studium quo subeunte acerbiorum dierum tristitia, opportunum Nobis praebuisti in praesentare pietate tua sollatium. Pluribus tecum agere haud est opus ut intelligas eam Nos inde voluptatem hausisse quam haurire licuit ex fratris optimi optima amoris significatione. Ne pûtes tamen amore Nos tibi concedere: tam multa enim Nobis tecum sunt necessitudinis causae, nihil ut iam ad benevolentiam in te Nostram possit accedere. Accedat tamen volumus novum eiusdem pignus; idque habeas in Apostolica Benedictione, quam caelestium auspicem bonorum tibi, Dilecte Fili Noster, atque universo tuae dioecesis Clero populoque peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die festo Mariae Dei Parentis designatae MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS. PP. X.

V.

AD AUGUSTUM SERENISSIMÜMQUE PRINCIPEM GULIELMUS! II REGEM WURTHEMBERGENSEM, VICESIMUMQUINTUM MATRIMONII SUI ANNIVERSARIUM CELEBRANTEM.

Serenissime et Celsissime Rex, salutem. — Quam Nobis grata acceptaque omina obvenerint, quibus Maiestati Tuae, opportunitatibus animo Nostro iucundis, Nos prosequi placuit, tunc significare haud omisimus. Pari autem iucunditate occasionem fausti vicesimi quinti anniversarii matrimonii Eiusdem Maiestatis Tuae modo capimus, ut, vice Nostra, gratulationes et omina Tibi, Serenissime Rex, et Reginae, Augustissimae Uxori Tuae, ofteramus, maximam cum subditis Tuis laetitiam ita participantes. Idque eo libentius facimus, cum notum compertumque Nobis sit quantam benevolentiam erga Clerum et catholicos cives istius Regni exhibere non desinas. - Velit igitur Maiestas Tua hoc sincerissimae adiectionis et humanitatis Nostrae testimonium accipere, dum Deo Optimo Maximo preces fundimus, ut Te una cum Serenissima Regina, in bonum et prosperitatem universi Regni Wurthembergensis diu adhuc sospitet, atque perfecta Nobiscum caritate coniungat.

Datum Romae apud S. Petrum, die u Aprilis MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO S. OFFICII

DE MATRIMONIIS EORUM QUI A GENITORIBUS ACATHOLICIS VEL INFIDELIBUS NATI, SED JN ECCLESIA CATHOLICA BAPTIZATI, AB INFANTILI AETATE IN HAERESI VEL INFIDELITATE AUT SINE ULLA RELIGIONE ADOLEVERUNT.

DECRETUM.

Cum decreti « *Ne temere* » per Sacram Congregationem Concilii die 2 Augusti 1907 editi articulo XI § I expresse edicatur novis circa formam sponsalium et matrimonii statutis legibus *teneri omnes in Catholica Ecclesia baptizatos et ad eam ex haeresi aut schismate conversos (licet sive hi sive illi ab eadem postea defecerint) quoties inter se sponsalia vel matrimonium ineant;* quaesitum est: Quid dicendum de matrimoniis

eorum qui a genitoribus acatholicis vel infidelibus nati, sed in Ecclesia Catholica baptizati, postea, ab infantili aetate, in haeresi seu infidelitate vel sine ulla religione adoleverunt, quoties cum parte acatholica vel infideli contraxerint?

Re in plenario conventu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii habito feria IV die 15 labentis mensis mature perpensa, Emi ac Rmi DD. Cardinales Inquisitores Generales respondendum decreverunt: *Recurrendum esse in singulis casibus.*

Die vero sequenti SSmus D. N. D. Pius divina providentia PP. X, in solita audientia R. P. D. Adsessori huius eiusdem Supremae Sacrae Congregationis impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobare et confirmare dignatus est.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 31 Martii 1911.

Aloisius Castellano, *S. R. et U. I. Notarius.*

L. S.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM.

SSmus D. N. Pius Papa X, decreto Sacrae huius Congregationis, promovit:

24 martii 1911. — R. D. Sebastianum Lerne de Silveira Cintra, in Episcopum titularis ecclesiae Orthosiensis, cum deputatione in Auxiliarem Emi Dñi Cardinalis loachim Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti, Archiepiscopi S. Sebastiani Fluminis Ianuarii.

29 martii 1911. — R. P. D. Iosephum Rovetta, in Episcopum Cathedralis ecclesiae Cassanensis.

31 martii 1911. — R. D. Angelum Portelli, O. P., in Episcopum titularis ecclesiae Selinuntinae, cum deputatione in Auxiliarem R. P. D. Petri Pace, Episcopi Melitensis et Archiepiscopi Rhodiensis.

Mandavit autem idem SSmus D. ut hac de re litterae apostolicae sub plumbo ad tramitem iuris expediantur.

S. CONGREGATIO RITUUM

VENETEN. *(Vannes).*

DECRETUM INTRODUCTIONIS CAUSAE BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI IOANNIS MARIAE ROBERT DE LA MENNAIS PRESBYTERI FUNDATORIS CONGREGATIONIS FRATRUM INSTITUTIONIS CHRISTIANAE ET FILIARUM A PROVIDENTIA.

Inter claros viros, qui sacro ministerio scriptisque editis Apostolicae Sedis auctoritati ac iuribus tuendis ac vindicandis, nostra hac aetate in Gallia adlaborarunt, merito recensetur sacerdos Ioannes Maria Robert De La Mennais, qui in oppido *Saint-Malo,* Rhedonensis Archidioeceseos, die 8 Septembris anno 1780 ortus, et anno 1804 sacerdotio auctus, cum religione, moribus, litteris aliisque disciplinis iuventuti utriusque sexus instituendae valde profuisset, duobus sodalitiis ad hoc excitatis, nempe Fratrum ab Instructione christiana *de Ploërmel* et Filiarum a Providentia de *Saint-Brieux,* sanctissimo fine quievit die 26 Decembris anno 1860.

Fama sanctitatis qua S. D. in vita claruit, post eius obitum adeo invaluit in dies, ut [super ea Inquisitiones ordinaria auctoritate absolutae Romam ad Sacram Rituum Congregationem transmissae fuerint. Instante vero Rmo P. Ludovico Copéré, Societatis Mariae, huius causae Postulatore, scriptisque Servi Dei revisis atque obtenta dispensatione a lapsu decennii; quum nihil obstaret, quominus ad ulteriora procedi posset, attentis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Antistitum atque Praepositorum Ordinum et Congregationum aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, nominatim vero Fratrum Instructionis christianae atque Filiarum a Providentia litteris postulatoriis, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Vincentius Vannutelli Episcopus Praenestinus, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis, subsignata die ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit: « An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur? ». Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Cardinalis Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore, omnibus sedulo perpensis, rescribendum censuerunt: « Affirmative, seu signandam esse Commissionem si Sanctissimo placuerit ». Die °21 Martii 1911.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacri eiusdem Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae beatificationis et canonizationis Venerabilis Servi Dei Ioannis Mariae Robert De La Mennais, presbyteri fundatoris Congregationis Fratrum Institutionis christianae et Filiarum a Providentia, die 22, eisdem mense atque anno.

Fr. SEBASTIANUS Card. MARTINELLI, *S. R. C. Praefectus.*

L. $ S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (ROBINE-BERTHON)

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die 13 Martii 1911, RR. PP. DD. Seraphinus Manu, Ponens, *Franciscus Heiner et Ioannes Prior, Auditores de turno, in causa* Parisien. - Nullitatis Matrimonii - *instante pro appellatione defensore Vinculi Parisiensi adversus sententiam Curiae Parisiensis, inter Renatam Robbie, repraesentatam per procuratorem Nazarenum Ferrata, Advocatum, et Paulum Berthon, qui declaravit se nolle agere in hoc iudicio, et sese remittere sapientiae tribunalis, interveniente et disceptante in causa Defensore Vinculi ex officio, sequentem ediderunt definitivam sententiam.*

Die 13 Iulii anni 1898, Renata Robine et Paulus Berthon matrimonium contraxerunt, Parisiis, in Ecclesia parochiali sic dicta « *S. Jacques du Haut Pas* ». Dicebatur autem puellam non libere contraxisse, sed sub influxu patris ; unde nil mirum si mox dissidia et iurgia inter coniuges orta sint. Itaque post non longum tempus, licet exterius vita communis perdurare videretur, separatio thori instituta est, et vir apud parentes suos, relicta uxore, noeles ducere consuevit. Tandem post undecim annos et dimidium, cum haec rerum conditio diutius tolerari non posset, vir petiit sic dictum divortium civile; quod revera pronunciatum est

anno 1910. Ex hac ergo parte libera facta mulier institit, libello oblato die 1 Maii 1910, apud Curiam Ecclesiasticam Parisiensem pro declaratione nullitatis sui cum Paulo Berthon matrimonii ex capite vis et metus; quae Curia die 22 Novembris eiusdem anni 1910, sententiam edidit pro nullitate matrimonii. Ab hac ergo sententia cum de iure appellasset Reverendus Vinculi Defensor Parisiensis ad S. Sedem, in H. S. O. dubium de more concordatum est: *An constet de matrimonii nullitate in casu?*

Ad quod dubium RR. PP. DD. Auditores respondendum censuerunt: *Affirmative.*

Quod ad ius spectat. Extat in corpore Iuris celebre caput *Cum locum, 14, De sponsalibus,* in quo haec dicuntur: « Cum locum non habeat « consensus, ubi metus vel coactio intercedit, necesse est ut, ubi assensus « cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem « solo consensu contrahitur ; et ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate ille gaudere, cuius est animus indagandus, ne per timorem « dicat sibi placere quod odit, et sequatur exitus, qui de invitis solet « nuptiis provenire ». Similia leguntur in capite *Veniens,* 15, eod. titulo: « Mandamus quatenus, si inveneris quod primam, post fidem praestitam « cognoverit, ipsum cum ea facias remanere ; alioquin secundae (nisi « metu coactus qui possit in virum constantem cadere eam desponsa- « verit) adhaerere facias ut uxori ». Quibus ex capitibus, omissis ceteris, orta est theoria canonica, omnium doctorum consensu recepta, quod, saltem de iure ecclesiastico, metus dirimit matrimonium si sit gravis, etiam tantum relative, iniustus, et in ordine ad extorquendum consensum matrimonialem incussus; quod iure merito extensum est ad metum reverentialem, id est, ad metum quo reformidamus indignationem eius, in cuius potestate constituti sumus, modo tamen accedat aliquid aliud v. g. preces importunae, et instantissimae, iurgia, vexationes etc., ita ut metus sit revera gravis. Sic ait D'Annibale: «Timor reverentialis dici- « tur, cum aliquis patris, domini etc. indignationem, quae profecto ma- « lum est, metuit, licet absint verbera aut minae. Quae si gravis et diu- « turna sit, malum grave et ideo metus gravis non im merito existí m abi- « tur ». *(Summula, tom. 1, n. 138, nota 16, edit. 3).* Quae verba postquam retulit Emus Gasparri, sic concludit : « Ita quidem, sed in foro externo « non praesumitur eiusmodi indignatio esse malum grave neque pro « puella, nisi circumstantiae aliud suadeant, aut accesserit aliquid aliud, « e. g. iurgia, minae importunae et instantissimae, *(De Matrimonio, n. 942, t. 2, pag. 54, edit. 3).* Revera, in his adiunctis S. Congregatio Concilii pluries matrimonium nullum declaravit, notantur in *Parisien., Matrimonii* 16 Maii et 5 Septembris 1903; et in altera *Parisien., Matrimonii*

21 Novembris 1903. Pariter iii eisdem adiunctis, haec S. Rota matrimonium nullum esse declaravit in *Parisien., Nullitatis Matrimonii,* die 26 Februarii 1910.

Quod ad factum spectat. - Ut, in aliquo determinato casu, recte iudicari possit, metum reverentialem ad hunc gravitatis gradum pertingere, ut, iuxta supradicta, matrimonium dirimat, sedulo inspicienda sunt praecipua rerum personarumque adiuncta, quae ad matrimonium referantur, notanter indoles personae quae metum incussit, et illius, quae metum passa est, motiva, quae personam impeilebant ad metum incutiendum, modus quo patiens vi morali restitit, personae ad quas recurrit, constantia qua in resistendo perseveravit. Quae si casui praesenti applicentur, facile patebit metum reverentialem gravem fuisse, matrimoniumque nullum declarandum esse.

Dnus Robine, pater Renatae, matrimonium filiae suae cum Paulo Berthon omnino et absolute volebat. Habitabat ille civitatem Cherbourg, ubi omnes fortunas suas habebat, et munere professoris fungebatur in Lycaeo; porro viduus erat, et mulierem quamdam, Parisiis habitantem, amabat. Quo ergo liberius cum illa muliere vivere posset, propriam filiam Renatam honeste a se removere voluit, tradendo eam in matrimonium Paulo Berthon, quem ab aliquot annis cognoscebat. Imo, cum hic etiam Parisiis habitaret, Dnus Robine, dimisso munere professoris, venditisque aut localis bonis omnibus, quae possidebat in civitate Cherbourg, hanc civitatem dereliquit, Parisiosque cum filia sua Renata perrexit, ut et ipse commodius cum praedicta muliere conversari, et facilius filiae nuptias cum Paulo parare posset ; quae nuptiae si conciliaremur, conventum erat ut D. Robine in familia Berthon propriam vitae sustentationem reciperet. Unde pater Renatae praedictum filiae matrimonium cum Paulo spectare, optare et velle coepit uti rem sibi et filiae necessariam ; si enim hoc matrimonium non fieret, D. Robine, qui professoris munus dimiserat, in gravissimas difficultates et forte in inopiam, simul cum filia, proxime lapsurus erat.

Itaque D. Robine, qui mense Maio an. 1898 domicilium, ut supra dictum est, Parisiis fixerai, filiam non consentientem^ imo fere nesciam Paulo despondit.

Erat autem Renata puella septemdecim annos nata, mitis, timida, quae hucusque patri semper in omnibus consenserat. Simul autem ac ipsi a patre propositae fuerunt praefatae nuptiae, has abhorruit et respuit, tum quia ipsi indoles Pauli maxime displicebat, tum quia ab aliquot annis alio amore preoccupata erat ; itaque Renatae pater nihil intentatum reliquit, ut filiae reluctantem voluntatem frangeret.

Proposuit enim puellae infelicem rerum domesticarum statum, necessitatem providendi utrique, patri scilicet et filiae, vitae sustentationem, bona omnis generis ex matrimonio cum Paulo oritura, etc. Quae ratiocinia cum in irritum abirent, alia media excogitavit: hinc frequentes obiurgationes, graves reprehensiones, continua iurgia et etiam arcta custodia, aut saltem vigilantia ut Renata vix e domo egredi permitteretur, nisi ad adeundam officinam sponsi Pauli, qui pictoris artem colebat. Quae omnia passim referunt testes.

Nec tamen flectebatur puella; unde, quoties in conspectum Pauli veniebat, austera semper et frígida remanebat; nec unquam annulum sponsalicium, a Paulo oblatum, gestare voluit; imo non dubitavit, et quidem pluries, ipsi sponso asserere se nolle illi nubere, patrem quidem exoptare et velle hoc matrimonium, se autem illud prorsus respuere. Quod ita constanter et vehementer asseruit puella, ut ipse Paulus a sponsalibus recedere sibi proposuerit; quod tamen propositum, communicatis cum patre Renatae consiliis, exsecutioni non mandavit.

Semper enim Dnus Robine pro matrimonio instabat ; et ideo, quo magis eius filia se matrimonio repugnantem ostendebat, eo magis pater illam premebat et urgebat, ad frangendam eius pertinaciam. Unde supradictis mediis adiecit minas et verbera. Gomminabatur scilicet se filiam suam solam Parisiis derelicturum, vel quod ad idem redit, se illam exheredaturum. Ita testis Dna Montreuil : « C'est pour cela qu'il (Dnus « Robine) a voulu marier sa fille. Il lui a imposé ce mariage par ses « raisonnements, par ses prières importunes, par ses menaces de la « deshériter». Ita etiam vir, Dnus Paulus Berthon: «J'estime que Ma-« demoiselle Robine a subi de la part de son père une contrainte à « laquelle il lui était impossible de résister. Il a, à ma connaisance, « menacé de l'abandonner, et il lui aurait donné même un soufflet « pour la faire céder ». Quas minas modo praecisiori sic exprimit ipsa Renata: «En m'obligeant à épouser M. Berthon, mon père m'a con-« trainte à faire ce que je ne voulais pas : il m'a mariée, je ne me suis « pas mariée. Mon père me menaçait de m'abandonner à Paris, seule « et sans ressources. J'avais alors dix-sept ans, et l'on comprend que « cette menace pouvait m'effrayer ». Has minas ipse pater fatetur : «Je «l'ai menacée de ne me plus m'occuper d'elle pour la marier, de l'aban-« donner à elle-même pour gagner sa vie. On comprend que ma fille, « qui n'avait alors que 18 ans, qui arrivait de province, pût se laisser « intimider et sérieusement effrayer par la pensée d'être livrée seule à « elle-même dans Paris, et acculée, sans savoir comment, à se procurer « des moyens d'existence. H me reste vaguement à l'esprit les termes

« de mes menaces, mais ce qui me reste bien clairement, c'est l'existence «de ces menaces, et de la violence que j'ai faite pour imposer à ma « fille et les fiançailles et le mariage ». Quod spectat ad verbera, nullus quidem testis oculatus haec refert ; de hoc tamen dubitari nequit, quia, praeter ipsam uxorem actricem, haec verbera referunt plures testes, quibus infelix puella vim ab ipsa passam tempore non suspecto concredidit, v. g. Dna Berthon mater Pauli, quae ait : « Il me souvient que « M. Robine, cependant très bon pour sa fille, s'est laissé aller à la « souffleter, afin de la déterminer au mariage. Je crois qu'il se livra à «ces actes violents, et en dehors de son caractère, pour obéir aux « ordres de sa maîtresse, que la présence de la jeune fille gênait ». Ita etiam testis Dña Menton de Chailly, puellae amicissima, quae dicit: « Quelques jours avant mon départ de Paris, elle (Renata) vint me rac« conter qu'une scène pénible où son père s'était oublié jusqu'à la « frapper, avait eu lieu. Elle était exaspérée, déclarant qu'elle voulait « partir, même se tuer. Je m'efforçai de la calmer et de la ramener à « la raison ». Imo se vim etiam physicam adhibuisse contra filiam non negat pater : « Sans nul doute, je n'ai pas été jusqu'aux moyens phy« siques violents, d'une manière continuelle; cependant il est bien certain « que dans des moments d'exaspération, j'ai accompagné mes prières « importunes et incessantes de quelques gifles et de quelques bour« rades ».

Constat igitur Renatam a patre modis omnibus, precibus, obiurgationibus, iurgiis, minis, verberibus, adactam fuisse ad matrimonium cum Paulo ; contra quam vim paternam et iniurias recurrit puella ad omnes, ad quos potuit, non quidem ad cognatos, quia nullum habebat Parisiis, sed ad amicas et etiam ad Pauli amicos, quos saepe in officina eiusdem Pauli reperiebat. Sic contra patrem, opem imploravit Dñae Menton de Chailly, de qua supra dictum est, Mariae Berthon, sororis Pauli, Dñi Aconin, qui amicus erat Pauli, Dñi et Dñae Montreuil, quorum consiliis, quantum poterat, utebatur etc. Et hi omnes, a puella rogati, apud patrem Renatae intervenerunt ut rem totam ipsi exponeret, et filiam tandem ab eius iniustis vexationibus liberarent. Sed nihil potuerunt contra pertinacem patris voluntatem, qui, ut dictum est, relicta civitate Cherbourg, et dimisso professoris munere, nullam sibi fortunae spem reliquam superesse putabat nisi in matrimonio filiae cum Paulo Berthon ; quod ipse Paulus hoc modo exponit : « M. Robine n'a « pas un caractère violent, mais il est tenace ; je dois bien reconnaître « aussi que sa situation était sans autre issue que celle du mariage « de sa fille avec moi ». Ipso die qui matrimonio praecessit, puella

invisit futuram socrum, Dñam Berthon, eamque rogavit, ne huiusmodi matrimonium fieri sineret, quod sic narrat Dna Berthon : « La veille du « mariage, Mlle Robine est venue me trouver pour me prier d'intervenir « en sa faveur, et de rompre le mariage arrêté par son père. Je lui fis « remarquer que c'était bien tard, que des personnes de province étaient « arrivées etc. ».

Quid igitur puella tantis pressa angustiis ? Cum amplius sperare nequiret se patrem flectere posse, et cum, adventante die matrimonii, magis ac magis has nuptias abhorreret, consilium iniit, mirandum quidem, si spectentur indoles et aetas puellae, sed quod in luce meridiana ponit eius contra praedictum matrimonium repugnantiam, consilium, inquam, iniit, aufugiendi e domo paterna, et proficiscendi in Germaniam, (linguam enim germanicam colebat), ut ibi arte quadam aut labore victitare posset. Unde, pridie matrimonii, cunl iam omnia parata essent ad nuptias, horis vespertinis, clam reliquit domum sponsi, ubi tunc erat, et adiit domum familiae Montreuil, et a Dno et a Dna Montreuil mutuam pecuniam efflagitavit ut propositum iter conficere posset. Cum autem huc casu supervenissent mater et soror Pauli Berthon, quaerentes Renatam, vix illam inducere potuerunt ut ad domum paternam rediret, repugnantem et clamantem se nunquam Paulo nupturam. Quod singulare factum narrant quinque testes oculati, scilicet Dnus et Dna Montreuil, mater et soror Pauli, et quaedam sarcinatrix, nomine Magdalena Faulard, quae in domo Montreuil coenam sumere solebat. Nec huiusmodi consilium dicendum est foetus repentinus phantasiae iuvenilis, sed potius propositum firmae voluntatis et maturae deliberationis ; iam enim Renata a pluribus aliis pecuniam pariter petierat, ut Germanicum iter arriperet, v. g. a Maria Berthon, sorore Pauli, et a Dna Menton de Chailly, ut ipsae narrant.

Nec mirum igitur si dies ipse matrimonii, luctus potius quam laetitiae dies fuerit. Haec dicit Dna Montreuil : « J'ai passé toute la journée « du mariage avec les époux et les autres invités : l'attitude de la mariée « n'a pas varié. Elle est restée triste, a pleuré, a refusé de se laisser « égayer par les invités, qui tous se sont mis en devoir de la faire chan- « ger d'attitude. Après le dîner on a dansé, elle s'est refusé à danser avec « son mari, et n'a pas voulu prendre part à la danse. Le soir, la mariée « a suivi son mari sans faire de scandale; son attitude était toujours la « même, en sorte que le cri général a été : voilà un mariage qui n'est « vraiment pas gai, et une vie de ménage, qui commence sous de tristes « auspices ». Addit Dnus Montreuil : « L'impression générale de tout le « monde a été la tristesse. C'était extraordinaire de voir un mariage

« aussi triste où la jeune femme n'a cessé de pleurer ». Et ita etiam alii testes ; notorium enim erat in familia praefatum matrimonium non libere, sed coacte a puella fuisse contractum.

Hoc pariter, vix inito matrimonio, luctuose simul et manifeste rei monstravit eventus. Prima enim nocte nuptiarum et per unam aut alteram hebdomadam, Renata debitum coniugale recusa vit, nec illud postea praestitit, nisi viribus omnibus exhaustis, uti ait Paulus in sua depositione. Mox, ob varias causas, orta sunt inter coniuges dissidia et iurgia ; unde, vix elapsis tribus aut quatuor annis, (prout dicit Maria Berthon, soror Pauli) separatio thori de facto instituta est, et Paulus in domo parentum suorum noctes ducere consuevit. Tandem mense Februario anni 1910, cum uxor virum sequi recusasset in urbem Garnutum, hic divortium civile petiit, et impetravit, tradita tamen uxori custodia prolis.

His autem omnibus inspectis, nullum dubium remanere potest de metu et quidem gravi et iniusto, quem Renatae pater modis omnibus, scilicet precibus, reprehensionibus, iurgiis, minis et verberibus filiae incussit, ad extorquendum eius-consensum in matrimonium cum Paulo contrahendum ; quae quidem omnia referunt iurati testes, numero novem, plerumque oculati, et aliunde probi et fide digni.

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis,

Christi nomine invocato,

Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, confirmata sententia Curiae Archiepiscopalis Parisiensis, decernimus, declaramus et definitive sententiamus : « *Constare « de nullitate matrimonii inter Renatam Robine et Paulum Berthon* » et sic proposito dubio respondemus ; statuentes praeterea eamdem Renatam Robine ad omnes iudicii expensas teneri.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et Ministris Tribunalium ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Canonum, et praesertim *Cap. 3, Sess. 25. Le Reform.* Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 13 Martii 1911.

Seraphinus Many, *Ponens.*
Franciscus Heiner.
Ioannes Prior.

L. S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SEGRETARIA STATUS

EPISTOLA.

AD R. D. VILLTEN, PROFESSOREM IN INSTITUTO CATHOLICO PARISIIS, OB EXEMPLAR OPERIS QUOD INSCRIBITUR " LA NOUVELLE ANNÉE LITURGIQUE „ BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITUM.

Monsieur l'Abbé,

Le Saint-Père a reçu avec une particulière satisfaction l'exemplaire de « La nouvelle année Liturgique » que Mr. Marne, de Tours, a eu la filiale pensée de Lui offrir en hommage.

L'accueil si bienveillant et si favorable que l'Episcopat Français a fait à cette œuvre, est un précieux témoignage de ses mérites et du soin que ses auteurs ont apporté à sa composition.

Divisé, d'après le Bréviaire Romain, en quatre volumes, renfermant les offices de tous les Dimanches et de toutes les Fêtes de l'année, avec le texte latin et sa traduction française, cet ouvrage de piété que vous avez su enrichir de notes et de commentaires fort utiles et opportuns, a l'avantage d'offrir aux fidèles un «paroissien» riche et très complet.

En les aidant à mieux comprendre et à suivre avec plus de facilité et d'-attrait les offices de la Liturgie catholique, il servira à développer en eux le goût et l'amour des choses saintes, et à les faire remplir avec plus de fruit leurs devoirs les plus sacrés.

Sa Sainteté vous félicite d'avoir contribué par votre zèle et votre science à rendre cette œuvre plus profitable aux âmes, et Elle vous accorde de tout cœur la Bénédiction Apostolique.

Je saisis volontiers cette occasion pour vous exprimer, Monsieur l'Abbé, mes meilleurs sentiments en Notre Seigneur.

Rome, 12 Mars 1911.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

L. © S.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE PREPARATORIA.

11 giorno 7 del corrente mese di Aprile, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si tenne la Congregazione Preparatoria dei Sacri Riti, per discutere sulle virtù in grado eroico del Ven. Servo di Dio Gaetano Errico, Sacerdote Fondatore della Congregazione dei Sacri Cuori di Gesù e Maria.

CONGREGAZIONE NUOVA PREPARATORIA.

Il giorno 9 del prossimo mese di Maggio, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si terrà la Congregazione Nuova Preparatoria dei Sacri Riti sopra le virtù in grado eroico del Venerabile Antonio Maria Giannelli, Vescovo di Bobbio, fondatore delle Figlie della Beata Vergine dell'Orto.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato, e con Breve si è degnato di nominare:

Prelati domestici di 8. 8.:

8 Febbraio 1911. — II Rev. Luigi Paulini, canonico Penitenziere della Metropolitana di Udine.

20 Marzo 1911. — Il Rev. Angelo Brugnoli, preposto di Asolo e canonico onorario della cattedrale di Treviso;

— Il Rev. Bartolomeo Casturo, canonico della cattedrale di Treviso.

22 Marzo. — Il Rev. Giuseppe Pi erotti, arcidiacono della cattedrale di Viterbo.

6 Aprile 1911. — Il Rev. Enrico Kellner, professore emerito di Teologia nell'Università di Bonn.

Sua Santità con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnata di nominare :

11 Aprile 1911. — Mons. Domenico Taccone-Gallucci, Arcivescovo titolare di Costanza di Scizia, Consultore della S. Congregazione degli Studi.

ONORIFICENZE.

Sua Santità, con biglietto della Segreteria di Stato, e con Breve si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell' Ordine Piano :

4 Aprile 1911. — Al Sig. Colonnello Francesco Vaughan, Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

21 Marzo 1911. — Al Sig. Dr. Francesco Gonzales Guiñan, Segretario Generale del Presidente del Venezuela.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro :

8 Aprile 1911. — Al Sig. Samuele Walker O'Neill, Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S., della diocesi di Salford.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 Marzo 1911. — Al Sig. Giovanni Pietro Muth, Consigliere di Giustizia a Saarbruecken.

3 Aprile 1911. — Al Sig. Dr. Andrea Cozi, di Roma.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro :

7 Aprile 1911. — Al Signor Augusto Giacomini, Vice-presidente del Circolo Leonino di Roma.

8 Aprile. — Al Sig. Ruggero Ruggeri, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

La Santità di Nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari :

21 Marzo 1911. — Mons. Stefano Breyer, dell'archidiocesi di Strigonia.

23 Marzo. — Mons. Pietro Grassi, della diocesi di Bergamo.

28 Marzo. — Mons. Luigi Pennoni, della diocesi di Nocera-Umbra.

Camerieri d'onore in abito paonazzo :

20 Marzo 1911. — Mons. Andrea Ussorowski, della diocesi di Gnesna; — Mons. Domenico Saldinari, dell'archidiocesi di Modena.

28 Marzo. — Mons. Antonio Huber, della diocesi di S. Ippolito.

Camerieri d'onore di spada e cappa soprannumerari :

20 Marzo 1911. — Il Sig. Comm. Giuseppe Andiloro, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.

28 Marzo. — U Sig. Filippo Maria Angiuli, dell'archidiocesi di Bari.

NECROLOGIO

17 Aprile 1911. — L'Emo Signor Cardinale Beniamino Cavicchioni, del titolo di S. Maria in Aracœli, Prefetto della S. Congregazione degli Studi.

Marzo 1911. — Mons. Salvatore Masot, dei Predicatori, Vescovo titolare di Avara, Vicario Apostolico di Fo-kien.

— Mons. Emerico Bende, Vescovo di Nitria (Ungheria).

— Mons. Cesare Sambucetti, Arcivescovo titolare di Corinto.

Aprile 1911. — Mons. Carlo Antonio Niedzialkowski, Vescovo di Zytomierz Luceoria o Luck, con amministrazione di Kameniek.

— Mons. Pasquale Rubian, Arcivescovo titolare di Amasea, Vescovo ordinante in Roma per gli Armeni, assistente al Soglio pontificio.

— Mons. Adolfo Perea, Vescovo di Pasto (Colombia).

— Mons. Pietro Angelini, Segretario dei Brevi ai Principi.

Annus III. - Vol. III. Die 15 Maii 1911. Num. 6.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

ECCLESIA S. DOMINICI CONFESSORIS, CORDUBAE IN REPUBLICA ARGENTINA, ERIGITUR IN BASILICAM MINOREM.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Praestantiora Catholici Orbis Sanctuaria, quae antiqua Christiani populi religione celebria, tum molis amplitudine tum liberalium artium ornamento, tum historicis memoriis christianum nomen in terris illustrant, de more Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum perhonorificis titulis cohonestare solemus. Iamvero minime Nos latet Cordubae intra Reipublicae Argentinae fines sacram aedem sub titulo S. Dominici Confessoris atque Ordinis Praedicatorum Patris legiferi extáre ineunte saeculo XVI una cum continente eiusdem Ordinis coenobio extructam, rursus aedificatam atque ingenti molitione auctam vertente saeculo XIX, denique anno reparatae salutis MDCCCXCII omnigenae artis operibus ditissime decoratam. Comperimus similiter eodem illo anno Leonis PP. XIII re. me. Decessoris Nostri nomine et auctoritate aureo diademate redimitam fuisse vetustissimam ac thaumaturgam Virginis Deiparae Imaginem, quae, uti fertur, ad Peruvianas oras et portum Callao olim appulsa et propterea a Miraculo nuncupata, dein Cordubam translata eodem in templo collocata fuit, magnoque ibidem religionis studio colitur, et frequenti fidelium concursu, e cunctis vel dissitis Argentinae Reipublicae regionibus peregre illuc confluentium, summopere celebratur. Constat etiam Nobis eodem in templo super enunciati Ordinis Fratres haud exiguo numero

sacris muniis diligentissime fungi; plurima in eo Sanctorum lypsana pretiosis inclusa thecis honorifice asservari; illius sacrarium copiosa et praedivite supellectile confert u m esse: tandem ibidem plura haberi canonice instituta pia sodalitia,-eamque sacram aedem quamplurimis privilegiis atque indulgentiis per Apostolicas Piscatoris annulo obsignatas litteras ad nostra usque tempora abunde fuisse ditatam. Haec animo reputantes, cum dilectus filius Raphaël Aragon, Prior Tucumanensis et Vicarius Praepositus Regularis Bonaerensi Provinciae Ordinis Praedicatorum, una cum Priore memorati Cordubensis Coenobii, Nos supplicibus votis flagitaverit, ut idem templum a Sancto Dominico, quod uti Beatissimae Virginis Mariae a Miraculo Sanctuarium iure meritoque celebratur, inter Minores Basilicas accensere dignaremur, Nos amplissimo etiam Cordubensis Antistitis suffragio permoti precibus huiusmodi obsecundandum libentissime existimamus. Quae cum ita sint, Apostolica Nostra Auctoritate praesentium vi perpetuumque in modum, templum Cordubense Deo in honorem S. Dominici Confessoris dicatum titulo ac dignitate Minoris Basilicae cohonestamus, omnibus et singulis honorificentiis et privilegiis eidem attributis, quae Minoribus Almae Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes, praesentes Nostras litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, plenissime suffragari, irritum que esse et inane si secus quidquam super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die **III** Aprilis MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

n.

SODALITAS S. BARBARAE V. ET M. IN ECCLESIA PAROCHIALI LOCI VULGO « PLA1MPIED », CONSTITUTA INTRA FINES DIOECESIS BITURICENSIS, ERIGITUR IN ARCHICONFRATERNITATEM CUM FACULTATE AGGREGANDI IN TOTA GALLIA.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Venerabilis Frater Archiepiscopus Bituricensis Nobis exponit die iv mensis Februarii anno MCMV in Ecclesia parochiali loci vulgo « Plaimpied » suae dioecesis piam sodalita-

tem canonice erectam esse sub titulo S. Barbarae Virginis et Martyris, eo quidem consilio ut sodales, statis religionis exercitationibus fungentes, a Deo, mortis et vitae Domino, gratiam mortis vel repentinae vel non susceptis Ecclesiae sacramentis vitandae obtinere mereantur, beata illa Virgine et Martyre intercedente, cuius preces in hac re plurimum valere ipsa mater Ecclesia in sua liturgia agnoscit, quum Summi Pontifices, decessores Nostri, Clemens X, Clemens XI, Clemens XII et Innocentius XII, datis ad hoc Litteris Apostolicis, devotionem huiusmodi pluries fidelibus commendarmi Brevi autem eandem societatem tantum incrementum cepisse testatur ut iam nusquam gentium lateat atque multa millia hominum utriusque sexus et cuiusque ordinis in sinu suo habeat congregata. Quibus enarratis, quum Archiepiscopus Bituricensis enixe a Nobis flagitaverit ut Societatem ipsam Archisodalitatis titulo et privilegiis de Nostra benignitate augere dignemur, Nos decessorum Nostrorum, quos supra laudavimus, et tot christianorum hominum pietate permoti, quo magis magisque in dies singulare hoc et omni laude dignissimum studium prospiciendi morituris foveatur et crescat, eiusdem Venerabilis Fratris optata explere libentissime statuimus. Quare Apostolica Nostra Auctoritate, hisce Litteris, Sodalitatem sub titulo S. Barbarae, Virginis et Martyris, in Ecclesia Parochiali loci vulgo « Plaimpied » dioecesis Bituricensis rite institutam, in Archiconfraternitatem perpetuum in modum erigimus, evehimus atque consuetis honoribus privilegiisque ditamus. Archisodalitatis insuper huius sic per Nos erectae Moderatoribus et officialibus praesentibus et futuris, similiter Auctoritate Nostra per praesentes perpetuo concedimus, ut, si, ipsa frondescente, aliae Societates eiusdem nominis et instituti canonice conditae apparuerint futuris temporibus, eas, quae intra tamen fines solius Galliae extent, servatis forma Constitutionis Clementis PP. VIII fe. re. aliisque Apostolicis ordinationis desuper editis, sibi aggregare, et cum illis omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes eidem Archisodalitati a Sancta Sede concessas, quae sint communicabiles, communicare licite possint ac valeant. Denique decernimus praesentes Nostras Litteras firmas, validas atque efficaces semper existere ei fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, etiam speciali et individua

mentione et derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xi Aprilis MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. £g S.

EPISTOLA

AD R. D. CAROLUM GRANNAN, QUI MIRABILI STUDIO AD IUVANDUM AUGENDUMQUE URBANUM AMERICAE LATINAE COLLEGIUM OPERAM NAVAT, UT AMERICAE ECCLESIIS BONI SACERDOTES INSTITUANTUR.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Scribendi inde Nobis orta occasio unde tibi exquisitissimae caritatis propositum, ex studio scilicet quo Americam Latinam complectimur, eiusque Ecclesiam vitam quam Christus Dominus humano attulit generi et habere cupimus et abundantius in dies habere. At vero quoties Ecclesiae eiusdem conditiones reputamus, toties triste illud subit Evangelii « *messis quidem multa^ operarii autem pauci* ». Obversatur quippe animo vastus terrarum tractus ad excipiendum christianae sapientiae semen nondum satis subactus, ibique ingens multitudo hominum Apostolicos viros expostulantium cum numero ' frequentiores tum catholicae rei provehendae aptiores. Ad has sollicitudinis causas alia modo accedit, eaque inde petita unde deberet uberrimae iucunditatis fructus provenire: dicimus ex Urbano Americae Latinae Collegio, cuius res familiaris in iis versatur angustiis ut necessitas urgeat minuendi alumnorum frequentiam, quam porro (experto loquimur) huius regionis dioecesium rationes augendam exposcerent. Hinc probe intelliges, Dilecte Fili, quam gratum habuerimus nuncium initi a te consilii domesticis Collegii eiusdem difficultatibus effusam advocandi largitatem catholicorum ex Foederatis Americae civitatibus. Plenum quidem caritatis consilium, quod miserentis Dei beneficio inditum referimus, quum neque ulla affulgeat auxilii spes ex Americae Latinae catholicis, quorum subsidia distrahuntur in domestica instituta et recens conditis vix sufficiunt dioecesibus: neque Nos, licet cupientes et exoptantes, vocem cordis sinat excipere praesens Apostolicae Sedis tenuitas. Navitas egregia tua et prona ad gratificandum Americae Septentrionalis catholicorum indoles satis laetam in Nobis concitant expectationem. Profecto

si Americae Latinae Ecclesia maiorem modo exigit vim sacerdotum cum virtute tum doctrina praestantium, eam sperare licet praesertim ex alma hac Urbe, catholicae Ecclesiae centro ac magistra veritatis, et ex sacris hisce palestris et castris in quibus adolescens Clerus, prope sepulcra Apostolorum et Nostris pene sub oculis, comparatur nova quaedam veluti militia, ad bonum fidei certamen et ad parem virtutum omnium laudem. Quare « *rogantes enixe dominum messis, ut mittat operarios in messem suam* » tibi quidem, Dilecte Fili, gratulamur ob susceptam causam ex qua maxime pendent apud finitimos populos christianae rei vigor et incrementa: iis vero quos nactus fueris consiliorum tuorum adiutores, auctores sumus optime locatae beneficentiae, quum eadem cedat in iuvandum augendumque Collegium quod experientia comprobavit, comprobat absolutissime ecclesiasticae disciplinae domicilium. - Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae Apostolica sit Benedictio quam tibi, Dilecte Fili, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die v Aprilis MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I.

DUBIA.

DE STUDIORUM CURSU PERFICIENDO ET IURAMENTO PRAESTANDO ANTE SACRAM ORDINATIONEM.

Propositis dubiis quae sequuntur, scilicet: 1.° utrum ad effectum sacrae ordinationis studiorum anni expleti dici possint ad festum Pentecostes seu SSmae Trinitatis; 2.° utrum iuramentum praestandum ante susceptionem ss. ordinum, a Motu proprio « Sacrorum Antistitum » 1 septembris 1910 praescriptum, emittendum sit ante singulos ss. ordines, vel solummodo ante s. subdiaconatum: haec S. Congregatio, die 24 martii 1911, respondit:

Ad 1um *Negative;* sed requiri ut expleatur cursus scholasticus novem mensium cum examine finali feliciter emenso.

Ad 2[um] Sufficere ut praestetur ante ineundum sacrum subdiaconatus ordinem , salvo Ordinarii iure illud denuo exigendi ante collationem singulorum ss. ordinum si ex qualibet causa necessarium vel utile ducat.

G. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

IL

DECLARATIO CIRCA DECRETUM DE SECRETO SERVANDO IN DESIGNANDIS AD SEDES EPISCOPALES.

Dubitantibus nonnullis utrum decretum Sacrae Congregationis Consistorialis diei 2 Iulii 1910 *de secreto servando in designandis ad sedes episcopales*, ubi eadem vel similis forma designationis obtinet ac in foederatis Statibus Americae septentrionalis, extendatur dumtaxat ad dioeceses et provincias, quarum Antistites id postulaverint -, an ad omnes ubi dicta forma in usu est; haec Sacra Congregatio declaravit ad omnes extendi.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis Consistorialis, die 28 mensis Aprilis 1911.

C. Perosi, *Substitutus.*

III.

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis SSmus D. N. Pius Papa X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet,

5 aprilis 1911. — Cathedrali ecclesiae Squillacensi praefecit sacerdotem Eugenium Tosi, vicarium generalem Ariminensem.

10 aprilis 1911. — Cathedrali ecclesiae Clavarensi sac. Ioannem Gamberoni, parochum loci vulgo *Garate Brianza* in archidioecesi Me diolanensi.

— Cathedrali ecclesiae Aversanae Revmum Septimium Caracciolo di Torchiarolo, hactenus Episcopum Aliphanum.

11 aprilis 1911. — Titulari ecclesiae episcopali Mopsuestianae sacerdotem Emmanuelem da Silva Gomes, quem constituit Auxiliarem Revmi Ioachimi Iosephi Vieira, Episcopi Fortalexiensis.

— Titulari ecclesiae episcopali Lystrensi sac. Aemilium Ferrais, professorem in Seminario Veronensi, quem constituit Auxiliarem Revmi

Cardinalis Iosephi Francica Nava di Bontifé, Archiepiscopi Cataniensis.

— Cathedrali ecclesiae Albinganensi sac. Iosue Cattarossi, directorem spiritualem in Seminario loci vulgo *dividale* in archidioecesi Utinensi.

20 aprilis 1911. — Metropolitanae ecclesiae Colocensi et Bacsiensi Revmum Ioannem Csernoch, hactenus Episcopum Csanadiensem.

— Cathedrali ecclesiae Magno-Varadinensi Latini-Ritus Revmum Nicolaum Széchenyi, hactenus Episcopum Iaurinensem.

21 aprilis 1911. — Cathedrali ecclesiae Plymutensi sac. Ioannem Keily, canonicum cathedralis ecclesiae Plymutensis.

— Cathedrali ecclesiae Troianae Revmum Dominicum Lancellotti, hactenus Episcopum titularem Delcensem.

22 aprilis 1911. — Cathedrali ecclesiae Taurinensi sac. Leopoldum Arpadum Varady, canonicum cathedralis ecclesiae Csanadiensis

— Cathedrali ecclesiae Csanadiensi sac. lulium Glattfelder, presbyterum archidioecesis Strigoniensis.

Mandavit autem idem SSmus D. ut hac de re litterae apostolicae sub plumbo ad tramitem iuris expediantur.

S. CONGREGATIO CONCILII

I.

DBCRETUM QUO CONSTITUTIO APOSTOLICA « ROMANOS PONTIFICES »[1] AD UNIVERSAS CANADENSIS DOMINII PROVINCIAS EXTENDITUR.

Inter alia quae in Concilio Quebecensi Primo, quod anno 1909 in Metropolitana ipsa Quebecensi Ecclesia celebratum est, Patribus eiusdem Concilii constituenda visa sunt, id etiam fuit, quod ipsi Apostolicae Sedi preces admovendas duxerunt, ut Constitutio, cuius initium « Romanos Pontifices » pro Anglia et Scotia VIII Idus Maii anno 1881 primum edita et deinde ad plurimas alias regiones extensa, ad omnes quoque Dominii Canadensis provincias, pro universis earum Ecclesiis extenderetur.

Cum autem in Plenariis Comitiis S. H. C. diebus 14 et 21 mensis Ianuarii nuper elapsi pro revisione eorum quae in eodem Concilio Que-

[1] Vide *Acta Apostolicae Sedis,* vol. II, an. II, pag. 254. Appendix.

becensi primo decreta sunt, habitis, Emi Patres petitam memoratae Constitutionis extensionem perutilem iudicaverint, ideoque votis hac super re ab eiusdem Concilii Patribus expressis suftragandum esse censuerint, res ab infrascripto S. H. C. Secretario ad SSmum Dominum Nostrum Pium PP. X delata est.

Sanctitas autem Sua in audientia diei 14 huius mensis, omnibus perpensis mature, oblatis precibus annuendum benigne censuit eamdemque Constitutionem « Romanos Pontifices » de Apostolicae potestatis plenitudine ad universas Canadensis Dominii provincias extendit.

Datum Romae, ex Sacra Congregatione Concilii, die 14 Martii anno 1911.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

B. Pompili, *Secretarius.*

IL

S. IACOBI DE CHILE ET ALIARUM.

ABSTINENTIAE.

POSTULATUM. — SSmus D. Noster Pius PP. X, per litteras [1] et decretum Emi Card. a Secretis Status diei 1 Ianuarii 1910, pro America Merid. et Insulis Philippinis concessiones Bullae *Cruciatae* penitus abrogavit, earumque loco, inter alia, illarum regionum Ordinariis decennale indultum tribuit singulis annis « facta mentione apostolicae delegationis sim« pliciter et ad litteram prout iacet promulgandum, cuius virtute : 1.° Lex « ieiunii sine abstinentia a carnibus servetur feriis VI adventus et « feriis IV quadragesimae. %° Lex ieiunii et abstinentiae a carnibus « servetur feria IV cinerum, feriis VI quadragesimae et feria V maioris .« hebdomadae. Sed diebus ieiunii semper licebit omnibus, etiam regu« laribus, quamvis specialem dispensationem non petierint, in collatione « serotina uti ovis ac lacticiniis. In refetiuncula autem matutina permit« tuntur lacticinia, salva lege parvitatis, et exclusis ovis. 3.° Abstinentia « a carnibus sine ieiunio servetur in quatuor pervigiliis festorum Nati« vitatis D. N. I. C, Pentecostes, Assumptionis in coelum B. M. V. et « SS. Apostolorum Petri et Pauli ».

[1] Vide ***Acta Apostolicae Sedis,*** vol. II, ann. II, pag. 215.

Porro hac accepta facultate, Archiepiscopus S. Iacobi de Chile, etiam nomine aliorum Episcoporum illius Reipublicae, exposuit adhuc manere « punctum conscientiis anxietatem inducens, quod difficilis est «implementi pro fidelibus, scilicet prohibitio permiscendi carnes et « pisces in diebus dispensati ieiunii, uti sunt vigiliae minores, quatuor « tempora atque dies [nonnulli quadragesimae. Quamvis aliqui existi- « ment, dispensata ieiunii obligatione et carnium abstinentia, non am- « plius teneri fideles ad legem non permiscendi quia in praedictis fun- « damentum habet, nos tamen huiusmodi sententiam tutam non credimus « et ideo enixe rogamus dispensationem concedi pro universa Republica « de Chile circa legem vetantem quominus carnes ac pisces permisceantur « in illis diebus in quibus coniunctim iam dispensatum fuit circa obli- « gationem ieiunii et abstinentiae ».

Causas autem ad obtinendam dispensationem ita enumerat: « l.°Fa- « cillima oblivio obligationis non permiscendi in dictis diebus etiam apud « pias gentes et familias : nam cum nulla adsit ieiunandi obligatio vix « aut ne vix quidem ad prohibitionem permiscendi attenditur, cuius sane « oblivio magis in dies augebitur.

« %° Mos in cauponis et domibus refectionis ubique iam praevalens « permiscendi carnes piscibus in praedictis diebus, sicut fit etiam apud « gentes minus pias.

« 3.° Accidit quoque apud nos quadragesimam profluere durante « tempore vacationum, cum, viribus corporis prae labore et calore fra- « ctis, non videtur aequum adeo gravem imponere mortificationem queis « congruit requies ab ipso aestivo tempore postulata.

« 4.° His accedit quod cum Reipublicae de Chile sit vastissimum « littus et niscium copia, difficile et valde onerosum est horum usu pri- « vari, cum summo pretio veneant ceterae alimentariae substantiae ».

« Hisce de causis, concludit Archiepiscopus, facile patet legem car- « nem piscibus miscere vetantem a plurimis vix observari in diebus « suppressi ieiunii et maxime onerosam esse fidelibus qui legi obtem- « perare student germanam observantiam. Idcirco ad subveniendum «incommodo nec non ad contemptum ecclesiastici praecepti vitandum «S. V. enixe rogamus ut circa illud dispensare dignetur, accedetque «gratia haec veluti fastigium ac complementum insignis muneris in « christifideles Americae per laudata indulta erogati ».

Ea quae petitae concessioni favent clare et plene in ipsis precibus exposita sunt, quae contra obstare possunt enumerata sunt in exquisito Consultoris voto.

DECISIO. Quibus omnibus mature perpensis, EE, PP. in Congregatione plenaria diei 17 decembris 1910 respondendum censuerunt:

Attentis omnibus rerum adiunctis pro gratia iuxta preces cum SSmo.

Facta autem relatione in audientia diei 26 decembris, SSmus resolutionem Emorum Patrum approbare dignatus est.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L. ^ S.

Basilius Pompili, *Secretarius.*

III.

, REGIEN.

IURIUM.

SYNOPSIS DISPUTATIONIS. — Anno 1828, actis Francisci Antonii Mantovani, Notarii, die 31 Martii exaratis, sacerdos Petrus Guidetti, e Regiensi civitate, novum in insigni collegiata Ecclesia Sancto Prospero eadem in Regiensi civitate sacra, canonicatum erexit, cui in dotem assignavit : « due capitali fruttiferi al 6 % attivi di lui e passivi della « casa di Francesco Franceschini di Baiso, e sono un capitale di ita- « liane lire 8564 . . . . altro capitale di italiane lire 1341 ».

Cum vero haec dos ita constituta aetatum decursu imminutionibus obnoxia facile esse posset, ad eam magis magisque tuendam, fundator certam quamdam domum, quam in pago a Sancto Prospero sub titulo *« di Strinati »* nuncupato, ipse possidebat, hypothecae subiecit. « E per « maggiormente assicurare in qualunque tempo (ita sane in supra relatis « actis erectionis) *Y* invariabile dote del canonicato fissata in annui zec- « chini cinquantadue netti e liberi, costituita nei suddetti capitali frut- « tiferi, che in progresso di tempo potrebbero andare soggetti in tutto << od in parte a deperimento, o per le circostanze dei tempi non potersi « rinvestire nella regole del 6% uberi all'anno come lo sono attualmente, «esso Sig. D. Pietro Guidetti . . . per sè e suoi spontaneamente ed in « ogni miglior modo oltre la generale obbligazione della di lui persona, « beni tutti presenti e futuri, ha assoggettato a speciale convenzionale « ipoteca tanta parte quanto basti di un di lui fondo stabile di biolche 15 «e tavole 8 con casa posta in Villa San Prospero de'Strinati ecc. ».

Ita autem sac. Petrus Guidetti canonicatum constituit, ut iurispatronatus activi et passivi esset: « di sè in ogni sua occupazione, e dopo « di lui, di don Pellegrino, Rettore di Cotogno, poi di Cristoforo suoi

« fratelli germani, e discendenti da quest'ultimo, poscia nei discendenti «del fu di lui consanguineo Bartolomeo ecc. ». Quod si in eorum linea qui ad exercendum ius nominandi canonicum vocati essent, masculi deficerent, idem ius fundator vult ut foeminis recognoscatur: «ed in « mancanza dei discendenti maschi il diritto di nomina spetterà alla «femina *seniore* della suddetta linea nell'ordine di sopra stabilito, ed « iu fine venendo ad estinguersi la discendenza maschile e femminile « dei sopra chiamati, apparterrà il diritto di nomina a Mons. Vescovo *«pro tempore* di questa città sulla terna da presentarsi dal Sig. Prevosto « pure *pro tempore* di detta insigne Basilica di San Prospero ».

Quamvis sac. Petrus Guidetti speraverit canonicatum a se erectum perpetuum futurum, donec nempe mundus extaret: *«perpetuo finché « durerà il mondo* », ut eius referantur verba, timens tamen ne post eius obitum idem accideret, quod sub Napoleone I factum iam fuerat, ut nempe bona ad ecclesiam pertinentia usurparentur et fisco attribuerentur, inter alia haec disposuit: « per qualsivoglia circostanza, che Dio noi « voglia, avesse a sopprimersi detto canonicato, in allora la dote, pel « medesimo stabilita, dovrà tutta per intero devolversi ai discendenti « maschi degli eredi di esso Sig. Don Guidetti, ed in difetto dei maschi « alle femmine, ed in mancanza pure di queste, ai discendenti maschi « di Giacomo Rossini, indi alle femmine, ed in mancanza anche di queste « ultime, a mantenere un maestro di scuola in Cotogno sotto commi- « natoria che in caso si tentasse di fare sorgere detta scuola in luogo « diverso, oppure eretta, si facesse portare altrove, dichiara e vuole detto « Sig. Don Pietro Guidetti, che l'entrata di detto canonicato debba per « intero distribuirsi ai poveri della parrocchiale di Cotogno da quel par- « roco *pro tempore,* che dovrà amministrare i redditi di detto Canoni- « cato ecc. ». Nullum peculiare aliud onus praeter ea quae ceteris canonicis communia sunt, sac. Petrus Guidetti in actu fundationis imposuit beneficiato, nisi ut quotannis in perpetuum duas celebraret missas : « secondo « la sua intenzione, una Ii 24 Nov. e l'altra il giorno anniversario delia « morte del fondatore ».

Hae itaque praecipuae fuerunt conditiones, quibus sac. Petrus Guidetti suum erexit canonicatum, easque tum ecclesiastica tum civilis plene confirmavit potestas. Secundum vero hasce conditiones anno 1855 canonicatum hunc obtinuit, eiusque titulo ad ordines promotus fuit clericus Aloisius Guidetti, fundatoris nepos, qui etiam in praesens eodem potitur, imo tot post annos Prior modo effectus est Capituli Collegiatae Ecclesiae Sancti Prosperi.

At duodecim vix transactis annis, postquam idem clericus canoni-

caium a suo avúnculo fundatum obtinuerat, cum interea temporis rerum publicarum conditio in Italia mutata penitus fuerit, leges illae latae fuerunt, quae patrimonii ecclesiastici eversivae merito fuerunt appellatae, earumque vi iis qui iure patronatus laici super beneficiis fruebantur, ad dotem ipsorum beneficiorum sibi vindicandam potestas facta fuit, tertia fere parte dotis eiusdem fisco soluta. Hisce igitur fretus legum civilium dispositionibus, actualis Prioris pater, cui nomen Angelus Guidetti, ne canonicatus a suo fratre erecti dotem amitteret, eam sibi vindicavit. Haud tamen, canonicus Aloisius Guidetti munera sibi propria obire destitit, nec tunc eum vel canonicatu excidisse, vel ab eo esse destituendum, quis cogitavit.

Anno 1887 cum Angelus Guidetti, Prioris pater, supremum obierit diem, eius filii paternam adierunt haereditatem, atque bona, quibus ipsa constituebatur, actis notarii Vigano partiti inter se sunt, ita tamen ut domus a Sancto Prospero sub titulo *de'Strinati* nuncupata, qua, uti adnotatum iam fuit, Canonicatus Guidetti dos cauta a fundatore fuerat, canonico Aloisio Guidetti attributa remanserit.

Huius divisionis acta, ad quaestionem de qua agitur, quaeque Capitulum Collegiatae Ecclesiae Sancti Prosperi inter et canonicum Aloisium Guidetti, eiusdem Capituli Priorem, vertit, dirimendam, ea certo cognoscere quammaxime interest, quae occasione divisionis totius familiaris patrimonii fratres Guidetti inter se convenerunt. Duo siquidem Capitulum Ecclesiae Sancti Prosperi contra canonicum Guidetti suadere studet: canonicatus scilicet quem obtinet dotem integram, absque ulla nempe detractione ob taxam fisco anno 1867 solutam, a fratribus ipsum recepisse; et insuper hanc dotem, cum aliis bonis computatami non fuisse; ita ut eidem canonico Guidetti in divisione paternae haereditatis et id obtigerit, quod ceteris haeredibus, et praeterea decem circiter libellarum millia, quot revera ab eius avúnculo sacerdote Petro Guidetti in canonicatus erecti patrimonium statuta primitus fuerunt.

Cum itaque hac ratione sac. Aloisius Guidetti dominus effectus fuerit domus, in qua sui canonicatus dos constituta erat, occasione arrepta quod anno 1908 quidam pro eiusdem domus emptione apud ipsum institerint, eidemque in pretium libellas fere triginta mille obtulerint, nulla ab apostolica hac Sede petita facultate aut licentia, veluti si domum ipsam alienandi in sua absoluta esset potestate, eam vendidit. Hinc aliorum canonicorum irae, qui aliis iam de causis adversus Priorem excitati, ipsum e Capituli gremio omnino expungendum existimarunt; cumque Prior ipsorum obstiterit voluntati, seque canonicum adhuc esse conten, derit, rem S. H. C. iudicio dirimendam subiecerunt.

Quamvis praecipue ob alienationem dotis canonicatus Guidetti causa haec coram S. H. G., sistat, haud tamen et alia desunt adversus eumdem canonicum Aloisium Guidetti Capituli Ecclesiae Sancti Prosperi gravamina, de quibus utpote cum principali illa quaestione connexis, est pariter iudicium ferendum. Conqueruntur sane Canonici quod Prior immutationes non paucas in prioralis domus conditione suo arbitrio induxerit; itemque quod pendente hac controversia, domum eamdem absque ulla ipsius Capituli venia cuidam locaverit qui de Capituli eiusdem gremio minime est, idque contra omnes leges sive generales Ecclesiae, sive particulares Regiensis dioecesis: ac tandem contendunt quod iniuria prorsus idem canonicus Aloisius Guidetti protestatus sit, eo quod in eius absentia et ipso inscio, Capitulum in fratrem receperit sacerdotem Cavandoli, eidemque canonicatus ad quem legitime nominatus fuerat, possessionem dederit.

Quod postremum gravamen ut intelligatur, ea referuntur, quae in Capitularibus statutis Collegiatae Ecclesiae Sancti Prosperi circa solemnitates servandas sive in danda possessione novis canonicis, sive in congregandis Capitularibus conventibus sancita reperiuntur. Capite itaque II° earumdem constitutionum haec quoad primum, circa possessionem nempe noviter electis canonicis dandam, leguntur: « Canonicus pro visus ante« quam realem possessionem acquirat, tenebitur praesentare suas bullas « *Priori* Capituli, quas ipse una cum duobus canonicis, per suffragia eli« gendis, diligenter considerabit, videbitque an sint verae et reales. Po« stea more solito convocari faciet Capitulum, quo praesente, lectis a « cancellario seu notario, clare et distincte iisdem Bullis, talis provisus « quatenus sit admittendus, a singulo canonico per osculum pacis admit« tetur, postquam illum ultimus canonicus ad chorum associaverit, « eumque in possessione sui stalli et loci in Capitulo constituerit ».

Ad alterum quod attinet ita in iisdem constitutionibus cap. IV statuitur: « Prior in prima die feriali cuiuslibet mensis illud (Capitulum) « congregabit, et quandocumque sibi videbitur oportere, seu duo saltem « ex canonicis instabunt. *Priore absente longa et morosa absentia, impe« dito seu recusante sine iuxta causa, Vice-Prior* poterit congregare et «facere ea omnia quae ipse Prior: absente pariter, impedito seu recu« sante praedicto Vice-Priore, antiquior ex aliis canonicis omnia poterit « exequi, et sic successive ».

Accidit autem ut in quodam capitulari conventu sub initio huius anni habito, atque ab eodem Aloisio Guidetti uti Priore eum tantum in finem indicto, ut canonici de rationum momentis certiores fierent, quibus ipse suam agendi rationem in alienatione domus cohonestabat,

iidem canonici postquam de re moniti fuerint a Vicario Generali, in fratrem quoque receperint canonicum Cavandoli, atque de aliis etiam egerint, praeter argumentum a Priore statutum, cumque ad hunc conventum idem Prior minime interfuerit, et omnia proinde in eius absentia et contra ipsius mandatum peracta sint, statim ipse protestatis est, atque gesta a Capitulo nullius prorsus valoris esse declaravit.

« Con mia lettera dell' 11 Gennaio u. s. diretta ai Signori Cano« nici », ita sac. Guidetti suis in litteris die 6 Februarii hoc anno ad Regiensem Episcopum datis, « volli renderli avvisati, che nell'adunanza « da me autorizzata, non permetteva che si parlasse che della detta me« moria, aggiungendo che se di altre cose si fosse trattato e deliberato, « a norma delle più elementari nozioni di diritto, io poteva eccepire di « nullità gli atti stessi. Ora devo informare V. E. che il Signor Cano« nico Vice-Priore si permise di convocare quel Capitolo, collo scopo « principale di dare il possesso canonicale al neo-canonico Prof. Gio« vanni Cavandoli, *e per varie.* Questo, a mio modo di vedere, costituisce « quello *spretum,* quel *contemptum* dei miei diritti come canonico e come « Priore, che mi dà facoltà di chiedere, come chiedo, che sia dichiarato « nullo il possesso dato al detto canonico ». Cum vero iam canonici ad S. H. C. ob alienationem domus a canonico Guidetti peractam recursum habuissent, Regiensis Antistes novam quoque quaestionem de validitate possessionis datae canonico Cavandoli S. H. C. pariter dirimendam submisit.

Suis vero litteris ad S. H. C. die 15 Februarii hoc anno datis Regiensis Praesul quae a Capitulo gesta erant enarrans, ita hac super re suam exponit sententiam. Praemisso enim quod canonicus Cavandoli iam in Curia per impositionem bireti sui canonicatus possessionem quodammodo iam receperat, deinde ita prosequitur: « Mentre si discute « costì l'esistenza del canonicato o priorato Guidetti, è chiaro che io non « debba interloquire. Dico però che quell'atto non è un possesso nè spi« rituale nè corporale ; dico che la lettera del Vicario era diretta ai cano« nici di ricevere il Cavandoli: il Guidetti non era presente, ed in tal « caso, secondo le costituzioni di quel Capitolo, il Vice-Priore ha tutti « i poteri ».

Notandum quod mense Ianuario hoc anno non tantum canonicus Cavandoli in Prioris Guidetti absentia in canonicatus possessionem immissus fuit, sed et alius canonicus; nihilominus Prior Guidetti contra possessionem huic alteri datam protestatus minime est.

Ceterum Capitulares Collegiatae Ecclesiae Sancti Prosperi iam sacerdotem Aloisium Guidetti non amplius neque, uti canonicum, neque

uti Priorem habent, eo quod sui canonicatus dotem ipse alienaverit; nil mirum proinde si nullum eidem recognoscunt ius. « Non sapendo poi « concepire un impedimento maggiore per un canonico, (ita iidem Ca- «pitulares), di quello di avere estinta la dote canonicale e di essersi « privato egli stesso della ragione e dei diritti di beneficiato, cioè di Ca- « nonico, e seguendo 1' altro adagio, *ad Capitulum non admittendi sunt « nisi praebendati,* così non ci ritenemmo obbligati ad invitare al Capi- nolo il Guidetti, disposti a tollerare la sua presenza, qualora fosse « intervenuto ».

Quapropter de alienatione domus a canonico Guidetti peracta praecipue est agendum, ut diiudicari possit an legitime alienatio eadem sive quoad modum sive quoad substantiam facta fuerit, et an post eamdem alienationem idem sacerdos Guidetti sit adhuc necne canonicus. Siquidem cum hac quaestione si non omnes, quaedam saltem ex aliis quaestionibus connectuntur.

Iamvero circa primam quaestionem quamvis Capitulum seu Canonici Ecclesiae Sancti Prosperi et Canonicus Guidetti, eiusdem Capituli Prior, in conclusionibus ad quas perveniunt, ex adverso inter se pugnent, cum illi canonicum Guidetti suis iuribus excidisse omnino contendant, et alter contra uti canonicum et priorem adhuc se habeat, nihilominus in hoc inter se conveniunt quod domus alienatio si non quoad modum, quoad substantiam saltem legitime facta sit, idque ob dispositionem fundatoris, quod canonicatus dos ad suos haeredes reverti deberet, si quando, canonicatus idem suppressioni fuisset obnoxius, sicuti anno 1867 revera evenisse omnes censent. Neque id mirum, tum enim Capitulares, tum canonicus Guidetti quaestionem non in seipsa, seu intrinsecus, in quantum scilicet Ecclesiae ipsi eiusque bono interest, respiciunt, sed respectu habito ad personam. Nolunt illi sacerdotem Guidetti uti de Capituli gremio amplius recognoscere, etsi dotem restituat; vult alter et contendit se esse adhuc canonicum, licet dotem alienaverit, eo quia tandem aliquando dos ipsa deperdita non est, sed potius in melius mutata, cum ex domus in qua constituta erat venditione, aucta sit, paratum tamen insimul se declarans in eiusdem dotis cautionem vel ad novam, si fieri possit, constituendam hypothecam, vel ad sponsorem praestandum.

Siquidem suis litteris ad H. S. Congregationem die 2 Martii hoc anno datis, ita canonicus Guidetti quae sibi favent resumit : « Nella « mia prima memoria ho provato che lo stabile venduto era di mia pro- « prieta. L' essere stato una volta gravato d'ipoteca per la dote cano- « nicale non lo costituiva proprietà ecclesiastica, come ogni creditore

« ipotecario non è padrone del fondo ipotecato. Ho provato che la primitiva ipoteca era scomparsa al momento della vendita, perchè di « fronte alla legge civile aveva perduto ogni efficacia. Solo i miei parenti '< potevano riaccenderla; ma non se ne vide il bisogno. Per tale scom- « parsa il debito dotale divenne chirografario, risultante però dal citato « rogito Vigano, e colpiva così tutto il mio patrimonio. Ho provato che « questo supera ben 17 volte il valore residuo della piccola dote, e che « la vendita non ne ha per nulla peggiorata la sicurezza, anzi l'ha mi- « gliorata per la somma che ho lucrato. *Ho detto che se fosse stato pos- « sibile offrire* ipoteca sopra una parte dei miei beni, l'avrei fatto, ed « ho concluso coli' offrire un fideiussore solvibile. In questa memoria « dimostro che la clausula devolutiva della dote a vantaggio dei chia- -« mati dal fondatore si è verificata; ma che la devoluzione nei suoi « effetti resta sospesa fino alla mia morte ». Idemque asserit in postrema sua ad S. H. C. relatione. Ita quidem arguit sac. Guidetti dispositionibus praesertim innixus iuris civilis italici, quo pariter utitur ut se adhuc •canonicum esse ostendat. « Osservo poi (ita illa relatis supra litteris), -« che la legge 15 Agosto 1867 eversiva dell'asse ecclesiastico, ha con- « servato agl'investiti tutti i vantaggi che godevano prima della stessa, « e così F intiero interesse dei capitali dotali, l'intiero reddito dei fondi « stabili dotali, i quali non potevano esser liberi in mano dei patroni •« rivendicanti che dopo la morte degf investiti medesimi ».

Contra Canonici, dispositionibus innixi iuris ecclesiastici, contra dotis canonicatus a Petro Guidetti erecti alienationem protestati sunt, -et merito quidem; idque vero potius in ipsius canonici Aloisii Guidetti damnum, quam ut canonicatus existentiae et securitati consulerent. Aiunt enim eumdem canonicum Guidetti seipsum « in modo forse non cen- •« surabile » expoliavisse dignitate canonicali iuribusque eidem adnexis.

Quapropter praeter ea quae'ab eximio Consultore, cui haec quaestio -explananda commissa est, disputata iam sunt, res alio quoque sub aspectu consideranda videtur. In dubium sane forsan revocare quis posset, an eversio bonorum ecclesiasticorum per legem anno 1867 latam inducta, ea fuerit, qua secundum Petri Guidetti mentem, bona canonicatus a se fundati ad suos haeredes reverti deberent. Siquidem, omnibus perpensis, eam Petrus Guidetti sui canonicatus eversionem intellexisse ac praecavere voluisse videtur, ob quam bona in dotem eiusdem canonicatus constituta fisco attributa fuissent, adeo ut ad hanc eversionem impediendam ipse constituerit, quod bona eadem hac in hypothesi potius suis haeredibus essent cedenda. Contra, lege anno 1867 lata id ipsum circa bona ad beneficia iurispatronatus laici pertinentia statu-

tum est, quod idem Petrus Guidetti ad canonicatus deletionem vitandam suo testamento disposuerat, ut nempe patroni bona ipsa redimere seu sibi vindicare possent.

Certe in vim legis supra relatae, canonicatus Guidetti in sua individualitate uti ens, iure civili italico inspecto, non amplius existit, non ita tamen, ut in potestate non sit patronorum, dummodo velint, fundatoris voluntatem exsequi, ac onera adimplere canonicatui eidem adnexa.

Imo eadem lex dum patronis, qui iurepatronatus laico super beneficia fruuntur, permittit, ut eorumdem beneficiorum dotem sibi vindicare possint, haud tamen cum ipsis dispensat, ne oneribus satisfaciant, quibus bona eadem a fundatoribus gravata fuerunt. Iamvero dubitari vix potest quin Petrus Guidetti voluerit quod beneficium a se erectum in quantum fieri poterit servaretur; id enim, ut alia omittam, apertissimis verbis ipse declarat. In supplici namque libello, quo a civili potestate facultatem petiit canonicatum erigendi, ait se velle : « istituire e « fondare un canonicato perpetuo finche durerà il mondo ».

Id verum ex rerum adiunctis confirmatur, quibus canonicatus Guidetti erectio facta est. Siquidem sicut ipsemet canonicus Aloisius Guidetti aperte admittit, id in statuenda reversibilitate ad suos haeredes bonorum sui beneficii sac. Petrus Guidetti prae oculis habuisse certum est quod sub Napoleone I evenerat; ne ideo idem de suo canonicatu in posterum eveniret, voluit ut potius bona in eiusdem canonicatus dotem constituta suis haeredibus cederent. At uti notum est, sub Napoleone I Ecclesiarum Collegiatarum praesertim beneficia susdeque versa omnino sunt, eorumque bona fisco absolute attributa.

Haec forsan recogitantes canonici Aloisii Guidetti fratres eidem, uti videtur, canonicatus dotem ex integro cesserunt sive donarunt *sub modo aut ob causam.* Quamvis enim licet requisita; neque notarii acta producta sint, quibus domus a Sancto Prospero *de'Strinati* nuncupata, alienata est, neque pariter alia acta a notario Vigano exarata, quibus anno 1887, demortuo patre eiusdem sacerdotis Aloisii Guidetti, fratres Guidetti bona paterna inter se partiti sunt, indicia tamen eaque gravis sane momenti, non desunt, ex quibus verum esse videatur, quod hac super re canonici adserunt. Nam in primis alienationem *dictae domus,* in qua quidquid sit de hypotheca, certe ipso hac in re non contradicente canonico Aloisio Guidetti, ad haec usque tempora canonicatus dos constituta remansit, solus idem canonicus Guidetti peregit, quin eius fratres, qui interesse in re habuissent, intervenerint; et insuper canonici haec in suprarelatis actis notarii Vigano legi et contineri affir-

mant: « Lo stabile di San Prospero de'Strinati (cioè il fondo della garan« zia dotale) è assegnato in piena proprietà al can. Luigi Guidetti, colla « menzione espressa che vi restava compresa la dote stessa del Cano« nicato del Giuspatronato Guidetti, in L. 9925, come da atto di fon« dazione ».

Animadvertendum tamen expositam hanc mentis seu voluntatis sacerdotis Petri Guidetti, canonicatus de quo agitur fundatoris, interpretationem a canonico Aloisio Guidetti reiici omnino. Capituli namque procuratori, qui de ea innuit, ita ipse respondit: « Da un certificato rego« lare da me prodotto, si rileva che nelle fondazioni anteriori alla sop« pressione napoleonica, non havvi alcun provvedimento pel caso di una « soppressione, perchè fatto non mai avvenuto nella vita più che millenaria « del medesimo, mentre in tutte le posteriori è provveduto ai caso di « una seconda soppressione che non poteva essere che la civile, per« che questa sola si era verificata, e doveva verificarsi 67 anni dopo la « prima.

« Al fondatore era noto che il Capitolo di San Prospero soprav« visse alla soppressione napoleonica con i quattro canonicati di giu« rispatronato che non furono incamerati ; dippiù aveva veduto comple« tarsi in pochi anni il Capitolo, quindi, come aveva preveduto una « seconda soppressione civile, poteva prevedere anche una seconda resur« rezione ecclesiastica del medesimo, attesa la singolare devozione dei « Reggiani per San Prospero.... Egli inoltre non poteva ignorare la dot« trina dello Scarfantonio ammessa anche dalle sacre Congregazioni, « che *licet Capitulum non possit ab uno inchoari, quia ad Capitulum « efformandum tres saltem requiruntur, potest tamen ab uno conservari.* « Se aveva dunque tanta premura per il Capitolo, poteva conservarlo « con il suo canonicato, molto più che non poteva mancare quello « del Parroco, unito al benefìcio parrocchiale, e doveva, come si è detto, « prevedere che altre fondazioni non sarebbero mancate. Eppure non «lo fece ed inserì la nota clausola. Perchè? Io non voglio fare F indo' « vino come *Y* avvocato dei Sigg. Canonici, ma la perdita della perso« nalità civile vuol dir poco? Lo sappiamo noi che 16 anni fa per non « essere ridotti alla condizione di cappellani dovemmo sostenere una « lite contro il canonico parroco, il solo civilmente riconosciuto ». Quare concludit testatoris verba esse stricte interpretanda secundum satis nota iuris principia:.« *quod testator non dixit, non debet intelligi* » et « *quod « testator non est loquutus, nec voluisse praesumitur* ».

Ad canonicorum accusationem ipsum saltem irregulärem effectum fuisse, cum dotem beneficii alienaverit, cuius titulo ad sacros ordines

promotus fuit, idem canonicus Guidetti haec respondit, quae referre praestat, cum quaestionem magis magisque declarent : « Appena stabi-
« lito il compromesso [di vendita, per la quale era stato precedente-
« mente autorizzato da Monsignor Vicario Generale senza 1' imposi-
« zione di alcuna condizione, chiesi a Monsignor Vescovo come doveva
« regolarmi, perchè la dote del canonicato mi serviva anche per il titolo
« di sacra ordinazione. Mi rispose che stante l'entità del mio patrimonio
« e l'affidamento che io davo di conservarlo, valendosi della facoltà
« concessagli dalla Santa Sede, mi dispensava dalla costituzione rego-
« lare del medesimo. Siccome poi per essa sarebbe occorsa una ipoteca
« quasi eguale al valore della dote canonicale, mi tenni per la stessa
«ragione dispensato dal garantire quest'ultimo, molto più che i frutti
« relativi erano sicuri, perchè ho in mie mani il capitale dotale, e nel
« caso mio, solo di quelli si potrebbe chiedermi garanzia. Quando
« acquistai la casa, ottenni a mutuo sopra cambiale L. 40.000, tuttavia
« se si dubita dalla S. G. della mia solvibilità, sono pronto ad offrire
« una garanzia solidale ed anche una ipoteca, se mi si additerà il modo
« di concederla efficace ».

Et haec de prima quaestione satis esse possunt. Ad aliam quod attinet, in qua canonicus Aloisius Guidetti actor est adversus capitulum, quaeque receptionem canonici Cavandoli respicit, in capitulari conventu, die 11 Ianuarii hoc anno habito, inscio et absente eodem canonico Priore peractam, recolendum est, secundum ea quae *cap. 33, De praeb,* in 6° disponuntur, novorum canonicorum receptionem inter negotia recenseri, ad quae omnes capitulares etiam absentes a civitate sunt citandi. Quare hac super re non iniuste forsan canonicus Guidetti conqueritur se fuisse contemptum, eaque de causa contendit canonicum Cavandoli invalide in sui canonicatus possessionem immissum fuisse.

Capitulum autem praeter ea quae resumpta iam supra sunt, sive ab ipso sive a Regiensi Antistite adducta, nil aliud quod sit memoratu dignum in sui favorem adlegat; supplicatur, ut si erraverit, quae bona fide acta ab ipso sunt, sanentur, attenta praesertim canonici Cavandoli pietate, eiusque in canonicalibus muneribus obeundis diligentia.

Nil tandem de possessione alteri canonico cui nomen Barani, inscio pariter et absente Priore data, in capitulari conventu, die 25 eiusdem mensis Ianuarii hoc anno celebrato, referre praestat, cum nil contra ea quae eodem in hoc capitulari conventu acta fuerunt, canonicus Guidetti exceperit. Notum namque est acta a Capitulo illegitime celebrato, eo quod non omnes canonici invitati ad illud sunt, valida per se esse, nisi qui laesi fuerint, reclamaverint.

De prioralis domus locatione superest demum ut disseratur, quae tertia et postrema est quaestio S. H. C. iudicio subiecta. Licet enim et de pluribus aliis Capitulum Ecclesiae Sancti Prosperi inter et eius Priorem controvertatur, tribus tamen tantum super rebus, super alienatione nempe canonicalis dotis, super validitate possessionis canonicatus canonico Cavandoli a Capitulo in Prioris absentia traditae, ac super prioralis domus locatione querelae ad S. H. C. motae sunt.

Igitur Capitulum acriter conqueritur quod Prior domum pro eiusdem habitatione adsignatam absque ipsius Capituli venia operario cuidam locaverit, atque ut arguât id non recte factum fuisse, ad ea quae capitularibus in constitutionibus de canonicalibus cameris statuta repeériuntur, appellat. In capitularibus autem constitutionibus haec leguntur « sicut ergo templum ac domus Dei valde metuenda est, ita « aedificia eiusdem accessoria eidemque deserventia summo in honore « esse debent ; ideo statuimus ut in cameris, quae canonicales dicuntur, « ad canonicosque pertinent, nequeant nec habitare permittantur, nisi « spectatae ac honestae vitae viri, nec in eis ludos exerceri indicentur, « aut strepitus, et clamores inhonestos ». Ubi manifeste si viris, spectatae tamen ac honestae vitae, permittitur, ut in canonicalibus cameris habitare queant, id haud statuitur quasi cuique canonico suas cameras aliis qui de Capituli gremio non sunt, locare liberum sit, sed eum in sensum, ut una cum iisdem canonicis nonnisi viri spectatae ac honestae vitae in canonicali domo habitare possint.

Sed quidquid sit de peculiaribus Regiensis Capituli constitutionibus, ipsis generalibus iuris principiis ac canonicis dispositionibus, ipsoque naturali rationis lumine facile quisque videt quod cum de domo agatur, cuius dominium est penes Capitulum, eum insuper in finem extructa seu adsignata, ut Canonicis, pro habitatione inserviat, non possit ad alios converti usus, nisi de ipsius Capituli venia, idque tum ne domini ius laedatur, tum ad abusus arcendos.

Nihilominus canonicus et Prior Guidetti suam agendi rationem cohonestare satagit, aiens se ad prioralem domum honesto et probo operario locandam adductum fuisse ut de pecuniae quantitatibus in eius amelioramenta impensis se reficere posset.

Hac relatione ex officio iam confecta, Capituli S. Prosperi Procurator acta exhibuit a Notario Vigano anno 1887 exarata, quibus bona ab Angelo Guidetti, Prioris patre, relicta inter eiusdem haeredes divisa fuerunt. Iamvero ex hisce actis id unum ex iis quae a Capitulo adserta sunt certo constare videtur, quod nempe Canonici Aloisii Guidetti fra-

tres, in eiusdem favorem sexcentum tantum, ab ipso acceptis libellis, universa sua iura super canonicatus Guidetti dote, cesserunt ac renuntiarunt ita ut iam de dote eadem libere ipse disponere possit.

Quae cum ita sint, sequentia diluenda proponuntur

DUBIA.

1.° *An canonicalis dotis alienatio legitime f acta sit, et an canonicatum Guidetti non amplius exsistere censendum sit in casu.*

Et quatenus negative ad utrumque ;

%.° An et quomodo canonicalis dotis redintegrationi eiusque securitati sit in posterum- consulendum in casu.

3.° *An canonicus Cavandoli valide fuerit in casu immissus in possessionem sui canonicatus.*

4.° *An canonici Guidetti agendi ratio in locanda priorati domo approbari possit in casu.*

DECISIO. Emi Patres S. Congregationis Concilii in plenariis comitiis die 17 decembris 1910 respondendum censuerunt:

Ad I. *Negative ad utrumque.*

Ad II. *Ad mentem.*

Ad III. *Pro sanatione ad cautelam.*

Ad IV. *Attentis expositis circumstantiis, negative.*

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L. © S.

Basilius Pompili, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA PIDE

i.

DECRETUM

QUO PRAEFECTURA APOSTOLICA DE UBANGHI BELGICO ERIGITUR.

Ut ad regiones, quae modo Congi Belgici constituunt Apostolicum Vicariatum, aditus pluribus pateret missionariis praesertim apud illas gentes quae inter Ubanghi et Congo flumina in tenebris paganismi miseram ducunt vitam, expediens visum est, territorium quod ab Ubanghi nomen accipit et intra fines praedicti Vicariatus adhuc contentum fuit, ab eodem separare et in Praefecturam Apostolicam erigere. Quapropter, in plenariis comitiis die 3[a] vertentis Aprilis habitis, Emi Patres huius S. Consilii fidei Propagandae, Praefecturam Apostolicam de Ubanghi Belgico erigendam censuerunt sequentibus statutis limitibus, nempe, ad occidentem et septentrionem flumen Ubanghi inde a gradu 1.° 30' latitudinis borealis usque eo quo Bomu et Uele flumina confluunt; ad orientem vero, recta linea quae exinde ducitur ad ostium amnis Itimbiri in flumen Congo, atque producitur usque ad lineam parallelam tangentem meridianos limites oppidi Abu Mombazi; tandem, ad meridiem, haec linea primum, deinde illa quae dividit aquas inter Congo et Ubanghi, posthac ea quae similiter aquas dividit inter Ubanghi et Ngiri, ac demum gradus 1.° 30' latitudinis borealis usque ad flumen Ubanghi. Porro novam de Ubanghi Belgico praefecturam curis Minorum Capulatorum concredendam esse statuerunt.

Hanc vero Emorum Patrum sententiam ab infrascripto eiusdem S. Congregationis Secretario in audientia diei 4[ae] vertentis Aprilis SSmo Dno N. Pio div. prov. PP. X relatam, eadem Sanctitas Sua in omnibus ratam habuit confirmavitque ac praesens ea super re Decretum confici mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 7 Aprilis anno 1911.

Pro Emo Card. Praefecto
ALOISIUS VECCIA, *Secretarius.*

L. S.

Pro R. P. D. Secretario
Camillus Laurenti, *Subsecretarius.*

IL

DECRETUM

QUO LIMES VICARIATUS APOSTOLICI CONGI SUPERIORIS, AD ORIENTEM ET MERIDIEM VERSUS, INNOVATUR.

Ut congruentius territoria ecclesiastica, quae ad maiores lacus Africae centralis iacent, distribuerentur, Emi Patres huius S. Congregationis Christiano nomini propagando, in plenario consessu die III[a] habito vertentis Aprilis statuerunt ut limes qui, ad orientem et meridiem versus, Vicariatum Apostolicum Congi superioris dividit a Missionibus utriusque Victoriae Nyanzae, de Unianembé, de Tanganika atque Nyassa, prout sequitur, immutaretur: Ad orientem: Limes anglo-belgicus et germano-belgicus, hoc est, linea quae ab ora meridionali lacus Alberti Eduardi ducitur primo ad montem Sabinyo et exinde, per lacum Kivu, cursum sequitur fluminis Rusizi dividitque demum lacum Tanganika. Ad meridiem: Limes anglo-belgicus, nempe, linea decurrens a lacu Tanganika ad lacum Moero. Hanc vero Emorum Patrum sententiam SSmo D. N. Pio div. prov. PP. X ab infrascripto eiusdem S. Congregationis Secretario relatam, in Audientia diei 1 V[ae] vertentis Aprilis, Sanctitas Sua benigne probavit ac ratam habuit, praesensque ea de re Decretum fieri mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 8 Aprilis, anno 1911.

Pro Emo Card. Praefecto
ALOISIUS VECCIA, *Secretarius.*

L. © S.

Pro R. P. D. Secretario
Camillus Laurenti, *Subsecretarius.*

III.

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

Brevi Apostolico nominati sunt:

8 aprilis 1911. — R. P. Florianus Démange e Seminario Parisiensi pro Missionibus ad exteras gentes, Episcopus titularis Adrassensis et Vicarius Apostolicus novi Vicariatus de Tai-kou in Corea.

12 aprilis 1911. — R. P. Celestinus Ibañez Aparicio ex Ordine Fratrum Minorum, Episcopus titularis Bagensis et Vicarius Apostolicus novi Vicariatus de Sien-si septentrionalis.

S. CONGREGATIO INDICIS

DECRETUM.

Feria II, die 8 Maii 1911.

Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium a SSmo Domino nostro Pio PP. X Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum* habita in palatio Apostolico Vaticano die 8 Maii 1911, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera :

GABRIELE D'ANNUNZIO, *Omnes fabulae amatoriae* (Romanzi e Novelle).
— *Omnia opera dramática.*
— *Prose scelte. Milano.*

P. A. S. *Catechismo di storia sacra. Cremona 1910.*

ANTONIO FOGAZZARO, *Leila, Romanzo. Milano 1911.*

IOANNES KONRAD ZENNER, *Die Psalmen nach dem Urtext. Ergänzt und herausgegeben von Hermann Wiesmann. I. Teil. Uebersetzung und Erklärung. Münster 1906.*

MALACHIA ORMANIAN, *L'Eglise Arménienne : son histoire, sa doctrine, son régime, sa discipline, sa liturgie, son présent. Paris 1910.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

IOSEPH TURMEL et PETRUS BATIFFOL decreto S. Congregationis, edito die 2 Ianuarii 1911, quo quidam libri ab eis conscripti notati et in Indicem librorum prohibitorum inserti sunt, laudabiliter se subiecerunt. Etiam auctor anonymus libri inscripti *La vraie science des Ecritures,* ab hac S. Congregatione eodem decreto diei á Ianuarii 1911 prohibiti, huic decreto laudabiliter se subiecit.

Quibus SSmo Domino nostro Pio Papae X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem, etc.

Datum Romae, die 9 Maii 1911.

F. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

L. © S.

Thomas Esser, O. P., *a secretis.*

S. CONGREGATIO RITUUM

DECRETUM.

DE REPOSITIONE ET TRANSLATIONE FESTORUM IN ECCLESIIS PARTICULARIBUS.

Quo facilius in Ecclesiis particularibus Officiorum repositiones et translationes peragi valeant, Sacra Rituum Congregatio, enixis precibus tum a Revmis locorum Ordinariis tum a Superioribus Ordinum seu Congregationum Religiosarum sibi porrectis obsecundans, audito etiam Commissionis Liturgicae suffragio, statuit ac decrevit, ut, ad tramitem resolutionis num. 3919 *Ordinis Minorum Oapuccinorum S. Francisci* diei 27 Iunii 1886, ad xvi, tam Kalendarium perpetuum quam Kalendarium annuale cuiusque Ecclesiae particularis respective redigatur super Kalendario Dioecesis, vel Ordinis aut Congregationis ; ac proinde, sicuti Officia, quae in propria Ecclesia vel Oratorio quotannis impedita sunt, fixe assignari debent diei primae liberae in Kalendario perpetuo, ita Officia accidentaliter transferenda in posterum celebranda erunt die, quae prima libera reperitur in Kalendario annuali, nulla habita ratione Officiorum, quae iam translata fuerunt, licet minoris nobilitatis: servatis de cetero Rubricis et Decretis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 3 Maii 1911.

Fr. SEBASTIANUS Card. MARTINELLI, *S. B. C. Praefectus.*

L. £g S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

i.

BOBIEN.

DISMEMBRATIONIS.

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno octavo, die 4 Martii 1911, BR. PP. DD. Michael Lega, Decanus, Ponens, *Fridericus Cattani, Ioseph Alberti, Auditores de Turno, in causa* Bobien. - Dismembrationis - *inter Parochiam loci Alpisplanae repraesentatam per procuratorem Angelum D. Alessandri, advocatum, et incolas loci Vici-superioris, repraesentatos per procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Paroecia Alpisplanae^ dioecesis Bobiensis tribus constat vicibus, quorum alter Vici superioris (vulgo *Vico soprano)* alter Vici medii et tertius Alpisplanae nomen habent quod, uti patet, ex ipso locorum sito est derivatum.

Paroecialis ecclesia in Vico Alpisplanae consurgit, unde ei nomen; tamen numerosiores fideles incolunt in Vico superiore qui altius se extollit in cacumine montis. Inde praecise enata est quaestio, hodie dirimenda, quum iam a tribus ferme saeculis incolae Vici superioris contendant ex distantia, sed potissimum ex viarum asperitate, sibi difficilem esse accessum ad Ecclesiam parochialem; quamobrem a longo iam tempore dimicant pro obtinenda divisione ab Ecclesia paroeciali, sibi propria ecclesia parochiali constituta.

Et anno 1668 ipsis facta est venia a Curia diocesana extruendi ecclesiam filialem quam Divo Iosepho dedicarunt, ubi Missa diebus festis celebrari coepit anno 1698; quocirca apud ecclesiam capellanus constitutus fuit, qui sacrum quotidie agebat et diebus festis fidei rudimenta explicabat.

Exinde graviores excitatae sunt controversiae et aemulationes inter filialem et matricem ecclesiam, quae verità est ne facili gradu fideles Vici superioris plenam divisionem a matrice assequerentur.

Curia dioecesana anno 1744 decretum dedit quo certis et praefinitis limitibus constituebantur facultates capellano Vici superioris con-

cessae: sed exinde contentiones sopitae non sunt, quae cum gravius in dies exardescerent, res definienda anno 1766 mense Ianuario proposita fuit in S. Congregatione Concilii, sub hisce dubitandi formulis:

I. - « *An sit locus dismembrationi paroeciae Alpisplanae et erectioni novae paroeciae in villa Vici superioris? Et quatenus negative;*

IL - « *An parochus pro tempore dictae terrae Alpisplanae cogi debeat retinere Vicarium curatum in ecclesiae S. Ioseph dictae villae Vici superioris; seu potius, quomodo sit providendum in casu?* et prodiit rescriptum:

« Negative ad primam partem; affirmative ad secundam, nempe pro facultate concedenda capellano Vici superioris retinendo, expensis illius populi, audiendi etiam in huiusmodi Oratorio publice sacramentales confessiones, sanctissimam Eucharistiam et Oleum Sanctum in eodem retinendi, necnon administrandi, Missamque etiam diebus solemnioribus celebrandi, salvis quibuscumque iuribus parochialibus ».

Hisce facultatibus aliae accesserunt anno 1786 quum concessa sit facultas erigendi in dicto Oratorio fontem baptismalem et prope idem Oratorium extruendi coemeterium.

Sub initio saeculi xix ecclesia paroecialis penitus diruta, extruenda erat a fundamentis, et incolae tum Vici superioris, tum Vici medii nullum non moverunt lapidem ut ecclesia aedificaretur in loco commodioris accessus pro incolis utriusque vici : nec huic difficultati dumtaxat aediles publici qui ecclesiae constructionem curabant, sed alii non minori incommodo prospicere debebant, nimirum invenire stabilem solum super quo nova ecclesia extrueretur. Reapse post diligentem soli perquisitionem a peritis factam, Ecclesia extructa est ubi hodie consurgit, in solidiori solo quam vetus diruta ecclesia, ac proprior aliis duobus vicis, ut in votis erat.

Nihilominus incolae Vici soprani non destiterunt ab incoeptis et anno 1841 ingeminarunt preces ut sua ecclesia in parochialem erigeretur.

Episcopus autem illius temporis, Venerabilis Giannelli (cuius hodie caussa Beatificationis et Canonizationis in S. RR. Congregatione agitatur) visus est, uti validis rationibus innixam excipere instantiam ab eisdem reiteratam, et amplioribus concessis facultatibus capellano, sibi proponebat ad decretum divisionis in posterum devenire, quum congrua parochialis constitueretur.

Quod si tunc obtineri non contigit, nostris diebus assequi hoc potuerunt Vicisopranenses: quare anno 1907, servato ordinario processu, optatam divisionem et novae paroeciae erectionem decrevit Revmus Castelli, Firmanus Antistes idemque Bobiensis dioeceseos Administrator Apostolicus « riservato in segno di suggezzione e riverenza alla Chiesa

« matrice un annuo canone di cera, oltre la facoltà .... di collcttare una «volta all'anno nella stagione del raccolto, nel territorio della nuova « parrocchia ».

Quod tamen decretum iudicialiter impetere instituerunt tum parochiani Alpisplanenses, tum fabricae ecclesiae administratores ; quam instantiam introductam in S. C. Concilii, apud S. H. Tribunal ex commissione Ssmi Domini Nostri prosequuti sunt, et hodie quaestio definienda proponitur sub hac rogandi formula.

« An rata habenda sit vel potius revocanda dismembratio facta per decretum diei 19 novembris 1907 in casu? »

Ad solutionem quaestionis RR. PP., ad *factum* quod attinet, haec praeterea adnotanda esse censuerunt, nempe :

1.° Distantiam locorum certe non esse notabilem; at viarum asperitatem in dubium revocari non posse, praecipue tempore hyemali quod longum et asperrimum esse solet in alpestri ea regione.

2.° Gravius autem erat hoc incommodum quum ante initium saeculi praeterlapsi magis distarei vetus ecclesia parochialis a Vico superiore quam hodierna, uti relatum est in factispecie: nihilominus non desunt graviora documenta et praecipue attestatio sanctissimi Praesulis Giannelli eiusque decreta, comprobantia etiam ad novam ecclesiam haud facilem et commodum, uti postulant Sacri Canones, esse accessum incolis Vicisoprani, praesertim hyemali tempore.

3.° Hodie factum huiusmodi confirmant testes legitimi iidemque omni exceptione maiores, nempe Revmus Morganti, Archiepiscopus Ravennaten., olim Episcopus Bobiensis, Revmus Castelli, qui administrationem apostolicam habuit dioeceseos Bobien. et hodiernum edidit controversum decretum, necnon hodiernus Episcopus Marelli. Magni item facienda sunt et canonicorum Cathedralis suffragium et attestatio Syndici loci.

4.° Praetermitti vero non debet inter facti adiuncta, gravem antipathiam iampridem exortam in Vici superioris incolis adversus Alpisplanenses, fomitem veterum et hodiernarum contentionum, quae potius quam sopiri, in dies magis exardescet, quaeque etsi potissimum hominum ingenio nimis prono in sui emancitationem ab aliorum subiectione attribuenda sit ; tamen de facto habetur et impedit quominus omnes parochiani ab uno parocho regantur cum necessario profectu boni spiritualis. - Card. De Luca magni hoc factum aestimandum esse, eiusmodi in negotio, docuit *in Adnot. ad Conc. Trid. disc. 16, n. 8.*

5.° Demum circa statum materialem ecclesiae Alpisplanae in probatis habetur, eamdem nonnullis refectionibus indigere, sed neque esse ruinosam aut multo minus divino cultui congrue et rite peragendo

imparem ut sub iuramento testati sunt periti et retulerunt viri ecclesiastici ab Episcopo deputati ad recognoscendum rerum statum ad mentem H. S. Tribunalis.

Quare veritati et prudentiae conformia habenda sunt quae Episcopus postquam suis oculis omnia inspexerit, retulit litteris diei 5 Ianuarii 1911, nempe se invenisse dictam ecclesiam « una fra le più solide, ben con-« servate e decorose chiese della diocesi » et concludit: « Fui quindi e « rimango nella coscenziosa decisione di giovarmi in seguito delia perizia « Rizzuti » - qui permagnam summam, ad 14 millia libellarum, censuit necessario requiri pro reficienda ecclesia - « come norma direttiva di « approvare o meno, quando ne sia bisogno, lavori per la chiesa di Alpe-« piana e frattanto emisi decreto in sacra visitazione pastorale, ordinando « nella detta chiesa i lavori necessari; giusta la perizia giurata del Pac-« carone ; solo mi astenni finora dall'intimarla etc. ».

Hisce in facto notatis, ad ius quod attinet, haec RR. PP. animadverterunt. Regula, in hoc negotio servanda, statuta est a Concilio Tridentino sess. *21, cap. .4,* ubi praecipitur:

« In iis vero (ecclesiis) in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem, parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias, etiam invitis rectoribus, iuxta formam Constitutionis Alexandri III quae incipit *" Ad audientiam "* constituere possunt (Ordinarii) ». Advertit Concilium: « etiam invitis rectoribus » nempe illegitime invitis: nam rectores ecclesiarum sunt legitime inviti - et hinc audiendi - si vere canonica non subsit caussa divisionis. Sane ipsum Concilium in prima parte relati capitis iubet assumendos esse a rectoribus coadiutores curae animarum si ita satis consultum sit commoditati fidelium. Hoc sub aspectu divisio parochiarum est odiosa, quia haec non est decernenda nisi subsit necessitas canonica, eademque continet quamdam « alienationem » uti docent omnes canonistae interpretantes citatum caput « *Ad audientiam* ». Ita, e. g., Card. De Luca, *disc. 12, 4, 8, de Decimis:* « Per erectionem (novae) depau-« peratúr antiqua ecclesia paroecialis eiusque dignitas vilesceret ».

Quare Conc. Trident, in cit. cap. iubet consulendum esse bono fidelium per coadiutorum constitutionem et ad divisionem novae parochiae non esse deveniendum nisi cum *magno incommodo* fideles Ecclesiam adire queant, seu cum magna difficultate, uti iam statuerat caput « *Ad audientiam* ». Haec regula adamussim, seu cum aliquo rigore, applicata fuit a S. C. Concilii, uti testatur Benedictus *XIV Instit. Ecclesiastic. 93* et decretum fuit ab eadem Congregatione *in Aquen.* 2 Aug. 1721, *in Lünen. Sarzanen.* 27 Sept. 1732 et 24 Ian. 1733; dismembrationem autem concessam

non fuisse, nisi gravibus urgentibus rationibus docent resolutiones in *Meliten.,* 19 ian. 1735; *Derthonen.* 28 Ian. 1736; *Asculana,* 11 April. 1739; *Novarien.,* 20 Sept. 1760; *Ariminen.,* 26 Mart. 1783 et 8 Aug. 1789, et *Verdiana,* 22 Maii 1784.

Hoc S.'Tribunal in resolvendis eiusmodi quaestionibus stricte inhaesit principio, nempe non esse deveniendum ad parochialis beneficii divisionem, si alias consuli potuisset bono animarum; nec aliter poterat se habere iurisprudentia H. S. Ordinis, quia iudicis est applicare ius seu SS. Canones prouti hi a competente auctoritate propositi sunt. Re sane vera, in *decisione 224, nn. 6 et 8,* et *decisione 578, n. 2 ssq., part. 19, decis. 204, n. 1, part. 17, et decis. 484, n. 3, part. 1, inter recent,* haec regula ab H. S. O. firmatur, nempe necessitatem dismembrationis desumendam esse ex distantia locorum ab ipsamet ecclesia parochiali quae tamen ita esse debet ut incommodum reddat accessum parochianis accedentibus ad recipienda sacramenta, ad audienda divina officia, difficilemque reddat sacramentorum administrationem constitutis in extremis vitae, adeo ut periculum animae resultet.

Quare in *decis. 378, n. 5* et ssq. *part. 19* p. i. *inter recent,* decernitur, non posse deveniri ad dismembrationem quando indemnitati parochianorum aeque bene consulitur per vicarii deputationem : et in *Decis. 484, n. 4 ssq. part. 1 Recent,* asseritur non esse decernendam dismembrationem etsi aliquando contigerit aliquos paroecianos decessisse sine sacramentis, si incommodo removendo aliunde provideri possit vel media deputatione coadiutoris, vel per novae capellae aedificationem. Quae tamen posterior assertio nimiae severitatis argui posset si ad unguem applicaretur, uti docet Fagnan. *in comment, ad cit. cap. « Ad audientiam » n. 17.* « Neque tamen requiritur ut parochiani aliquando decesserint sine sacramentis.... Unde satis est ad validitatem erectionis ut immineat periculum ne sic decedant: neque eiusmodi eventus est expectandus, quin potius praevenienda ne contingat., et ita censuit S. Congregatio Concilii ». Et pro adiunctis hodiernae controversiae adamussim ad rem facit quae perpendit Pignatelli: « Si constiterit quod via sit montuosa, aspera, lutosa ac ita ardua ut parochiani sine magno incommodo, imo etiam periculo pro recipiendis sacramentis et audiendis divinis officiis ad parochialem accedere nequeant, praesertim tempore hyemali, propter imbres et pluvias, reputatur necessaria dismembratio, sive erectio novae paroeciae ». (Cfr. T. IV., *Consult. 230, n. 9).*

Re sane vera S. C. Concilii, Tridentini interpres pro casuum et temporum necessitate, magis inhaerens intentioni legis quam eius literae, asperitatem enunciatae iurisprudentiae emollivit uti explicat Ferraris in sua

Bibliotheca canon, vocab. Dismembratio n. 30, ssq. « In foro invaluerat opinio quod concurrente etiam iusta caussa, deveniendum haud esset ad dismembrationem parochiae ubi prospici posset retentione in aliqua capella capellani qui praesto esse posset pro necessitatibus spiritualibus parochianorum qui Ecclesiam parochialem vel prae distantia vel prae itineris difficultate adire nequeunt; ita perpetuo respondit Rota, signanter in recent, *decis. 578,* (iam supra citat. etc.). Et adamussim censuit S. Congreg. Concilii interpres in *Berthonen, dismembrai.,* 5 April. 1732, etc.... Et procedebatur cum hac opinione, sive dismembratio parochiae peteretur ex impedimento temporario, puta fluminis aut torrentis hyberno tempore exundantis, sive etiam ex impedimento perpetuo, scilicet distantiae.... et sive nova parochia erigi vellet ex bonis veteris parochiae, sive ex bonis aliunde provenientibus, ut tenuit idem S. Tribunal coram Falconer., *decis. 34, n. 13* in Misceli. At novissime in diversam abiit sententiam S. Congreg. Concil. Interpres *in Gomen.,* 3 Decembr. 1750. Censuit enim deveniendum esse ad dismembrationem parochiae, tametsi rector veteris parochiae retinere offerret in aliqua capella capellanum qui occurrere valeret spiritualibus indigentiis parochianorum qui iusta de causa instabant pro dismembratione. Ad evitandam dismembrationem recentius *in No lana* 3 Febr. 1753 et 1755, oblata quoque fuit retentio non unius capellani, sed duorum at minime ei adhaesit S. Congregatio.... causa vero finem habuit concordia qua facta fuit dismembratio et sic erecta nova parochia ».

Hanc benigniorem interpretationem maxime firmavit S. C. pluribus decisionibus nostrae aetatis apprime conformibus ob frigescentem fidelium charitatem et fidem in Deum eiusque religionem. Ita in *Beatina* 20 Sept. 1817, in *Urbinaten.,* 27 Nov 1852 et 20 Nov. 1853, in *Sypontina,.* 25 Ian. 1879, in *Goncordien.* 19 Ian. 1889, in *Ianuen.,* 7 Iun. 1907 quarum decisionum intentionem et iurisprudentiam inde manantem, ita interpretatur commentatur ephemeridis *Act. Apostolicae Sed., Vol. XIII, Append. VI.* « Dismembratio (olim) habita est tantum uti remedium extremum ; ita ut locum non haberet quoties necessitati consuli potuisset per Parochi vicarium. A medio fere saeculo elapso mitius iudicatum est de evidenti ecclesiae utilitate, ita ut haec non confunderetur cum absoluta necessitate. Hinc praxi recentiore pene nulla habetur ratio de remediis subsidiariis vel extremis. Et quatenus utilitas in animarum bonum appareat, dismembratio decernitur, neque facili modo improbatur, si ab Episcopo facta fuerit, praecipue si dos aut sufficientes reditus non desint pro novo parocho ...... « Nostris hisce temporibus Sacra Concilii Congregatio in diversam ivit sententiam; sapienterque id factum esse,

depreherjdes si parumper species aetatis nostrae ingenium. Mores depravati, permulti lupi, qui furunt ut gregem dévorent nisi absolutam necessitatem, evidentem saltem utilitatem portendunt multiplicandi pastores ».

Re autem intimius perpensa, haec differentia inter veterem et hodiernam iurisprudentiam tota consistit in diversa aestimatione facti seu adiunctorum quibus continetur difficultas seu incommodum ex parte quorumdam parochianorum adeundi Ecclesiam parochialem.

Hoc incommodum autem est magis vel minus grave, si non *absolute* saltem *relative,* attentis diversis locis, et maxime moribus populorum. Ipse Fagnan., *in Comment, ad cap. « Ad audientiam » n. 2,* docet : « Nota primum, sine *magna difficultate,* hanc esse iustam causam dividendi parochiam et novam ecclesiam infra eius limites construendi si parochiani ad ecclesiam antiquam sine magna difficultate accedere nequeunt; Concil. Trident, dixit sine *magno incommodo in cap. 4, sess. 21,* et merito, nam illud solum possumus quod commode possumus, *ut L. nepos Proculo ff. de verb. signi f.* sive haec difficultas adeundi Ecclesiam matricem proveniat ex distantia loci sive ex alia causa, nihil refert ». Et clarius De Luca, *in discur. XII, de Decimis* explicat quaenam sit indoles controversiae circa dismembrationem et quare decisiones inter se adeo discordes prodierint, docens : « Quamvis occasio non deerit formiter magisque mature hunc articulum in Rota disputare ; attamen semper credidi quod ista dicenda non sit quaestio iuris, sed potius facti et voluntatis, ut etiam recenter agnovisse visa est Rota *in Hispalen. seu Nullius Decimarum,* 23 Nov. 1761, *c.Bourlemont,* quod scilicet principaliter ex facti qualitate et circumstantiis in eo fortiori casu pro antiqua Ecclesia contra modernam dismembratam responsum fuit : ac propterea iuxta adeo frequenter insinuatam regulam quae in huiusmodi facti ac voluntatis quaestionibus insinuata est, erroneum videtur procedere cum generalitatibus sive cum decisionibus proditis in aliquibus casibus particularibus; cum vero singulorum decisio ex eorum praecisis circumstantiis ac facti qualitate m etien da sit».

In themate sane non habetur ea distantia a ss. Canonibus perpensa ut ad dismembrationem deveniri debeat, neque accessus difficultas tanta esse videtur ut eidem consultum satis non sit per capellani deputationem in Capella filiali: sed RR. PP. visum est perpendi debere in facto, magnam haberi antipathiam inter fideles Vici superioris et Afpisplanenses, unde ministerium parochiale si ab uno parocho loci Alpisplanae geratur fit minus utile parochianis Vici superioris : antipathiam autem certis in adiunctis aestimari posse uti causam canonicam dismembrationis docet De Luca in *Adnotat, ad Concil. Trident, discur. XVI, n. 8.*

Praeterea minus attendenda visa est Patribus oppositio facta ab Ecclesia parochiali, quippe eius dos non proprie dividitur, sed tantummodo dismembratur territorium : et sane territorii parochialis pro parte avulsio seu divisio, est minus odiosa in iure, quam ipsa praebendarum divisio, iuxta praescriptum *Cap. VIII, tit. V, de praebend. et dignit : « divisionem praebendarum___fieri prohibemus* ». Vicosopranenses enim dotem afferunt pro nova parochia. Ad rem iuvat iterum audire De Luca practice rem considerantem sub hoc aspectu, aientem *(De Decimis, cit. discur., n. 8) :*

« Eatenus Ordinarii ad eiusmodi novas erectiones cum formali dismembratione procedere solent quatenus illa parochianorum pars quae petit, congrue dotet novam parochiam, adeo ut antiqua dos istud detrimentum saltem in hac parte non patiatur; potissime vero quia frequentius huiusmodi novae erectiones. . . . peti solent non tam pro commodiori administratione sacramentorum, quam pro quadam superioritate alterius communitatis in qua parochia sita sit ». Et Monacelli *(Formul, leg. Vol. I, tit. II, n. 6 et 7),* tradit: « Verum tamen est quod cum frequenter ad formalem dismembrationem soleat deveniri quando parochianorum pars vel communitas quae id petit ob distantiam loci vel magnam incommoditatem itineris congrue dotet novam parochiam erigendam : tunc oblatio capellani seu coadiutoris pro administratione sacramentorum diebus festis per rectorem facta ad evitandam dismembrationem non est sufficiens ad retardandam novae parochiae erectionem, sed ad illa iuste proceditur, ea non obstante ». Porro dismembratio quae suapte natura est odiosa et hinc habet resistentiam iuris communis, in casu eo minus est dicenda odiosa quo minor est alienatio iurium veteris ecclesiae cuius dos nullimode depauperatur, saltem directe. Revera, iuxta ea quae refert Episcopus et iam perpensa sunt inter facti adiuncta, ecclesia Alpisplanensis indiget restaurationibus quae tamen perfici valent commode, etiam decreta dismembratione.

Verum, rescriptum H. S. Ordinis diei 6 Sept. 1909 iussit novam parochiam erigendam certa dote praeditam esse debere pro expensis cultus divini et pro necessariis restaurationibus, et ad rem haec perpensa fuerunt a RR. DD. *in iure.*

Omni procul dubio, Ecclesiam sua dote gaudeat oportet cum in parochiam erigitur. Fagnan., *I. c, n. 7,* docet hoc sequi ad mentem cap. *Nemo de consac. dist. 1,* « prohibentis ecclesiam aedificari sine competente dote ». Item argument., *cap. 8, de cons. Eccl., 48, Decr. Greg. IX.* Dos autem sufficiens, uti explicat Wernz, *Ius decret., II, n. 252,* requiritur « tum ad substentationem beneficiati, tum ad referenda onera fabri-

eae ecclesiae et cultus divini ». Et Schmalzgr., *De eccles, aedif., n. 22,* ait: « Dos eiusdem (ecclesiae) tanta esse debet ut ex ea luminaria coeteraque ad s. ministerium necessaria haberi, ministri eiusdem commode sub-stentari, iura episcopalia persolvi, in pauperes liberalitas et . . . similia onera supportari valeant ». Ita Reiffenstuel, *h. t., n. 9,* et communiter omnes doctores.

In themate autem habetur dos congrua pro parochi sustentatione. Etiam nonnulli suppetunt reditus pro expensis cultus: parochiani vero qui iure tenentur ad expensas suppeditandas pro cultu divino et eccle-siae fabrica, quique, uti docent citati doctores, compelli possunt ab Epi-scopo, etiam adhibitis poenis ut huic oneri satisfaciant, sunt ita animo comparati ut libentissime et copiose concurrant ad eiusmodi expensas ferendas.

Quare hisce omnibus perpensis quoad decreti substantiam recto tramite fluit conclusio, nempe dismembrationis decretum esse ratum habendum et confirmandum.

Neque Patribus visae sunt obstare duo difficultates formam decreti attingentes. Quarum prima habetur ex eo quod S. Congregatio Concilii, suo rescripto mense Ianuario anni 1765 reiecerit petitam dismembra-tionem et clausulam addiderit « *amplius* » seu « *amplius caussa non proponatur* ».

Siquidem haec clausula afficit quaestionem tunc propositam et in certis facti adiunctis consideratam, quibus attentis illud secutum est rescriptum. Agebatur potissimum de defectu dotis ex parte parochiae erigendae, cui tribui sufficiens dos non poterat ab Ecclesia matrice quae et ipsa vix congrua dote potiebatur. Hodie res diversimode se habet. Denique animadversum est, rescriptum et rescripti clausulas afficere partes contendentes: nam iuxta tritum effatum res inter alios acta aliis nec nocere nec prodesse potest.

Quare praedicta sententia nullimode cohibere aut restringere poterat Episcopi Ordinarii facultatem eidem competentem ad tramitem *cap. 4, sess. 21,* Conc. Tridentini.

Altera difficultas sequitur ex eo quod decretum dismembrationis editum sit in Curia Firmana, cum attingeret dioecesim Bobien. Siquidem revocata est regula iuris : *Extra territorium ius dicenti non paretur impune.*

Neque diluitur obiectum, quia Archiepiscopus Firmaniis erat una simul Administrator Apostolicus Bobien. Nam in. eadem persona cumu-labantur duo tituli ordinariae potestatis qui tamen duo distincta terri-toria respiciebant.

Verum PP. perpenderunt decretum dismembrationis contineri non quidem in ea iurisdictione *contentiosa* quam tantum iudex in suo territorio exercere debet ordinario, sed in iurisdictione *voluntaria.* « Differunt hae- duae iurisdictionis species (docet Reiffenstuel, *De offic, et potest, iudic, ordin., n. 8),* inter alia, ex eo quod ad exercitium iurisdictionis voluntariae non requiritur strepitus forensis, nec processus iudicialis, neque opus est iudicem pro tribunali sedere : haud obstante quod interdum aliqua extraiudicialis cognitio causae requiritur. Unde etiam haec valide et licite exercetur in alieno territorio absque iniuria iudicis illius loci. . . . E contra vero iurisdictio contentiosa exerceri non potest sine processu iudiciali ac proinde extra proprium iudicis territorium et in alieno, sine expresso vel tacito consensu iudicis locis illius atque etiam partium litigantium exerceri nequit_____».

Iamvero per se dismembrationis negocium est extraiudiciale et pertinet ad voluntariam iurisdictionem : formae vero processuales sunt inquisitivae seu ordinatae ad cognoscenda factorum adiuncta, at non sunt proprie iudiciales, quousque partes quarum interest, non impetant coram iudice competente ipsum dismembrationis decretum, prouti fit nostra hodierna actione.

Nihilominus nisi certae subsint rationes, expedit ut huiusmodi decreta edantur intra territorium dioecesis ad quam spectat ipsum decretum.

Quare prudentissime Rmus Ordinarius iussit promulgationem Decreti fieri in Curia Bobiensi. Sed nullimode in casu quaestio esse potest de.nullitate decreti ex isto capite.

Quibus omnibus mature perpensis et consideratis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, declaramus, decernimus ac definitive sententiamus, proposito dubio respondentes : « *Affirmative* ad primam partem, *Negative* ad secundam, firmo tamen iure Ecclesiae Alpisplanae peragendi annuam collectionem oblationum in parochia Vicisuperioris, uti in decreto Episcopi ; nec non exigendi extraordinariam contributionem saltem operum ab Episcopo determinandam et urgendam ad normam ss. canonum, si ecclesia Alpisplanae indigeat gravibus et extraordinariis reparationibus. Expensas vero volumus haberi compensatas inter partes ».

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et Ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut exequutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam

ss. canonum, et praesertim *cap. 3, Sess. XXV, de Beform.* Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 4 Martii 1911.

Michael Lega, *Decanus, Ponens.*
L. |$j S. Fridericus Cattani.
Ioseph Alberti.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

II.

Citatio Edictalis

PANAMEN.

NULLITATIS MATRIMONII (PORRAS-PANIZA.)

In prima huius causae propositione apud H. S. Tribunal, cum rite citata fuisset Dna Eva Rachael Paniza, cumque Curia de Sonora in Republica Mexicana, cui commissum fuerit mandatum citationis reae conventae notificare, rescripsisset factam commissionem exequi nequivisse, eo quod domicilium praefatae mulieris reperiri non potuit, per Edictum, in Commentario Officiali « *Acta Apostolicae Sedis* » insertum, praedicta Domina citata fuit, ad normam iuris.

Cum autem, hac edictali citatione non obstante, eadem Dna Paniza in iudicium non comparuerit, et in eius contumaciam sententia edita fuerit, matrimonium declarans nullum, cumque Defensor Vinculi ex officio ab hac sententia prout de iure appellaverit, infrascriptus Auditor S. R. Rotae, et Causae Ponens, ad tramitem *art. 24, § 4,* Regularum pro iudiciis exercendis coram S. R. R. Tribunali, iubet per praesens edictum, inserendum in eodem Commentario Officiali, ad effectum procedendi in gradu appellationis super Causa, de qua agitur, partem conventam iterum citari, ad comparendum sive per se sive per procuratorem legitime constitutum die 1 proximi venturi Iulii coram eodem Tribunali ; quod si non comparuerit, ut contumax habebitur, et audito prius Vinculi Defensore ex Officio ad ulteriora procedatur, et die 14 eiusdem mensis causa disceptabitur sub sequenti dubitandi formula: An sen-

tentia rotalis diei 20 Decembris 1910 sit confirmanda vel infirmanda in casu ?

Itaque locorum Ordinarii quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco Dñae conventae curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.

Romae, die 29 Aprilis 1911.

Franciscus Heiner, *Ponens.*

Sac. Tancredes Tani,
Notarius S. B. Rotae.

L. £ß S.

(Traduction).

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE.

Citation par Edit.

PANAMA. - NULLITÉ DE MARIAGE (PORRAS-PANIZA).

Lorsque cette cause fut proposée pour la première fois au Tribunal de la S. Rote, Madame Eva Rachel Paniza, citée régulièrement, fut déclarée de domicile inconnu par la Curie de Sonora (Mexique) commise par la S. Rote pour notifier la dite citation. En conséquence, sur l'information que la Curie de Sonora n'avait pas pu exécuter ce mandat, Madame Paniza fut citée conformément au Droit, par Edit inséré dans le Bulletin Officiel « *Acta Apostolicae Sedis* ».

Nonobstant cette dernière citation, Madame Paniza ne comparut point; elle fut jugé contumace et son mariage fut déclaré nul.

Contre cette dernière sentence de nullité, le Défenseur du lien a légalement fait appel. C'est pourquoi le soussigné, Auditeur de la S. Rote Romaine et Ponent de cette Cause, ordonne qu'en vertu de *l'art. 24, parag. 4,* des Règles à observer devant le dit Tribunal, le présent Edit soit inséré dans le Bulletin Officiel et que par lui, Madame Eva Rachel Paniza soit de nouveau citée à comparaître devant le même Tribunal, soit par elle-même, soit par procureur légitimement constitué le 1er juillet prochain, afin qu'il soit procédé en appel sur cette même Cause. Et si elle ne comparait point, elle sera retenue contumace et, après avoir entendu le Défenseur du lien, on poursuivra la procédure et le 14 du même mois le S. Tribunal sententiera sur le doute ainsi formulé : « La sentence Rotale du 20 décembre 1910 doit-elle être confirmée ou réjetée ?»

En conséquence, tout Ordinaire qui aurait connaissance du domicile

ou du lieu d'habitation de Madame Paniza, doit veiller, à ce qu'elle soit informée dans la mesure du possible, de la présente citation par Edit.

Rome, le 29 Avril 1911.

François Heiner, *Ponent.*

Sac. Tancredes Tani,
L. i$< S. *Notaire de la S. R. Rote.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Il Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare :

4 Maggio 1911. — L'Illmo e Rmo Mons. Pietro Rossetti, Uditore della Sacra Romana Rota;

Con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare :

Protonotari apostolici ad instar participantium:

7 Marzo 1911. — Il Rev. Enrico Delassus, dell'archidiocesi di Cambrai.

23 Marzo. — Mons. Cesare Cerretti, Vicario della Patriarcale Basilica Liberiana.

1 Aprile 1911. — Il Rev. Canonico Edmondo Surmont, Vicario Generale dell'archidiocesi di Westminster.

5 Aprile. — Mons. Luigi Teofilo Cosnilleau, della diocesi di Versailles.

Prelati domestici di S. S.:

7 Marzo 1911. — Il Rev. Canonico Raimondo Amedeo Maria Scalbert, curato-decano di Dunkerque, dell'archidiocesi di Cambrai;

— Il Rev. Canonico Carlo Enrico Cappliez, curato-decano di S. Nicola di Valenciennes, dell'archidiocesi di Cambrai.

10 Aprile 1911. — Il Rev. Giuseppe Neindeifel, parroco a Vienna.

19 Aprile. — Il Rev. Leone Prato, Parroco di S. Secondo a Torino.

ONORIFICENZE

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

11 Aprile 1911. — Al Sig. Gastone Cardinael, dell'archidiocesi di Malines.

20 Aprile. — Al Sig. Enrico Eras, di Bois-le-duc.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 Marzo 1911. — Al Sig. Leone Bonnel, di Cambrai.

6 Marzo. — Al Sig. Dott. Gustavo de Corbie, professore di diritto civile nell'Università cattolica di Lilla;

— Al Sig. Dott. Giovanni Maria Redier, professore titolare di patologia all'Università cattolica di Lilla.

8 Aprile 1911. — Al Sig. Visconte Luigi de Gibon, della diocesi di Coutances, Presidente della Società della gioventù cattolica diocesana.

10 Aprile. — Al Sig. Conte Raoul Maria Giuseppe d'Osseville, della diocesi di Coutances, Presidente della Federazione diocesana dei padri di famiglia.

11 Aprile. — Al Sig. Andrea Torricelli di Firenze, Presidente della Direzione diocesana fiorentina.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari :

22 Aprile 1911. — Mons. Giovanni Anfossi, dell'archidiocesi di Torino.

25 Aprile. — Mons. Gustavo Ernesto Coelho, della diocesi di Marianna;

— Mons. Giuseppe Pierleoni, della diocesi di Norcia;

— Mons. Sigismondo Paciorkowski, dell'archidiocesi di Varsavia.

Camerieri segreti di spada e cappa soprannumerari :

18 Aprile 1911. — Il Sig. Edoardo J. Du Mee, dell'archidiocesi di Filadelfia ;

— Il Sig. Pietro Kernan, dell'archidiocesi di Filadelfia.

22 Aprile. — Il Sig. Barone Giovanni de Trétaigne.

29 Aprile. — Il Sig. Carlo Guglielmo Clifford, della diocesi di Shrewsbury.

Cappellano d'onore extra urbem :

25 Aprile 1911. — Mons. Jóse João de Deus, della diocesi di Campanha.

NECROLOGIO

Maggio 1911. — Mons. Giovanni Szabó, vescovo di Armeno-poli o Szamos Ujvár.

Annus III. - Vol. III. Die 31 Maii 1911. Num. 7.

MITÏIPOSTOUGAEI^

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE ENCYCLICAE

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS

PIUS PP. X

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Iamdudum in Lusitania incredibilem quemdam cursum fieri per omnem Humanitatem facinorum ad Ecclesiam exprimendam, vobis quidem omnibus, Venerabiles Fratres, satis cognitum arbitramur. Nam, ubi status eius civitatis in formam conversus est reipublicae, continuo coepisse, aliud ex alio, sanciri talia quae inexpiabile religionis catholicae spirent odium, quis ignorat? Violenter pelli de medio vidimus familias religiosorum, atque hos, maximam partem, dure inhumaniterque e Lusitanis exterminan finibus. Vidimus, ob studium pertinax omnem disciplinam civilem profanandi nullumque religiosae rei vestigium in actione vitae communis relinquendi, expungi de numero festorum festos Ecclesiae dies; iuri iurando insitam religionis notam detrahi; festinanter legem de divortiis condi; praeceptionem doctrinae christianae a scholis publicis excludi. Denique, ut alia omittamus quae persequi longum est, vehemen-

tius ab his Antistites sacrorum peti, duosque e spectatissimis Episcopis, Portugalliensem et Beiensem, viros cum integritate vitae tum magnis in patriam Ecclesiamque promeritis illustres, de sedibus honoris sui deturbari. — Quum autem novi gubernatores Lusitaniae tot tantaque ederent imperiosae libidinis exempla, scitis quam patienter quam moderate sese adversus eos Apostolica haec Sedes gesserit. Equidem summa diligentia duximus cavendum, ne quidquam ageremus, quod posset contra Rempublicam hostiliter actum videri. Nonnulla enim spe tenebantur fore, ut ii aliquando saniora inirent consilia, ac de iniuriis illatis aliquo tandem pacto Ecclesiae satisfacerent. Verum tota re Nos fefellit animus: ecce nefario operi tamquam fastigium imponunt pessimae ac perniciosissimae promulgatione legis de Civitatis ab Ecclesiae rationibus separandis. Iamvero vulnus tam grave iuri et dignitati inustum religionis catholicae toleranter ferre ac praeterire silentio haudquaqum apostolici religio officii Nos patitur. Quapropter his vos litteris appellamus, Venerabiles Fratres, universoque nomini christiano omnem huius facti indignitatem denuntiamus.

Principio legem de qua loquimur, absurdum quiddam esse et monstmosum apparet ex eo, quod rem publicam divini cultus esse expertem statuit, quasi vero non ab Ipso, qui conditor et conservatur est rerum omnium, cum homines singuli tum consociatio quaevis hominum et communitas pendeat: item, quod catholicae religionis observantia solvit Lusitaniam; eius inquimus religionis, quae huic genti maximo semper praesidio et ornamento fuit, quamque universitas fere civium profitetur, Sed tamen, esto : placuit tantam civitatis Ecclesiaeque coniunctionem, eamque sollemni p actorum fide confirmatam, discindi. Hoc posito discidio, consentaneum profecto erat omittere Ecclesiam et sinere ut communi libertate ac iure uteretur, quo quisque civis et honesta quaeque civium societas utitur. Quod totum contra est. Nam a separatione quidem haec lex nomen habet, re tamen ipsa eam habet vim, ut Ecclesia in externis

bonis ad extremum inopiae spoliando redigat, in iis autem quae sunt sacrae potestatis ac spiritus, in servitutem reipublicae opprimendo tradat.

Et primum, quod attinet ad res externas, ita se Lusitana Respublica ab Ecclesia segregat, ut nihil omnino ei relinquat unde tueri decus Domus Dei, sacricolas alere, multiplicia caritatis pietatisque exercere munia possit. Etenim, huius praescripto legis, non solum quascumque res Ecclesia mobiles immobiles obtinet, ex earum possessione, quamvis optimo iure parta, detruditur; verum etiam quaevis ei potestas adimitur quidquam sibi in posterum acquirendi. Statuitur quidem, ut certa civium corpora divino cultui exercendo praesideant; verum quae his datur facultas ad accipiendum quidquid in eam causam oblatum sit, mirum quam angustis terminis circumscribitur. Praeterea quibus obligationibus obstricti, cives catholici aliquid vel subsidii vel stipendii suo quisque curioni praestare consueverunt, eas extinguit lex ac perimit, prohibens, ne quid iam eo nomine exigatur. Utique sinit, ut ipsi sumptibus in divinum cultum faciendis catholici homines voluntaria stipis collatione provideant; sed tamen iubet de summa ob eam rem confiata detrahi tertiam partem et in officia beneficentiae civilis nisum i. Atque ad haec omnia illud velut cumulus accedit, quod ex hac lege aedificia quae deinceps comparari aut exstrui contingat in usum sacrorum, ea, cum definitus annorum numerus effiuxerit, submotis possessoribus legitimis nec iis factis indemnibus, in publicum referentur.

De rebus vero, in quibus sacra Ecclesiae potestas proprie versatur, multo est gravius multoque perniciosius ludibrium *Separationis* huius, quae, uti diximus, ad indignam ipsius Ecclesiae recidit servitutem. — Primum omnium, Hierarchia prorsus, tamquam* ignorata, negligitur. Si qua de hominibus sacri ordinis mentio fit, ideo fit, ut interdicatur eis, ne ullo se modo ordinationi religiosi cultus immisceant. Omnis ea cura demandata est consociationibus *laicorum,* quae institutae iam sint, aut futurae sint, beneficentiae causa, et quidem institutae

ad normam disciplinae civilis, ex auctoritate Reipublicae, nulla ut ratione ab Ecclesiae potestate pendeant. Quod si de consociatione, cui sit hoc muneris deferendum, clerici cum laicis dissenserint, aut inter laicos ipsos non convenerit, diiudicanda res relinquitur non Ecclesiae sed arbitrio Reipublicae, quae sola in hisce institutis dominatnr. Atque in constituendo divino cultu usque adeo rectores rei Lusitanae non patiuntur locum esse Clero, ut aperte praescriptum et statutum sit, non posse, qui religionis ministeriis sint addicti, aut in decurias parochiarum cooptari aut in partem vocari administrationis vel regiminis consociationum, quas memoravimus: qua quidem praescriptione nihil iniquius aut intolerabiles cogitari potest, cum clericorum ordinem in ea ipsa re, qua praestat, inferiorem, quam ceteros cives, conditione faciat.

Quibus autem vinculis Lusitana lex constringat et implicet Ecclesiae libertatem, vix credibile est : adeo cum institutis horum temporum atque etiam cum publicis libertatum omnium praeconiis pugnat res : adeo est humano quovis civilique populo indigna. Igitur sancitum est gravibus poenis, ne qua sacrorum antistitum acta mandari typis, ullove pacto, ne intra parietes quidem templorum, proponi populo liceat, nisi concessu Reipublicae. Praeterea interdictum, extra sacrarum aedium limina, ne, inconsulta Republica, caerimoniarum quid celebretur, ne qua pompa circumducatur, ne quis ornamenta sacra neve ipsam vestem talarem gerat. Item vetitum, non modo ad monumenta publica, sed etiam ad aedes privatorum quidquam apponi quod catholicam religionem sapiat; at minime vetitum, quod catholicos offendat. Item societatem coire religionis pietatisque colendae gratia, non licet: cuius quidem generis societates eodem plane habentur loco atque illae nefariae, quae scelerum causa conflentur. Ad haec, cum concessum sit omnibus civibus ad suum arbitrium uti posse rebus suis, catholicis tamen, contra ius fasque importune coangustatur potestas huiusmodi, si quid de suo attributum velint solandis piorum manibus aut sumptibus divini cultus suppeditandis : et quae id genus pie statuta iam

sunt, impie deformata convertuntur in alios usus, violatis testamentis et voluntatibus auctorum. Denique Respublica - id quod maxime est acerbum et grave - non dubitat regnum invadere auctoritatis Ecclesiae, ac plura de ea re praescribere, quae cum ad ipsam sacri ordinis constitutionem spectet, praecipuas curas Ecclesiae sibi vindicat : de disciplina dicimus et institutione sacrae iuventutis. Neque enim solum cogit alumnos Cleri, ut doctrinae et litterarum studiis, quae theologiam antecedunt, in lyceis publicis dent operam, ubi ipsorum integritas fidei, ob alienum a Deo Ecclesiaque institutionis genus, praesentissimis sane periculis est obiecta; verum in domesticam etiam Seminariorum vitam temperationemque sese infert Respublica, sibique ius arrogat designandi doctores, probandi libros, sacra Clericorum studia moderandi. Ita vetera in usum revocantur scita *Regalistarum;* quae quidem molestissimam arrogantiam habuerunt, dum Civitatis Ecclesiaeque concordia stetit, nunc vero, quum Civitas sibi cum Ecclesia nihil iam vult esse, nonne pugnantia et plena insaniae videantur? — Quid, quod etiam ad Cleri depravandos mores atque ad incitandam defectionem a praepositis suis hanc apprime factam legem dixeris? Nam et certas pensiones ex aerario assignat iis, qui sint, antistitum auctoritate, a sacris abstinere iussi, et singularibus beneficiis sacerdotes ornat, qui, suorum officiorum misere immemores, ausi fuerint attentare nuptias, et, quod referre piget, eadem beneficia ad participem fructusque, si qui fuerint superstites, sacrilegae coniunctionis extendit.

Postremo parum est quod Ecclesiae Lusitanae, suis despoliatae bonis, servile prope iugum imponit Respublica, nisi etiam nitatur, quantum potest, hinc ipsam e gremio catholicae unitatis deque complexu Ecclesiae Romanae divellere, illinc impedire, quominus religiosis Lusitaniae rebus Apostolica Sedes auctoritatem providentiamque suam adhibeat. Itaque ex hac lege, ne Romàni quidem Pontificis iussa pervulgari, nisi concessum sit publice, licet. Pariter sacerdoti, qui apud aliquod athenaeum, Pontificia auctoritate constitutum, academicos in

sacris disciplinis gradus consecutus sit, etiam si theologiae spatium domi confecerit, sacris fungi muneribus non licet. In quo planum est, quid velit Respublica : nempe efficere, ut adolescentes clerici, qui perfici sese et perpoliri in studiis optimis cupiunt, ne ob eam causam conveniant in hanc urbem, principem catholici nominis; ubi certe proclivius, quam usquam alibi, factu est, ut et mentes incorrupta christianae doctrinae veritate, et animi sincera in Apostolicam Sedem pietate ac fide conformentur. Haec, praetermissis aliis, quae quidem non minus iniquitatis habent, haec igitur praecipua sunt improbae huius legis capita.

Itaque, admonente Nos Apostolici conscientia officii ut, in tanta importunitate et audacia inimicorum Dei, dignitatem et decus Religionis vigilantissime tueamur, ac sacrosancta Ecclesiae catholicae iura conservent s, Nos legem de Lusitana Republica Ecclesiaque separandis, quae Deum contemnit, professionemque catholicam repudiat; quae pacta solemniter conventa inter Lusitaniam et Apostolicam Sedem, ius naturae ac gentium violando, rescindit; quae Ecclesiam de iustissima rerum suarum possessione deturbat; quae ipsam Ecclesiae libertatem opprimit divinam que constitutionem pervertit; quae denique maiestatem Pontificatus Romani, Episcoporum ordinem, Clerum populumque Lusitaniae atque adeo catholicos homines, quotquot sunt orbis terrae, iniuria contumeliaque afficit, pro apostolica auctoritate Nostra improbamus, damnamus, reiicimus. Quum autem vehementer conquerimur huiusmodi latam, sancitam, propositam in publicum esse legem, sollemnemque cum omnibus, quicumque rei auctores ac participes fuerunt, expostulationem facimus, tum vero quidquid ibi contra inviolata Ecclesiae iura statutum est, nullum atque inane et esse et habendum esse edicimus ac denuntiamus.

Profecto haec difficillima tempora, quibus Lusitania, post indictum publice Religioni bellum, connectatur, magnam Nobis sollicitudinem tristitiamque efficiunt. Dolemus nimirum tot maiorum spectaculo, quae gentem, Nobis penitus dilectam, pre-

munt; angimur exspectatione acerbiDrum rerum, quae certe eidem impendant,-nisi qui praesunt, mature se ad officium revocarmi - Sed vestra Nos eximia virtus, Venerabiles Fratres, qui Lusitanam gubernatis Ecclesiam, Clerique istius ardor vestrae virtuti mirabiliter concinens, valde consolatur, bonamque spem affert, fore istic aliquando res, Deo adiuvante, meliores. Vos enim omnes non sane securitatis rationem aut commodi, sed officii et dignitatis habuistis nuper, cum iniquam *discidii* legem palam et libere indignando repudiastis; cum una voce professi estis malle vos vestrorum iactura bonorum sacri muneris redimere libertatem, quam pro mercedula pacisci servitutem; cum denique negastis ullo unquam aut astu aut impetu inimicorum posse vestram cum Romano Pontifice coniunctionem labefactari. Ista quidem, quae in conspectu Ecclesiae universae dedistis, fidei, constantiae magnique animi praeclara documenta, sciatis cum voluptati bonis omnibus, tum vobis honori, tum ipsi laboranti Lusitaniae emolumento fuisse non mediocri. — Quare pergite, ut instituistis, Religionis causam, quacum salus ipsa communis patriae connexa est, agere pro viribus : sed videte in primis, ut et ipsi inter vos, et christianus populus vobiscum, et omnes cum hac Beati Petri Cathedra summam consensionem et concordiam retineatis diligenter et confirmetis. Hoc enim auctoribus nefariae legis propositum est, quod diximus: non a Republica (ut videri volunt) *separare* Ecclesiam Lusitanam, quam despoliant opprimuntque, sed a Vicario Iesu Christi. Quod si tali hominum consilio ac sceleri occurrere atque obsistere omni vos ope studueritis, iam rebus Lusitaniae catholicae commode per vos consultum fuerit. Nos interea, pro singulari qua vos diligimus caritate, Deo omnipotenti supplices erimus, ut diligentiae studioque vestro bonus faveat. - Vos autem rogamus, reliqui orbis catholici Antistites, ut id ipsum officii tam necessario tempore sollicitis e Lusitania fratribus praestare velitis.

Auspicem vero divinorum munerum ac testem benevolentiae Nostrae, vobis omnibus, Venerabiles fratres, et Clero

populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxiv mensis Maii, in * festo Dominae Nostrae Mariae, adiutricis christianorum, anno MCMXI, Pontificatus Nostri octavo.

PIVS PP. X.

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

CONSTITUTIO NOVI VICARIATUS APOSTOLICI IN REGIONE COREANA DE « TAI-KOU » NUNCUPATI.

PIUS PP. X.

Ad futuram rei memoriam. — Quo uberiores fructus in Domino percipi queant, regiones quae nimis in latitudinem pateant, libenti quidem animo describimus, praesertim quum fidelium numerus, feliciter auctus, id postulare videatur. Cum vero unus Apostolicus Vicariatus totam Goreanam regionem, sub laponensium potestatem modo redactam, complectatur, cumque Venerabilis Frater Gustavus Mutel, Episcopus titularis Milensis, eiusdem Missionis Praesul, studio ac sollertia apprime commendatus, opportunum censuerit meridionales illius amplissimae regionis partes in proprium Vicariatum per Nos erigi ; Nos huiusmodi consilium, ad maiorem Dei gloriam non minus quam ad spiritualem fidelium utilitatem spectans, ac VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Christiano nomini propagando suffragiis fultum, propensa audivinius voluntate. Quare Motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, praesentium vi, a supradicto Vicariatu Coreano civiles praefecturas, quas vulgo « Kieng-syàng-to » et « Tiyen-la-to » appellant, seiungimus, easque in separatum Vicariatum Apostolicum a Civitate « Tai-kou » nuncupandum, cum omnibus iuribus, privilegiis honoribusque erigimus et constituimus, indito antiquae Missioni nomine Vicariatus Apostolici « de Seoul ». Denique magnis perpensis laboribus et ipsa sanguinis effusione, quibus alumni e Seminario Parisiensi pro Missionibus ad exteras gentes, iam inde ab anno MDCCGXXXI huiusmodi regiones excoluerunt, pari Auctoritate Nostra novam hanc Missionem, in meridionalibus Coreanae regionis

terris constitutam, alumnis eiusdem Seminarii Parisiensis curandam concredimus. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat, vel spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos iudicari ac definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus Apostolicis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die VIII Aprilis MDCCCCXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. S.

IL

ERECTIO NOVI VICARIATUS APOSTOLICI SCEN-SI SEPTENTRIONALIS.

PIUS PP. X.

Ad futuram rei memoriam. — Non sine magno animi Nostri solatio comperimus, novissimis his annis Missionarios ex Ordine Fratrum Minorum in Vicariatu Scen-Si septentrionalis ministerium apostolicum naviter ac fructuose exercentes, boreales ac montanas dictae Missionis regiones, pro eo quo praestant animarum salutis provehendae studio, excolere coepisse : eorumque laboribus ita Divinam Providentiam respondisse, ut dissitae eaedem ac fere inhospitae plagae iam frequenti Christifidelium numero polleant. Cum autem sollertissimus illius Missionis Praesul, Venerabilis Frater Gabriel Maurice, Ordinis Fratrum Minorum, Episcopus titularis Lesbitensis, inspecta potissimum nimia neo-conversomm a residentia ipsius distantia et magna simul itinerum asperitate, enixas Sanctae huic Sedi preces porrexerit, ad impetrandam regionum borealium ipsius Vicariatus divisionem, earumque erectionem in separatum Vicariatum ; Nos omnia rei momenta attento seduloque studio cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis pertractanda censuimus. Ut igitur aucto Pastorum numero fréquentions gregis custodiae satius pro videamus, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostra, nec non de eorundem Fratrum Nostrorum consilio, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium tenore, quae sequuntur decernimus, edicimusque. Integre seiungimus a Vicariatu Apostolico Scen-Si

septentrionalis tum duas civiles praefecturas seu « Fu », scilicet « Yu-Lin-Fu » cum quatuor subpraefecturis « Shien » et unum « Chow » ; et « Yen-An-Fu » cum suis decem subpraefecturis ; tum duas civitates secundi ordinis (Chow), videlicet « Suei-Te-Chow » cum suis tribus subpraefecturis (Shien) et « Fu-Chow » pariter cum suis tribus subpraefecturis. Hanc vero regionem ita constitutam, prouti ex geographica charta patet, eadem Nostra Auctoritate in separatum Apostolicum Vicariatum erigimus, proprio Antistiti committendum : atque huic novo Vicariatui Apostolico, de Scen-Si septentrionalis nomen facimus; antiqua vero de Scen-Si septentrionalis Missio sic boreali territorio imminuta, Scen-Si centralis appellatione distinguetur. Denique curam novi Vicariatus concredimus Fratrum Minorum Ordini, de fide propaganda illis in regionibus tam ample merito. Porro haec mandamus, decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas et efficaces semper existere ac manere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant plenissime suffragari, sicque in praemissis rite iudicandum esse, irritum que atque inane fore, si secus quidquam super his a quovis, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque etiam speciali atque individua mentione ac derogatione dignis quae in contrarium faciant quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xn Aprilis MDCCCCX!, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
L. ££j S. *a Secretis Status.*

III.

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE « HO-NAN » OCCIDENTALI
ERIGITUR IN VICARIATUM APOSTOLICUM.

PIUS PP. **x.**

Ad futuram rei memoriam. — Cum summa afficiamur laetitia ob exantlatos a Sacerdotibus labores, ut Christianum nomen in remotis regionibus propagetur, eorum Missiones praecipuis gratiis ac privilegiis libentes exornamus. Itaque compertum habentes Apostolicam Praefecturam de « Ho-Nan » occidentali, alumnis Aemiliani Instituti a S. Francisco Xaverio pro Missionibus ad exteras gentes, iam inde ab anno MCMVI concreditam, magnum incrementum in Domino suscepisse, Guidonis

Mariae Conforti, Parmensis Ecclesiae Praesulis votis, cuius studio et cura memoratum Institutum decem et sex abhinc annis ortum habuit, benigne exceptis, eandem Missionem ad maiorem dignitatis gradus evehendam libenti quidem animo censemus. Idque eo propensius cumulatiusque facimus, quod spes Nobis affulget, fore ut uberiores semper fructus ex illa regione percipiantur. Quare omnibus rei momentis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus S. Congregationi Fidei Propagandae praepositis, sedulo diligenterque perpensis, Motu-proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra praesentium vi Praefecturam Apostolicam de « Ho-Nan » occidentali iisdem, quibus in praesens limitibus continetur, eodemque nomine servatis, in Apostolicum Vicariatum erigimus et constituimus cum omnibus et singulis iuribus, privilegiis, honoribus, indultis, quae ad huiusmodi Missiones pertinent. Denique cum Alumni Aemiliani supradicti Instituti eximiam sibi laudem comparaverint in Catholica fide inter Sinenses pro viribus dilatanda ac tuenda, ita hunc quoque novum Vicariatum de « Ho-Nan » occidentali eorum operae et solertiae servatum volumus ac mandamus. Decernentes, praesentes Litteras firmas, validas, efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit plenissime suffragari, sicque in praemissis iudicandum esse atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Sanctionibus Apostolicis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die n Maii MCMX r, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. £ß S.

IV.

SUPERIOR GENERALIS PRO TEMPORE CONGREGATIONIS IESU ET MARIAE ELIGITUR IN PERPETUUM SUPREMUS MODERATOR SOCIETATIS A CORDE MATRIS ADMIRABILIS.

PIUS PP. **X.**

Ad perpetuam rei memoriam. — Pia Consociatio, quam saeculo XVII B. Ioannes Eudes condidit et appellatione Cordis Matris Admirabilis notavit, progrediente aetate tantum incrementum cepit, ut nunc temporis compluribus in dioecesibus rite instituta inveniatur, quamquam, variato nomine, modo Tertius Ordo Sacri Cordis modo Tertius Ordo Eudistarum

passim audit. Cuius Consociationis finis maxima videtur laude dignus; Sodalibus enim propositum est virtutes Sacratissimorum Cordium Iesu et Mariae, quibus se devovent, imprimis caritatem, mansuetudinem, misericordiam sollerti imitatione persequi, divinam gloriam pro viribus curare, assiduasque Domino adhibere preces, ut sacerdotum copiam, qui enixo religionis studio flagrent, Ecclesiae suae suppeditet in dies abundantiorem. Quae quum ita sint, quumque iam per trecentos fere annos Consociatio illa uberes fructus ediderit, Nos, ad periculum arcendum ne, in ramos divisa, laboret seiunctione pristinumque amittat vigorem, illius perenni vitae securius et efficacius prospicere statuimus. Apostolica igitur Auctoritate Nostra, per has litteras, Superiorem Generalem Congregationis Iesu et Mariae, pro tempore existentem, Supremum Moderatorem Societatis Cordis Matris Admirabilis, quam vulgo Tertium Ordinem Sacri Cordis vel Eudistarum appellant, in perpetuum eligimus, facimus ac renuntiamus, eique omnia et singula tribuimus iura et praerogativas, quae huic insunt muneri. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die n Maii MDCCCCXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
L S. *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I.

AD R. P. D. ANTONIUM MENDES BELLO, PATRIARCHAM OLYSSIPONENSEM CETEROSQUE LUSITANIAE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS, DE COMMUNI EORUM EPISTOLA AD LUSITANIAE POPULOS DATA GRATULANDI CAUSA.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Nostris subiciendas oculis litteras misistis, quas, pro pastoralis officii munere, communi consilio ad populum haud ita pridem, dedistis. Sapientes illae Nobis visae sunt ac temporum rerumque adiunctis summopere accomodatae. Vos sane positi a Spiritu Sancto regere Ecclesiam, perspecta optime habetis quae in praesenti rerum publicarum perturbatione, istic premant et impendant mala, quidve ex eis periclitetur religio; atque epistola, quae vestram egregie commendat navitatem, officia complexi estis quae Lusitaniae catholicis (quorum cura Nos iamdiu sollicitat) manent religiosissime obeunda.

Ex iis illud iure eminet quod primo loco attigistis; oportere, scilicet, religionis et Ecclesiae rationes, quae profecto sunt humanis maiores, esse ac perstare a partium studiis et ab eventuum varietate prorsus alienas; et nefas catholicis ab excitata rerum novarum cupidine gradum facere ad avitam fidem exuendam. *Nec enim,* praeter Christum, *aliud nomen est sub coelo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri* (Act. IV, 12). Abhorreret praeterea a perspicua ingenii morumque suavitate Lusitanorum, insigni iniuria ac animo beneficiorum prorsus immemori, maternum Ecclesiae illius amplexum respuere quae eos, pene editos in lucem, gremio excepit, et, Christo regeneratos, iis sedulo fovit et auxit bonis, ex quibus tanta humanitatis vis in eorum gentem influxit, tanta manavit ad extremas usque Orientis oras eorum gloria nominis, quantam domesticarum testatur memoria rerum.

Plane vero cohaerent sententiae Nostrae quae, orationis decursu, fusiori calamo prosequuti estis doctrinae capita de obedientia iis praestanda qui praesunt, renuenda iniustis legibus. Haec quippe praecepta sunt Evangelii, maiora equidem quam ut hominum voluntate aboleri aut infirmari umquam possint: haec perpetua Ecclesiae disciplina, quocumque tandem regiminis genere civitate tenerentur.

Neque illud minus scite ac provide dictum, quod ultimo loco monuistis: in tanta nempe rerum inclinatione, esse gregibus vestris quam quae maxime necessariam tum arctissimam animorum coniunctionem, tum Ecclesiae Praesulum auctoritati parem officio verecundiam. Altera enim alterius poscit opem et coniurant amice tum ad augendas catholicas vires, tum ad eas ita instruendas, ut catholicorum multitudo ad certamen prodeat ut castrorum acies ordinata. — Caeterum, alia non suppetit via qua fideles vestri valeant sese ab ingravescentibus quotidie difficultatibus expedire, ac minus infensa Ecclesiae parare tempora.

Haec, Venerabiles Fratres, potiora rerum momenta quae vestra exornavit epistola: plena quidem consilii ac providentiae epistola, et haud obscurum monumentum vestrae cum in religionem, tum in communem patriam caritatis. Confidimus, divinae gratiae auxilio, non exiguum vos ex navitate vestra fructum capturos. Interim pergite, hortamur, pari discrimini contentione fungi delato vobis munere sanctissimo gravissimoque; et absit quod, ingruente procella, animos despondeatis. *Fidelis,* probe nostis, *est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione proventum* (1. Cor. x, 13). Hoc vero velimus in omnium vestrum animos alte descendat, quod experiendo optime novimus: etsi inimica vis quae nulla ferme in Europae parte Ecclesiam iamdiu sinit quiescere, in omne asperitatis genus, etiam

penes vos, sit eruptura, multas tamen et Nobis et vobis animi aegritudines, multas Lusitano populo calamitates prohiberi poterunt, si quotquot istic sunt catholici traditam a Clero disciplinam pronis auribus excipiant: si Clerici universi *ad omne opus bonum instructi*, dicto vestro sint audientes: si vos denique, Venerabiles Fratres, mutuam servantes caritatem, Ei constanter adhaereatis qui in Christi Ecclesia columna est ac firmamentum. Constantes igitur estote et, caritatis ac concordiae vinculis abstricti, viriliter agite. Neque enim fas est terreri pugnae periculo, qui victoriae laetatur triumpho. Et *haec* sane *est victoria quae vincit mundum, fides nostra.*

Auspicem divinorum munerum Nostraeque testem benevolentiae, Apostolicam Benedictionem, vobis, Venerabiles Fratres, Cleris populisque vestris peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die xv Martii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS. PP. X.

II.

AD RR. DD. PONTIFICII INSTITUTI BIBLICI PRAESIDEM AC DOCTORES, DE STUDIORUM CURSU IN EODEM INSTITUTO CONFIRMANDO AC PROVEHENDO.

Dilecti Filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Iucunda sane ad recolendum Pontificii instituti Biblici cum primordia, tum incrementa. Vix enim providentia Nostra conditum, divino munere beneficioque, ita auctu pene quotidiano ceterique gressu adolevit, ut opus pene umbratile angustisque circumscriptum finibus, celebritate refertissimum omnique eruditionis ac doctrinae adiumento egregie instructum studiorum biblicorum domicilium brevi effectum sit. Hinc etiam feliciter factum ut frequentiae delectorum undique adolescentium qui Romam conveniunt « divinorum eloquiorum scientia singulares evasuri » impares iam priores aedes effectae, Apostolicae Sedis cura, ampliores commodioresque fuerint attributae. Parem vero celebrantium numero sese probare conspicimus laetabilium fructuum copiam, quam ' omnium vestrum ingenium ac navitas auditorum que diligentia hucusque pepererе. Quae quidem initia atque incrementa, auspicia rerum secunda, et praesentissimo Dei auxilio tribuimus, et vobis omnibus, Dilecti Filii, quorum perspecta Nobis est doctrinae solertiaeque laus, ex animo gratulamur.

Providentiae vero Nostrae, hunc etiam volumus esse fructum, nova quaedam legum statuta quibus exhibendorum quotannis doctrinae spe-

ciminum ratio multo salubrior eveniat. Perspicuum quippe est quantum sollemnibus huiusmodi experimentis insit momenti ad acuendum in magistris, in discipulis, hinc docendi inde addiscendi ardorem, et ad quaesitas utilitates ex optimis praelectionibus proniore alveo derivandas.

Volumus igitur in primis ut Instituti Nostri alumni atque auditores, ad unum omnes, singulis annis ordinaria doctrinae pericula facere teneantur. Vix enim est qui ignoret longe facilius inde exploratum iri moderatoribus quidem quid alumnorum et auditorum quisque ex emenso studiorum cursu perceperit fructus, alumnis vero atque auditoribus, cui ferendo oneri eorum valeant numeri, et num edita hactenus diligentia acrioribus in posterum indigeat incitamentis.

Quo vero largiora ex periculis huiusmodi commoda proveniant, ordinarius studiorum cursus in Instituto tria doctrinae specimina, extremo quoque anno edenda, complectetur. Horum primum ad ea sese extendet doctrinae capita quibus scientiae biblicae libamenta ac philologicae institutiones continentur, quaeque argumenta fere praebebunt rerum primo anno tradendarum.

Alterum in iis versabitur rerum momentis quibus, secundo anno, auditoribus atque alumnis plenior suppetet sacrae doctrinae haustus: tractationem, dicimus, disciplinarum quae in subsidium sunt graviorum studiorum, et praesertim alicuius sacri textus partis interpretationem. Horum ope compertum fiet num alumni atque auditores ii sint qui valeant, cum spe felicis exitus, integrum absolvere studiorum cursum atque optatam tandem contingere metam.

Exacto demum tertio anno, postremo experimento, quod interpretationem alterius partis sacri textus ac res ultimo hoc anno traditas complectetur, alumnorum atque auditorum doctrina ita periclitabitur, ut liquido appareat eosdem animum biblicis disciplinis satis excoluisse, et pares se probare proposito assequendo quod Instituto in litteris Apostolicis « Vinea electa » praestituimus.

Quo denique omnibus ac praesertim ecclesiasticis superioribus, de studiorum curriculo rite ab alumnis atque auditoribus in Instituto peracto, de perieli tata cum laude doctrina, authenticum praesto sit documentum, id quoque decernimus, ut, scilicet, Instituti praeses, rite suffragantibus doctoribus singulis disciplinis tradendis, alumnis atque auditoribus de comprobata experimento doctrina testimoniales litteras tradat, in forma diplomatis exarandas, quarum tamen argumentum, seu oratio, erit iudicio Nostro rata habenda.

Auspex divinorum munerum Nostraeque benevolentiae testis Apostolica sit Benedictio quam vobis, Dilecti Filii, iisque omnibus qui ductu

et auspicio vestro ad optima studia nituntur, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxii Martii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

III.

AD R. **D.** IOSEPHUM TORRAS Y BAGES, VICENSIUM EPISCOPUM, OB PASTORALEM EPrSTOLAM « DIOS Y EL CÉSAR », GRATULATIONIS ERGO.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Medias inter acerbitates quibus in dies magis angimur ob ea quae, penes Hispaniae gentem, catholicam Ecclesiam premunt eidemque impendent detrimenta, solatio utique Nobis fuit pastoralis epistola quam nuper ad populum dedisti. Te quippe episcopum praestat qualem describit Apostolus « *complectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere* ». Et re quidem vera in doctrina sana et ad tempora summopere accomodata, creditum tibi populum hortatus es principia persequendo atque optime illustrando quibus geminas potestates, ecclesiasticam scilicet ac civilem, rationes mutuas oporteat componere : eos vero qui contradicunt non modo egregie coarguisti, sed et in aperto posuisti occulta quae iidem moliuntur consilia, ac falsi *liberalismi* diluisti atque infirmasti sophismata.

Profecto quae commemorasti dolenter incommoda catholico obiecta nomini, ex eo, uti a prima origine, oriuntur quod qui publicam rem gerunt, pollere se auctoritate arbitrantur nullis circumscripta finibus, idque in iis etiam quae religionem attingunt. Quod quidem quantum absit a vero dilucide tua evicit oratio quum in ea Evangelii defixa sententia « *reddite quae sunt Caesaris Caesari et quae sunt Dei Deo* » naturali divinoque iure suos rei publicae moderatoribus constitutos esse fines ostendit, et nefas eisdem vel de iis quae *mixtae materiae* audiunt proprio marte decernere quin supremi Ecclesiae Capitis consensus atque auctoritas accesserit. Neque enim licet unquam Romani Pontificis auctoritatem missam facere quum de negotiis agitur quae ad Ecclesiam pertinent universae cuiusdam gentis : idque tum praesertim quum negotia eiusmodi inter *causas* recensentur quae *maiores* vocari solent, vel sollemnes pactiones eadem rata ac firma esse iubent.

Enim vero si, non advocato Romano Pontifice, vestrae regimen civitatis praesumeret (quod nec ipsi audent acatholici principes) de religiosa re ius dicere, eo ipso a catholica professione descisceret, quin et abscederet

ab accepta a maioribus maximarum laudum gloria, atque ipsam rei publicae disciplinam subverteret: quum indubium sit catholicam fidem id prae ceteris esse quo Hispaniae populi in unam coalescunt nationem.

Sed opportunitate neque illud vacat quod provide addidisti de proclivi facilique ingenio quo Ecclesia ad honesta et aequa accedit vota. Eadem enim etsi sit immutabilis in iis quae fidem et mores respiciunt, in reliquis tamen haud renuit ad iusta optata sese accomodare: reique omnium perspectissimae adversantur opinionum commenta quorum ope Ecclesiae hostes persuasum ceteris vellent actiones inter Apostolicam Sedem et Hispaniae administralionem in consultationem postremo tempore adductas, fuisse interceptas ob offirmatam Pontificis voluntatem; quum e contra verissimum sit Pontificis consilia nullo non tempore indulgentia pienissima fuisse et ad concordiam prona.

Haec quidem a te, Venerabilis P'rater, diserte copioseque dicta, in praesenti rerum discrimine tanti momenti esse ducimus ut quam latissime in Hispania celebranda velimus. Futurum quippe confidimus ut semel ac probatissimae doctrinae capita quae tua exornavit epistola catholicorum pervaserint animos, nova eisdem suppetant incitamenta ad salutarem vigilantiam, ad fructuosos labores. Quibus laboribus, incolumi utique in iustas leges obsequio, modo acrior usus, quum ingravescant et catholicis propiora fiant quae iamdiu moliuntur discrimina. Ad haec avertenda corde uno sint oportet et anima una quotquot sunt in Hispania catholici, iidemque Apostolicae Sedis, cui firmiter constanterque adhaerendum, dicto audientes religiosissime.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae Apostolica sit Benedictio quam tibi, Venerabilis Frater, tuoque Clero ac populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die i Maii MCMXI Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(Sectio de Indulgentiis).

DECRETUM.

PORTIUNCULAE, quam vocant, INDULGENTIAE lucrandae redeunte iam die, innumerae propemodum Apostolicae Sedi preces undequaque gentium oblatae sunt aliaeque oflerendae praevidentur tum ad iam obten-

tarum hac in re concessionum prorogationem tum ad novarum elargitionem impetrandam. Cum igitur Supremae huius Sacrae Congregationis Sancti Officii, cui Indulgentiarum moderandarum munus incumbit, mens sit certas ac fixas super praestantissimo huiusmodi spirituali favore normas praestituere, ne forte alicubi fideles, dum hae parantur, eo fraudan contingat, Emi ac Rmi DD. Cardinales Inquisitores Generales in plenario conventu habito feria IV die 24 huius mensis generali Decreto, *usque ad novam dispositionem valituro,* statuendum censuerunt :

1.° Omnes et singulae tam pro fidelibus in saeculo viventibus quam pro piis communitatibus antea a Sancta Sede factae et iam nunc expiratae vel in posterum expiraturae de Portiunculae Indulgentia concessiones prorogatae habeantur sine die, firmis, quoad cetera, clausulis et conditionibus praecedentis indulti habitaque ratione, quoad utile sacris visitationibus peragendis tempus, novissimi huius eiusdem Supremae Sacrae Congregationis Decreti diei 26 ianuarii anni currentis *(Acta Apostolicae Sedis, an. III, vol. III, pag. 64).*

2.° Quod ad novas concessiones tam pro fidelibus in saeculo viventibus quam pro piis communitatibus, providendum pariter sine die committitur respectivis Ordinariis cum facultatibus necessariis et opportunis, salvis tamen clausulis et conditionibus *Motu-Prop rio* die 1:1 iunii anni elapsi praescriptis *(Acta Apostolicae Sedis, an. II, vol. II, pag. 443).*

3.° Itidem, demum, respectivis Ordinariis prorogatur sine die facultas, praefato *Moiu-Proprio* superiore anno eisdem concessa, statuendi ad supradictam Indulgentiam lucrandam, loco diei secundae Augusti, Dominicam proxime insequentem, servatis clausulis et conditionibus ibidem appositis.

Quae omnia SSmus D. N. D. Pius divina providentia PP. X, in solita audientia R. P. D. Adsessori sequenti die impertita, benigne adprobare ac suprema Sua auctoritate confirmare dignatus est.

Contrariis quibuscumque, etiam specialissima atque individua mentione dignis, non obstantibus.

Romae, ex Aedibus S. O., die 26 Maii 1911.

Aloisius Giambene,
Substitutus pro Indulgentiis.

L. g* S.

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

L

DECRETUM

DE METHODO SERVANDA IN FERENDA SENTENTIA EXPULSIONIS VEL DIMISSIONIS AB ORDINIBUS ET INSTITUTIS RELIGIOSIS.

Quum singulae praescriptiones ac solemnitates a iure statutae, praesertim ab Urbano VIII, ad ferendam sententiam expulsionis vel dimissionis ab Ordinibus et Institutis Religiosis, commode servari nequeant, huic Sacrae Congregationi opportunum visum est alias statuere praescriptiones, magis expeditas et hodiernis temporum circumstantiis melius accommodatas.

Quare Emi Patres Cardinales eiusdem Sacrae Congregationis, in Plenario Coetu die 3 Martii 1911 ad Vaticanum habito, sequentia statuere decreverunt, nempe :

1. Curiam competentem vel Tribunal competens ad ferendam sententiam constituunt Superior seu Moderator Generalis et Definitores vel Consiliarii seu Adsistentes, non minus quatuor ; si qui deficiant, eorum loco totidem Religiosos eligat Praeses Curiae vel Tribunalis, de consensu aliorum Consiliariorum.

In Congregationibus Monachorum Tribunal constituunt Abbas Generalis cum suo Consilio. Si aliqua Abbatia nulli adnexa sit Congregationi, recurrendum ad Sanctam Sedem in singulis casibus.

% In qualibet Curia seu Tribunali constituatur a Consilio Generali Promotor Iustitiae pro iuris et legis tutela, qui sit Religiosus eiusdem Ordinis vel Congregationis.

3. Processus dumtaxat Summarius in posterum instituatur in expellendis vel dimittendis Religiosis, qui vel vota solemnia in Ordinibus, vel vota perpetua in Congregationibus vel Institutis professi sunt, vel, si vota tantum temporanea emiserint, tamen in Sacris sunt constituti; salvis specialibus privilegiis, quibus aliquis Ordo vel Institutum gaudeat.

4. Ad Processum instruendum deveniri nequit, nisi postquam trina et data monitio et inflicta correctio incassum cesserint, salvis exceptionibus sub *num. 17 et 18.*

5. Monitio facienda est a legitimo Superiore etiam locali de mandato tamen vel licentia Superioris Provincialis seu quasi-Provincialis; qui postremae monitioni opportune adiunget expulsionis vel dimissionis comminationem. Ad effectum expulsionis vel dimissionis non valet monitio vel correctio, nisi ob grave aliquod delictum data fuerit.

6. Monitiones repeti nequeunt, nisi delictum repetitum fuerit, sed in delictis continuatis seu permanentibus intercedat necesse est inter unam et alteram monitionem spatium saltem duorum dierum integrorum. Post ultimam monitionem sex dies integros erit exspectandum, antequam ad ulteriora progressus fiat. -,

7. Ex Processu constare debet de Conventi reitate, necnon de gravitate et numero delictorum, de facto triplicis monitionis, et de defectu resipiscentiae post trinam monitionem.

8. Ut de Conventi reitate constet, tales probationes afferendae sunt, quae animum viri prudentis moveant. Hae probationes desumi possunt ex rei confessione, ex depositione duorum saltem testium fide dignorum, iuramento firmata, atque aliis adminiculis roborata et ex authenticis documentis.

9. Gravitas delicti desumenda est non tantum a gravitate legis violatae, sed etiam a gravitate poenae a lege sancitae, a gravitate doli, et a gravitate damni, sive moralis sive materialis Communitati illati.

10. Ad effectum, de quo agitur, requiruntur ad minus tria crimina gravia eiusdem speciei, vel, si diversae, talia, ut simul sumpta manifestent perversam voluntatem in malo pervicacem , vel unum tantum crimen permanens, quod triplici monitione virtualiter triplex fiat.

11. Ut constet de facto triplicis monitionis regulariter de hoc afferri debet authenticum documentum. Proinde oportet:

a) ut haec fiat vel coram duobus testibus, vel per epistolam, a publicis tabulariis inscriptam, exquisita fide receptionis vel repudii ;

b) ut documentum redigatur de peracta monitione, a dictis testibus subscriptum et in Regestis, vel Tabulario, servandum : vel ut exemplar conficiatur supradictae epistolae, a duobus item testibus pro conformitatis testimonio ante expeditionem subscriptum et in Regestis vel Tabulario pariter asservandum.

12. Defectum resipiscentiae probant novum crimen, post trinam monitionem commissum, vel pervicax et obdurata agendi ratio delinquentis.

13. Superior Provincialis vel quasi-Provincialis Religiosi delinquentis, postquam monitiones et correctiones incassum cesserint, omnia acta et documenta, quae de huius Religiosi reitate exstant diligenter colliget

et ad Superiorem Generalem transmittet, qui ea tradere debet Procuratori Iustitiae, ut ea examinet et suas accusationes, si quas proponendas existimabit, proponat.

14. Accusationes a Procuratore Iustitiae propositae et Processus resultantia accusato notificari debent, eidemque tempus congruum, arbitrio Iudicis determinandum, concedi, quo suas defensiones, sive per se, sive per alium eiusdem Ordinis vel Instituti Religiosum, exhibere valeat; quod si accusatus ipse proprias defensiones non praesentaverit, Curia vel Tribunal defensorem alumnum respectivi Ordinis vel Instituti ex officio constituere débet.

15. Curia seu Tribunal, diligenter perpensis allegationibus sive Promotoris sive Rei, si quidem eas adversari iudicaverit Convento, sententiam expulsionis vel dimissionis pronuntiare poterit; quae tamen, si condemnatus intra decem dies a sententiae notificatione rite ad Sacram Congregationem de Religiosis appellaverit, executioni demandari nequit, donec per eamdem Sacram Congregationem iudicium latum fuerit.

16. Non obstante autem appellatione, reus poterit ad saeculum statim remitti a Moderatore supremo vel Abbate Generali, cum consensu sui Capituli vel Consilii, si ex eius praesentia periculum vel gravissimi scandali, vel damni item gravissimi Communitati eorumque alumnis immineat. Interim habitum dimittat et maneat suspensus, si in Sacris constitutus sit.

17. Qui reus fuerit etiam unius tantum delicti, ex quo periculum gravis scandali publici vel gravissimum detrimentum toti Communitati immineat, poterit, etiam a Superiore Provinciali vel Abbate, ad saeculum item remitti, habitu religioso illico deposito ; dummodo certo constiterit de ipso delicto et de Religiosi, cui illud imputatur, reitate; et interim instituatur Processus ad sententiam expulsionis vel dimissionis ferendam. Qui in Sacris constituti sunt, pariter suspensi maneant.

18. Item contra quaedam delicta censetur veluti lata a iure poena expulsionis vel dimissionis. Quae delicta sunt :

a) publica apostasia a Fide Catholica;

b) apostasia ab Ordine vel Instituto, nisi intra tres menses Religiosus redierit;

c) fuga a Monasterio, suscepta secum muliere;

d) et multo magis contractus, ut aiunt, civilis, vel attentatio aut celebratio matrimonii, etiam validi, seu quando vota non sint solemnia vel non habeant solemnium effectum.

Sufficit in istis casibus, ut Superior Generalis vel Provincialis cum suo respectivo Consilio emittat sententiam declaratoriam facti.

19. Sententia expulsionis vel dimissionis, quocumque modo lata, si agatur de Religioso in Sacris, illico communicanda erit Ordinario originis et Ordinario loci, ubi ille 'moratur, aut sedem suam statuere velle dignoscatur.

20. Omnes Religiosi, de quibus agitur, in Sacris constituti, qui expulsi vel dimissi fuerint, perpetuo suspensi manent, donec a competente Auctoritate, post emendationem vitae, dispensationem obtinuerint. Religiosi vel Clerici, non in Sacris, expulsi vel dimissi, prohibentur, quominus ad superiores Ordines adscendant sine venia Sanctae Sedis. Omnes autem expulsi vel dimissi, etiamsi sese vere emendaverint, ad suum vel ad alium Ordinem vel Congregationem admitti non poterunt, absque speciali licentia Sedis Apostolicae.

21. Ad expellendas Moniales, vota sive solemnia sive simplicia in Ordine proprie dicto professas, et ad dimittendas Sorores, quae vota perpetua emiserunt in Institutis Religiosis, exiguntur graves causae exteriores, una cum incorrigibilitate, iudicio Abbatissae vel Superiorissae cum suo Consilio, respective manifestando per secreta suffragia, experimento prius habito, ita ut spes resipiscentiae evanuerit et ex continuis culpis Monialis vel Sororis incorrigibilis damna immineant Monasterio vel Instituto. Causae minus graves requiruntur ad dimittendas Sorores votorum simplicium in Ordinibus Religiosis. Iustae et graves causae probari debent ab Ordinario loci et, si Monasterium Regularibus subiectum sit, etiam a Superiore Regulari. Insuper accedat necesse est confirmatio Sacrae Congregationis, ita ut expulsio vel dimissio ex parte Ordinis vel Instituti, iuridicum effectum non sortiatur, antequam a Sacra Congregatione confirmata fuerit. Solummodo in casu gravis scandali exterioris, Episcopo loci approbante, Monialis vel Soror statim ad saeculum remitti possit, ita tamen ut Sanctae Sedis confirmatio absque mora petatur.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae Decimo relatis ab infrascripto Sacrae Congregationis Secretario die octava Martii 1911, Sanctitas Sua Decretum hoc approbare et confirmare dignata est; contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 16 Maii 1911.

Fr. I. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. © S.

f Donatus Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

IL

.-DECRETUM

QUOAD IURISDICTIONEM ORDINARIORUM HISPANIAE IN RELIGIOSOS E CLAUSTRIS EIECTOS ET IN MONASTERIA MONIALIUM EXEMPTA.

Quum ih Hispanica Ditione adhuc perdurent peculiares illae circumstantiae, ob quas die 10 Decembris 1858 Religiosi e claustris eiecti et Monasteria sanctimonialium Virginum iurisdictioni respectivorum Ordinariorum Dioeceseon, ad certum determinatumque tempus, Apostolicae Sedis Decreto, ibidem subiecta fuerant; Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa Decimus, referente infrascripto Cardinali Sacrae Congregationi de Religiosis Praefecto, die 16 decurrentis mensis Maii, dignatus est prorogare ad aliud triennium praefatas Ordinariorum facultates 1.° in Religiosos, qui extra claustra anno 1835 positi fuerant, si quis adhuc ipsorum supersit, et 2.° in ea Sanctimonialium Monasteria, quae de iure exempta sunt ; sanans omnia, quae post ultimam earumdem facultatum prorogationem ab ipsis Ordinariis peracta sunt, quaeque sanatione indigent; salvis tamen modificationibus, quae infra hoc triennium Apostolica Sedes huic Decreto afferre posset, si futura rerum adiuncta id expostulaverint.

Voluit tamen eadem Sanctitas Sua, ut in interpretandis eisdem facultatibus apprime serventur ea omnia, quae a sa. me. Pio Papa Nono, per Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium, in epistola typis cusa, d. d. 10 Decembris 1858[1] statuta sunt ; utque Rmi Ordinarii

[1] PERILLUSTRIS AC REVERENDISSIME DOMINE UTI FRATER.

Peculiaribus inspectis circumstantiis, in quibus Monasteria Sanctimonialium Virginum superioribus regularibus subiecta, nec non Religiosi viri e claustris eiecti in Hispanica ditione in praesens reperiuntur, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX existimavit iis speciali Apostolicae Sedis providentia consulendum esse. Idcirco Sanctitas Sua praedicta Monasteria Sanctimonialium Virginum, quas Praesidibus Regularibus subsunt, ac insuper praefatos Religiosos viros extra claustra degentes in Hispaniarum regno iurisdictioni Antistitum seu Ordinariorum locorum, in quibus eadem Monasteria respective reperiuntur, et memorati Religiosi commorantur, Apostolica Auctoritate ad triennium, a data praesentium computandum, nisi interim a Sancta Sede aliter provideatur, subiicit, et subiecta ac subiectos esse decernit ; quin tamen impediatur, quominus enuntiati Religiosi viri libere confugere possint ad suos Praesides seu Superiores Regulares, quando agitur de rebus conscientiam respicientibus, quae ad votorum observantiam et ad obligationes e religiosa professione pro-

prae oculis praesertim habeant specialem Sanctae Sedis mentem, his verbis ibidem expressam : « ... verum admodum congruum esse, ut Ordi-« narii, nisi pro peculiaribus rerum et Monasteriorum adiunctis aliter in « Domino existimaverint, in deputandis eorumdem Monasteriorum Vica-« riis, Confessariis, Moderatoribus seu Directoribus spiritualibus, deligant « Religiosos eiusdem Ordinis, quatenus illi scientia, vitae probitate, pru-« dentia ceterisque qualitatibus praediti reperiantur ».

Poterunt igitur Rmi Ordinarii, absque ulteriore facultate Apostolica, ipsi per se deputare in Confessarios Ordinarios Religiosos respectivorum Ordinum, praevio tamen consensu respectivorum Superiorum Regularium; ea semper servata lege, ut iidem Religiosi in Confessarios designati in suo proprio Conventu vivant, nisi in aliquo determinato casu et ob peculiares omnino circumstantias, Rmi Ordinarii una cum Superioribus Maioribus Ordinis speciale Indultum ab Apostolica Sede impetraverint et obtinuerint ; servatis ceterum de iure servandis quoad triennalem mutationem Confessariorum Ordinariorum reliquisque Apostolicis praescriptis.

Poterunt item Rmi ipsi Ordinarii, si et quando id opportunum duxerint, adhibere Superiores Regulares ad Visitationem canonicam Monasteriorum respectivorum Ordinum peragendam. Hi tamen Visita-

manantes, referantur. Quod vero spectat ad Sanctimonialium Monasteria, de quibus agitur, Sanctitas Sua expresse declarat ea, vi huius pontificiae dispositionis, in omnibus omnino Ordinariis locorum subiici, et ab eis unice regi debere, quin Regulares in iis sese ullo modo immiscere possint; verum admodum congruum esse ut Ordinarii, nisi pro peculiaribus rerum et Monasteriorum adiunctis aliter in Domino existimaverint, in deputandis eorumdem Monasteriorum Vicariis, Confessariis, Moderatoribus, seu Directoribus spiritualibus, deligant Religiosos eiusdem Ordinis, quatenus illi scientia, vitae probitate, prudentia, ceterisque qualitatibus praediti reperiantur.

Haec quidem Tibi ex Sanctitatis Suae mandato communicamus, ut delegata superius iurisdictione pro ea, qua praestas prudentia in tua Dioecesi utaris, facta tamen in singulis actis expressa mentione huius specialis Apostolicae delegationis : Teque simul monitum volumus ut si in earumdem facultatum usu dubitatio vel difficultas exoriatur, eam ad hanc S. Congregationem negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositam, solvendam proponas.

Interim vero Amplitudini Tuae fausta ac prospera cuncta adprecamur a Domino.

Romae, ex S. Congregatione Episcoporum et Regularium, die 10 Decembris 1858.

Amplitudini Tuae

addictissimus servus

G. CAED. DE GENGA, *Praefectus.*

A. Archiepiscopus Philippen., *Secretarius.*

tores eas tantum habeant facultates, quas Rmi Ordinarii ipsis commiserint, quaeque, hac non obstante delegatione, Episcopis integrae manent.

Hoc autem Decretum una cum exemplari supradictae Epistolae « Peculiaribus inspectis circumstantiis » d. d. 10 Decembris 1858, omnibus et singulis Rmis Ordinariis Hispaniae notum fiat et communicetur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die *U* Maii 1911.

FR. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. $ S.

f Donatus Archiep. Ephesinus, *a Secretis.*

S. CONGREGATIO RITUUM

i.

DUBIA.

CIRCA ORGANI SONITUM AD ADIUVANDUM CANTUM GREGORIANUM ET FORMULAM BENEDICTIONIS APOSTOLICAE IMPERTIENDAE IN FINE CONCIONUM.

A Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum resolutio expostulata est; scilicet:

Quum Caeremoniale Episcoporum numquam supponat, cantum gregorianum organum vocibus consociari ; quaeritur :

I. An hodiernus usus praedictum cantum adiuvandi organis sustineri possit?

II. Et quatenus affirmative ad L, an etiam in Officiis et Missis, in quibus sonus organi prohibetur, liceat organum adhibere solummodo ad associandum et sustinendum cantum, silente organo cum silet cantus?

III. Quibusdam in Brevibus, quibus fit sacerdotibus potestas, in fine concionum, benedictionem, cum Indulgentiae plenariae favore, populo impertiendi, edicitur id fieri debere cum Crucifixo, iuxta ritum formulamque praescriptam ; nunc quaeritur quinam sint hi ritus et formula adhibendi ?

Et Sacra eadem Congregatio, exquisito Commissionis Liturgicae suffragio, reque sedulo perpensa, ita respondendum censuit:

Ad I. Affirmative, exceptis tantummodo iis Officiorum ac Missarum partibus, quae, iuxta liturgicas nunc vigentes leges, sine comitantibus organis debeant penitus decantari.

Ad II. Affirmative in casu necessitatis.

Ad III. Unicum signum crucis cum Crucifixo, adhibita formula: « Benedictio Dei Omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super vos, et maneat semper ». BJ. Amen.

Atque ita rescripsit. Die 11 Maii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. j$j S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

IL

DECRETUM

SUPER EDITIONIBUS LIBRORUM SACRAM LITURGIAM SPECTANTIUM.

Pluries a Sacra Rituum Congregatione normae traditae sunt Typographus pro editione Librorum Liturgicorum, praesertim per decreta dd. 11 Augusti 1905, 14 Februarii 1906 ac 25 Ianuarii vertentis anni, quod postremum respicit editionem vaticanam eiusque reproductiones super Libris cantum gregorianum continentibus. Quo vero eiusmodi normae latius pleniusque compleantur, Sacra eadem Congregatio, ad praecavendos et impediendos abusus, haec quae sequuntur, accurate discussa et perpensa, statuere voluit, atque servanda decrevit:

I. Editiones Librorum Sacram Liturgiam spectantium, sive Ritus et Preces in Sacris Functionibus peragendis contineant, sive Sacras Caeremonias supradictos Ritus Precesque comitantes praescribant, sive huius Sacrae Congregationis Decreta in unum collecta referant, sunt vel *Typicae,* vel iuxta *Typicas.*

II. Editiones *Typicae* excudere tantum possunt vel Pontificia Typographia Polyglotta Vaticana, vel alii Typographi Pontifìcii, qui a Sacra Rituum Congregatione veniam obtinuerint.

III. Singula editionis typicae folia revisioni huius Sacrae Rituum Congregationis submittentur, quae seu Commissionis Liturgicae, seu Commissionis de Musica et Cantu Sacro, iuxta opportunitatem, sententiam exquiret.

IV. Quaevis typica editio approbationis referet Decretum, talem editionem esse typicam declarans, simulque omnibus editoribus praescribens, ut praedictae editioni typicae futuras editiones omnino conforment.

V. Editores, aliqua editione typica completa, duo exemplaria huic

Sacrae Rituum Congregationi tradent, in Archivio ipsius Sacrae Congregationis maxima cura et studio conservanda.

VJ. Quivis Typographus, accedente consensu et approbatione respectivi Ordinarii, editiones *iuxta typicas,* quae nempe adamussim praedictis editionibus typicis respondeant, excudere potest.

VII. Rmi locorum Ordinarii, diligenti rerumque liturgicarum perito constituto revisore, qui videat an praefatae editiones plane cum typicis concordeut, talem concordantiam declarent et *imprimatur* apponant.

VIII. Quoad editiones Missarum aut Officiorum alicuius Dioecesis Propriorum, de quibus editio typica non extat, si in ipsa Dioecesi cudendae sint, Rmi locorum Ordinarii concordantiam cum originalibus declarent et *imprimatur* apponant. Quoad vero editiones Propriorum tum alienae Dioecesis, tum Ordinum Regularium seu Congregationum, Rmi locorum Ordinarii, quorum iurisdictioni Typographi subiacent, *imprimatur* apponant, postquam vel Ordinarius Dioecesis, vel Superior Ordinis seu Congregationis, ad quos praedicta Officia seu Propria pertinent, de harum editionum concordantia cum originalibus a Sacra Rituum Congregatione approbatis Rescriptum, quod pariter edendum est, sibi remiserint.

IX. Inter Libros Sacram spectantes Liturgiam, ad effectum praesentis Decreti, sequentes praecipue adnumerandi sunt:

a) Breviarium Romanum
b) Missale Romanum — eorumque excerpta.
c) Rituale Romanum
d) Pontificale Romanum

e) Martyrologium Romanum.

f) Caeremoniale Episcoporum.

g) Propria tum Officiorum, tum Missarum alicuius Dioecesis, Ordinis, seu Congregationis Religiosae.

h) Memoriale Rituum Benedicti Papae XIII pro minoribus Ecclesiis.

i) Instructio Clementina pro expositione Sanctissimi Sacramenti.

j) Collectio Decretorum Sacrae Rituum Congregationis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 17 Maii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ffi S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

i.

VERCELLEN.

NULLITATIS MATRIMONII (ARDIZZONE-BALBIS).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die 20 Martii **1911,** *BR. PP. DD. Seraphinus Many* Ponens, *Franciscus Heiner et Ioannes Prior, Auditores de Turno, in causa* - Vercellen. Nullitatis matrimonii - *instante pro appellatione* **Dno** *Ioanne Arditone, actore, adversus sententiam Curiae Archiepiscopalis Vercellensis, inter eumdem Ioannem Ardizzone, repraesentatum per procuratorem Vincentium Sacconi advocatum, et Innocentiam Balbis, contumacem, interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Die 7 Aprilis anni 1894, Ioannes Ardizzone et Innocentia Balbis matrimonium contraxerunt in civitate Vercellis ; ad quod matrimonium Ioannes a patre non leviter fuerat impulsus. Non multis diebus post contractas nuptias elapsis, mulier semel et iterum a viro secessit ; cum autem hic per unum annum in praesidiis militaribus meruisset, iterum vir et mulier convenerunt, sed ad tres aut quatuor hebdomadas tantum ; quibus transactis separatio de facto inter coniuges instituta est. Tandem, post aliquot annos, Ioannes, a fratre Eusebio, sacerdote, de nullitate matrimonii sui edoctus, instititit die 19 Iulii 1907, apud Curiam Archiepiscopalem Vercellensem, ut suum cum Innocentia Balbis matrimonium ex capite vis et metus nullum declararetur. Cum autem ab hac Curia, die 12 Septembris 1908, sententiam votis contrariam retulisset, appellavit ad H. S. O., in quo more solito dubium concordatum est: « *An constet « de matrimonii nullitate in casu?* »

Ad quod dubium RR. PP. DD. Auditores respondendum censuerunt: *Negative.*

Quod ad ius spectat. Notissima sunt capita Decretalium, in quibus decernitur matrimonium, ex gravi metu initum, non subsistere; sic legitur in Capite *Cum locum,* **14,** *De Sponsalibus :* « Cum locum non « habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit, necesse est ut ubi « assensus cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimo-

« riium autem solo consensu contrahitur; et ubi de ipso quaeritur, plena « debet securitate ille gaudere, cuius est animus indagandus, ne per « timorem dicat sibi placere quod odit, et sequatur exitus, qui de invitis « solet nuptiis provenire ». Similia leguntur in capite *Veniens, 15,* et *Consultationi, 28, eod. tit.* Unde orta est doctrina canonica, secundum quam metus, saltem de iure ecclesiastico, est impedimentum dirimens matrimonium, si sit gravis etiam tantum relative, iniustus et in ordine ad extorquendum consensum matrimonialem incussus; quod doctores intelligunt etiam de metu reverentiali, id est, de metu quo reformidamus indignationem eius, sub cuius potestate constituti sumus, modo tamen ex adiunctis, v. g. precibus importunis et instantissimis, iurgiis, vexationibus, etc., appareat metum illum esse revera gravem.

Quod ad factum spectat. - In casu, de quo agitur, duae distinguendae sunt temporum periodi, quae, relatione habita ad metum, multum inter se differunt. Prima periodus extenditur a primo die, quo de matrimonio inter Ioannem et Innocentiam agi coepit, usque ad quemdam conventum, qui in domo Innocentiae, circa mensem decembrem anni 1893, habitus est, cui conventui aderant praeter familiam Balbis, Ioannes eiusque pater. Altera periodus decurrit a die huius conventus usque ad matrimonium. De qua re sic dicit ipse Ioannes in primo suo interrogatorio : « Trovatomi in città col padre per nostri interessi, c' in« contram m o col padre della Balbis, che c' invitò a recarci in casa sua. « Io col padre accettai senza difficoltà, e là in famiglia si discorse ancora « se doveva aver seguito prima il matrimonio o l'anno di volontariato : « insistendo io per il volontariato prima, la Balbis colla famiglia e mio « padre insistendo per il matrimonio, e prevalse facilmente l'idea loro. « Nel convegno in casa Balbis il padre fu tranquillo e calmo allora e in « seguito e di buoni tratti col figlio ; ed egli (figlio) prese un contegno « di chi subisce rassegnato la sua sorte. Questo stato di cose perdurò « per due o tre mesi, cioè fino all'epoca del matrimonio, badando bene « però che nessuno avvicinasse il figlio per tema che tornasse alle prime « opposizioni ».

Oportet ergo ut unam et alteram periodum ex ordine inspiciamus.

Quod spectat ad priorem periodum, verum est hoc tempore patrem Ioannis firmam voluntatem suam filio notam fecisse, ut hic duceret Innocentiam Balbis, hancque voluntatem ei precibus, obiurgationibus, reprehensionibus inculcasse ; genitores enim Innocentiae divites erant, et ad dotem sat pinguem filiae constituendam se paratos esse dictitabant quod valde Ioannis patri arridebat.

Admitti etiam potest patrem Ioannis, agentem de hoc proposito

matrimonio cum uxore, fratre, aliisve coniunctis, minaciter aliquando locutum fuisse de filio, si paternae resisteret voluntati ; si enim uni vel alteri testi credamus, pater verba fecisset de .filio, si resisteret, e domo expeliendo et hereditate privando.

Clarum est insuper ex depositione testium, patrem fuisse indolis durae, tenacis, praesertim erga filios ; et, ex altera parte, Ioannem filium fuisse mitem, timidum, praesertim coram patre, cuius vultum irati sustinere non poterat.

Sed ex his omnibus non exurgit probatio metus illius gravis, qui requiritur ut nullum declarari possit, matrimonium. Sane in casu agi nequit nisi de metu reverentiali ; verum omnes norunt metum reverentialem non sufficere per se, ut dirimat matrimonium, sed requiri ut sit vallatus quibusdam adiunctis, v. g., ut supra dictum est, precibus instantissimis, iurgiis, vexationibus, minis, etc., quae ostendant metum revera fuisse gravem, et voluntatem illius, qui metum passus est, vere fuisse coactam. Verum, in casu, absunt illa adiuncta, aut saltem non sunt huiusmodi naturae ut metum reverentialem gravem fuisse demonstrent.

Dicitur quidem, cum pater Ioannis, cum filio et quibusdam aliis coniunctis, e Vercellis ad pagum suum Albanum super curru revertebatur, eum egisse de matrimonio filii cum Innocentia filiumque renitentem e curru eiecisse, eumque coegisse, ut reliquum iter pedes faceret. Verum si attendamus ad responsa filii coram iudice Vercellensi, factum istud non ita grave est; ut enim ipse dicit, non eiectus est e curru a patre, sed ipse de curru descendit : « Io allora, nutrendo affezione verso altra « ragazza di Cattinara, in segno di disapprovazione scesi dal carro e feci « la strada a piedi ».

Nec fuerunt, ex parte patris, adeo diuturnae et importunae preces aut vexationes. Hoc enim dicit ioannes post verba mox relata : « Alia « sera dello stesso giorno, radunatisi in famiglia a cena, il padre nulla « badando a ciò che ne pensassi, entrò subito a discorrere con la madre « della vantaggiosa proposta (secondo loro) del mio matrimonio colia « Balbis Innocente. Il discorso continuò, me presente, ma io non feci « parola, e poi mi ritrassi in mia camera. D'allora quasi in tutti i giorni, « specialmente nell'ora del pranzo e della cena, si ritornava dai genitori « sempre sullo stesso argomento; io sempre taceva; il padre si dimo- « strava assai più impegnato della madre, ma non mi rivolse mai « asprezze. Ciò per una quindicina di giorni circa. Convintosi poi che « io non avrei acconsentito alla proposta, cominciò per parte sua verso « di me un fare più aspro e risentito, talché per il più piccolo mio « sbaglio nei lavori e nelle varie incombenze di casa, trascendeva a

« facili rimproveri, non dicendomene il perchè vero ; io però ben com-
« prendevo che la causa vera stava nel mio fare sempre negativo alia
« predetta proposta », et paulo infra : « Dopo circa quindici giorni o
« venti, nel discorso del mese di ottobre successivo, mio padre aperta-
« mente mi parlò quasi nei seguenti termini : Bada bene che il matri-
« monio Balbis bisogna farlo ; noi delle due famiglie ci siamo di già
« completamente intesi, e tu non devi ritrartene. Io non acconsentii,
« adducendo il motivo del servizio militare. Ma il padre non accettò
« replica e mi lasciò ». Unde, ex his ipsis quae asserit filius, pater per quindecim dies nihil duri aut asperi dixit filio ; postea asperius quidem locutus est, sed tamen non excessit reprehensiones aut obiurgationes (rimproveri) quibus eo minus movebatur filius, quod etiam extra res matrimoniales pater filium sic impetere solebat.

Allegatur quidem patrem comminatum fuisse filio, se illum e domo expulsurum et hereditate privaturum. Quid de his minis sit nobis sentiendum, discimus ex *Actis.* Hae minae plerisque testibus ignotae sunt, duo tantum testes referunt patrem, coram se, minas directe intentasse filio; sed unus testis, Maria P erotti, ut suam probet assertionem, se refert ad *Memoriale* a sacerdote Eusebio Ardizzone, fratre Ioannis scriptum, quod utique non probat (mox videbimus quid hic Eusebius ipse dicat de minis) ; alter testis, Bernardus Ardizzone, consobrinus Ioannis, sic refert has minas : « O prendi la Balbis, o vai via di casa ». Verum contra has duorum testium assertiones, quatenus dicunt patrem filio directe minas intentasse, militant tum testimonium praedicti sacerdotis Eusebii, tum confessio ipsius Ioannis. Et quidem sacerdos Eusebius, qui huius processus causa principalis est, et totum negotium profunde scrutatus est, interrogando ipse testes, et praedictum *Memoriale* scribendo, haec ait de minis : « Vi furono pressioni gravi. Non ho
« prove personali però per dire che siano intervenute minacce ; mi fu
« riferito da altri che minacce vi furono. Certa Perrotti Maria di Albano,
« in quest' anno 1907, da me interrogata dichiarava d'aver sentito mio
« padre uscire in queste parole : - Guai se il mio Giovanni non sposa
« la Balbis, lo rifiuto per figlio » - et ad hoc quaesitum : « Se il figlio
« si trovò colla Perrotti a sentire le parole del padre » respondit :
« La Perrotti mi disse che non lo ricorda » ; deinde perrexit : « Dro-
« netti Romilda mi dichiarò che il padre pronunciava minacce sia dopo
« il matrimonio, come nel corso delle trattative, all'indirizzo del figlio;
« e le minacce sarebbero state di cacciarlo di casa e di privarlo della
«eredità»; et ad hoc quaesitum: « Se tali minacce furono personal-
« mente dal padre fatte al figlio » respondit : « La Dronetti non fu inter-

« rogata da me a questo riguardo » ; deinde addidit : « Mio cugino Ardiz-« zone Eusebio ed altri miei congiunti prossimi già dall' anno scorso mi « dichiararono che qualche volta, allontanandosi il figlio, in seguito a « ripetuto diniego, dal padre, questi gli gridava dietro : Va testardo, ma « ricordati che chi non ubbidisce al padre ed alla madre, cattiva fine « farà. Dalla madre minacce non vi furono, dal padre sì, nel senso già « da me spiegato. Non so però se lo abbia fatto personalmente al figlio ». Unde sacerdos Eusebius Ardizzone, frater Ioannis, ignorare se dicit num pater minas directe intentant filio. Notandum obiter est praedictam testem Dronetti Romildam, quam hic inducit sacerdos Eusebius, interrogatami fuisse formaliter a Iudice Vercellensi, et dixisse se nihil scire de minis. En, autem, quod spectat ad minas, confessio ipsius Ioannis : « Mi prese poi in disparte la madre, che era al corrente dell'avvenuto, « parlandomi così: Che vuoi fare? il matrimonio bisogna farlo, perchè, « come ben sai, al padre non si contradice, e sai ancora che se ti ostini, « corri pericolo di essere cacciato di casa e diseredato. Ma io stetti nella « negativa. I miei genitori non usarono solo consigli e pressioni, ma « scesero anche a minacce. Queste le compresi prima dalla madre nel « modo sovra indicato ; mi consta che il padre le specificò cacciata di « casa e diseredamento con miei congiunti ; anzi lo sentii io stesso una « o due volte parlare in tal senso collo zio paterno, ora defunto ; questo « ancora mi confermarono i congiunti di mio padre stesso ; ma diret-« tamente dal padre a me rivolte non le sentii mai ». Clarum est, igitur, ex confessione Ioannis, patrem eius aliquando minas protulisse contra filium, non vero directe filio minas intentasse. Quod manifestum signum est patrem, quippe qui tandem aliquando non sibi proposuerit nisi bonum filii et familiae, aliqualem respectum ad libertatem filii retinuisse, nec voluisse huius voluntatem praecise cogere.

Allegatur etiam patrem, ut tandem filii voluntatem frangerei, ei dedisse alapas, quod sic refert testis Petrus Ardizzone, consobrinus Ioannis : « In un' altra circostanza eravamo in casa, sempre in seguito « alla stessa questione, il figlio opponendosi al padre, questi gli diede « uno schiaffo allontanandolo da sè, e il figlio si allontanò piangendo, « mentre piangevano anche la madre e la sorella ». Verum unus hic testis haec refert; de his alte silent omnes alii testes, etiam sacerdos Eusebius, frater Ioannis, qui tamen, in sua secunda depositione, diei 25 ianuarii 1908, asserit patrem in filium, *post matrimonium,* manus iniecisse. Ipse Ioannes de his alapis silet, qui tamen minora refert, scilicet patris obiurgationes et minas indirectas. Pater quidem Ioannis, in secunda sua depositione, de alapis a se filio impactis loquitur, sed

tantum ex relatione supra dicti Petri Ardizzone, nepotis sui ; nec se eas recordari dicit, et in sua prima depositione eas penitus siluerat. Unde dicendum est, vel huiusmodi alapas nunquam extitisse, vel in his adiunctis et eo modo datas fuisse, ut ad eas non attenderit Ioannes, easque prorsus neglexerit et oblitus fuerit.

Unde tandem, pro hac prima periodo, concludendum est non esse demonstratum metum gravem fuisse a patre incussum filio in ordine ad matrimonium, aut saltem valde dubium esse num iste metus ad hunc gradum peragerit gravitatis qui requiritur ad dirimendum matrimonium.

Quod pertinet ad secundam periodum, quae, ut iam supra dictum est, decurrere incepit a die conventus in domo Balbis habiti in mense decembri anni 1893, usque ad ipsum matrimonium, scilicet ad diem 7 Aprilis 1894, sic eam describit ipse Ioannes: « Nel convegno in casa « Balbis, il padre fu tranquillo e calmo allora e in seguito e di buoni « tratti col figlio, ed egli (figlio) prese un contegno di chi subisce ras- « segnato la sua sorte. Questo stato di cose perdurò per due o tre mesi, « cioè fino all' epoca del matrimonio, badando bene però che nessuno « avvicinasse il figlio per tema che questi ritornasse alle prime oppo- « sizioni » ; et ad hoc quaesitum : « Se nel tempo decorrente, cioè nei « due o tre mesi precedenti la celebrazione del matrimonio, F attore « facesse qualche opposizione specialmente al padre » respondit: « Op- « sizioni ai genitori non ne feci » ; et ad hoc alterum quaesitum : « Se « immediatamente prima e nella celebrazione stessa del matrimonio il « padre abbia fatto e rinnovato istanze e pressioni al figlio, e se il figlio « abbia fatto parimente opposizione » respondit : « Non ricordo nulla al « riguardo ; ricordo però che nella sera precedente il matrimonio civile, « piansi alla presenza di mia madre e mia sorella, cedendo però alle loro « istanze, recandomi poi coi parenti a Vercelli ». Hanc autem praefatae periodi descriptionem sic magis explicat et complet idem Ioannes in tertio interrogatorio diei 26 Febr. 1909 ; ad hoc quaesitum : «. Che cosa inten- « deva di dire con queste parole (dopo il convegno in casa Balbis presi « il contegno di chi è rassegnato alla sua sorte ?) » respondit : « Colla « parola *rassegnato* riferita al caso del convegno nella famiglia Balbis, « volevo dire questo : Conoscendo che non potevo fare altre opposi- « zioni, mi adattai alle conclusioni che essi facevano sull'affare del ma- « trimonio ». Ad hoc quaesitum : « Se in tale stato di animo si mantenne « fino all'epoca del matrimonio » respondit : « Affermativamente ». Ad hoc quaesitum : « E nello stesso tratto di tempo furonvi segni di oppo- « sizione e resistenza per parte dell'attore ? Vi furono insistenze per

« parte del padre ? » respondit : « Nulla vi fu per parte mia nè per « parte del padre ». Ad hoc quaesitum : « Che senso voleva dare a « questa frase: non fece opposizione ai genitori ? » respondit: « Il senso « è questo semplicemente : non espressi mai nulla contro la idea del «padre». En, ergo, iuxta ipsum Ioannem actorem, periodus pacis et tranquillitatis. Ex una parte, nihil amplius pater molitur aut agit contra filium : cessarunt reprehensiones, minae, iurgia ; ex altera parte, non amplius patri resistit filius ; non amplius queritur, non fugit patrem, sed quae placita sunt ei, exterius saltem acceptat. Et haec periodus pacifica tres circiter menses complectitur, matrimonio proximos.

Quid ergo ? Hanc Ioannis agendi rationem duplici modo interpretari possumus.

Primo modo : Sic agit Ioannes, non quia metus cessavit, sed quia, cum omnia tentaverit ad matrimonium evitandum et reluctari deinceps illi videatur prorsus inutile, praesentem rerum statum subit, et patitur, quin mutatae fuerint eius internae dispositiones contra matrimonium. Et hoc modo Ioannes ipse suam, per praefatam periodum, agendi rationem interpretatur in epistola, quam, post dictum diei 26 Februarii interrogatorium, scripsit ad iudicem Vercellensem. Sic enim ait : « Al n. 6 « risposi : Conoscendo, mi adattai alle conclusioni ecc. per dire esteriormente feci di necessità virtù e tacqui, perchè ormai dopo aver cercato « ogni mezzo per mandare a monte il matrimonio, era inutile ogni ulteriore resistenza, ma non già che anche interiormente io abbia cessato « menomamente di ripudiare un matrimonio, che sempre mi ripugnò. « Al n. 10 risposi : Non espressi mai nulla contro l'idea del padre, il « che è pur vero dopo il concorso in casa Balbis, e in quanto ad opposizioni dirette fatte dal padre, fermo ciò che ho detto sopra, che cessai « dal fare tali opposizioni, perchè vidi inutile ogni ulteriore resistenza, « senza che mutassero le interne disposizioni di contrarietà assoluta al « matrimonio ».

Altero modo : Sic agit Ioannes, quia tandem voluntati patris etiam interne acquievit ; non quod cessarit quaelibet repugnantia contra matrimonium, sed quia commoda, quae refert aut relaturum se sperat ex hoc matrimonio vincunt repugnantiam; iam enim acceptavit pecuniam a sponsa promissam ut se liberet a biennio stipendiorum militarium ; iam inter ambas familias de pingui dote a sponsa afferenda conventum est ; quae commoda huius momenti sunt, ut tandem Ioannes genitorum voluntati obtemperantem se praebeat.

TJtronam ergo modo ex his duobus, Ioannis agendi rationem interpretari debemus?

Profecto altero modo. Si enim sedulo inspiciamus quae per illam trium mensium periodum fecerit Ioannes, praesto nobis erunt non obscura signa mutatae voluntatis eius erga matrimonium.

Revera, et haec omnia fatetur ipse Ioannes in primo suo interrogatorio, formaliter acceptat, ut iam supra dictum est, pecuniam a sponsa promissam pro re militari; pluries, matre proponente, se contulit in civitatem Vercellas ad invisendam sponsam ; quod quidem, ut ipse ait, non libenter quidem, sed non coacte fecit ; ambos parochos invisit, scilicet proprium Albanensem, et parochum S. Christophori Vercellensis, qui erat parochus sponsae ; hos, inquam, invisit, et quidem, ut ipse ait, sine repugnantia, ad ordinanda omnia, quae ad proximum matrimonium referebantur ; pridie matrimonii, confessionem peccatorum fecit, et sacram communionem recepit. Imo, paucis diebus ante matrimonium, cum familia Balbis promissam pecuniam non daret, sed tantum verba, et ideo pater ira incensus a matrimonio recedere vellet, et de his cum uxore, filia, et Eusebio filio loqueretur, Ioannes, quem certo haec non latebant, nihil fecit ut hac optima occasione vitandi matrimonium uteretur. Haec omnia procul dubio ostendunt Ioannem libere tandem, licet non sine aliqua repugnantia, matrimonium acceptasse. Non enim sic agere solent, qui, metu gravi coacti, matrimonium ineunt ; hi enim non invisunt sponsam, nisi abstinere omnino nequeant ; nullum donum praesertim gravis momenti, de manibus sponsae recipere volunt; nec ita se promptos exhibent ad paranda omnia ad nuptias requisita. Dicendum ergo est Ioannem tandem matrimonio consensisse, licet hic consensus rationis potius quam amoris foetus fuerit.

Nec dicatur Ioannem aliter interpretatum fuisse, ut vidimus, suam agendi rationem per illam trium mensium periodum. Nam praeterquamquod nemo potest esse simul actor et testis in una et eadem causa, haec interpretatio propria, tot illusionibus obnoxia, praesertim fervente ipsa lite, praevalere nequit contra supradictas gravissimas praesumptiones ex ipsis dictis et gestis Ioannis per praefatam periodum ortas. Has autem praesumptiones confirmant facta quae, matrimonio contracto, evenerunt. Ioannes enim more solito nuptiale iter cum nova uxore instituit, sine iurgiis nec dissidiis ; matrimonium consummat, quod, ex parte viri, violentiae effectus esse nequit; uxor quidem, post paucas hebdomadas, aufugit, sed huic fugae nullam ipse dedit Ioannes causam neque occasionem. Quae omnia supponunt animum Ioannis non ita alienum fuisse a coniugio cum Innocentia.

Nec dicatur, pridie matrimonii religiosi, peracto sic dicto matrimonio civili, Ioannem tristitia oppressum fuisse ; quod sic narrat frater

eius, sacerdos Eusebius : « Alia vigilia dei matrimonio religioso, quando « entrò in camera mio fratello, e, gettatosi sul letto, dirottamente pian- « gendo esclamò : Che cosa ho mai fatto a non bruciare quelle carte ? « (i documenti del matrimonio), la madre, a questa scena, non ebbe « coraggio a dir parola. Mentre quell' incidente mi era riferito dalla « madre, venne mia sorella, la quale dichiarò di aver sentito dal fra- « tello, appena compiuto il matrimonio civile, a dir queste parole : Se « non avessi fatto questo passo romperei tutte le trattative. E la sorella « di rimando : Dunque fuggiamo ? ! A cui il fratello : Ma e il papà ? - e «così finì l'incidente». Haec enim facta, licet demonstrent aliquam repugnantiam in mente Ioannis quoad matrimonium remansisse, attamen, cum per brevissimum tempus duraverint, nec ita gravia fuerint, probare nequeunt Ioannem non nisi ex metu gravi in matrimonium consensisse.

Unde, in summa, quoad primam periodum, iuridice non demonstratur metum gravem a patre incussum fuisse in ordinem ad matrimonium , et, dato (non concesso) quod hoc foret demonstratum pro hac periodo, plura, eaque magni momenti, facta praesto sunt in secunda periodo, quae ostendunt metum gravem cessasse in mente Ioannis, ita ut libere tandem consenserit in matrimonium, licet, ut supra dictum est, hic consensus rationis foetus fuerit, potius quam amoris.

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, confirmata sententia Curiae Archiepiscopalis Vercellensis, decernimus, declaramus, et definitive sententiamus : *« Non constare de nullitate matrimonii inter Ioannem Ardizzone et Innocentiam Balbis* » et sic proposito dubio respondemus ; statuentes praeterea eumdem Ioannem Ardizzone ad omnes iudicii expensas teneri.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam SS. Canonum, et praesertim *cap. 3, Sess. XXV de Beform.* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Die 20 Martii 1911.

Seraphinus Many, *Ponens.*
L. *ÇQ* S. Franciscus Heiner,
Ioannes Prior.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

II.

Citatio Edictalis

VERSALIEN.

NULLITATIS MATRIMONII. — (BRUIÈRE - GUILLERAULT).

Cum ex actibus Processus in Episcopali Curia Versaliensi peracti constet Vedastum Fernandum Guillerault, in hac causa conventum, reperiri non posse, per praesens edictum eundem citamus ad comparendum sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis Sacrae Romanae Rotae, die 20 Iulii an. 1911 hora undecima, ad videndum subscribi infrascriptum dubium, nec non destinari diem, in qua habebitur turnus rotalis pro tractatione Causae.

Dubium : « An sententia Versaliensis diei 20 Ianuarii 1910 sit sustinenda vel infirmanda ».

Ordinarii locorum et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco domini praefati, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione moneatur.

Romae, die 10 Maii 1911.

Fridericus Cattani, *Ponens.*

Sac. Tancredes Tani,
L. J$j S. *Notarius S. R. Rotae.*

(Traduction).

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE.

Citation par Edit.

NULLITÉ DE MARIAGE. — (BRUIÈRE-GUILLERAULT).

Puisqu'il conste des actes du Procès qui a été fait dans la Curie Episcopale de Versailles, que Vedaste Fernand Guillerault, défendeur en cette Cause, ne peut être trouvé, nous citons par le présent édit le même défendeur à comparaître par propre ^personne ou par un procureur légitimement constitué au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine, le 20 Juillet 1911 à 11 heures du matin pour voir souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote.

Doute : *La sentence de Versailles du 20 Janvier 1910 doit-elle être confirmée ou infirmée P*

Les Ordinaires des lieux et les fidèles ayant connaissance du domicile ou du lieu de la résidence du dit défendeur doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

Rome, le 10 Mai 1911.

Frédéric Cattani, *Ponent.*

Sac. Tancredes Tani,
L. S. *Notaire de la S. Rote Romaine.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ANTIPREPARATORIA.

Il giorno 16 Maggio 1911, presso F Emo e Rmo Signor Cardinale Domenico Ferrata, Ponente della Causa, si tenne la Congregazione Antipreparatoria sulle virtù in grado eroico del Ven. Servo di Dio Giovanni Nepomuceno Newman, della Congregazione dei Redentoristi, Vescovo di Filadelfia.

CONGREGAZIONE ORDINARIA.

Il giorno 30 Maggio, nel Palazzo Apostolico Vaticano si tenne la Congregazione Ordinaria dei Sacri Riti, nella quale gli Eminentissimi e Reverendissimi Signori Cardinali appartenenti alla medesima diedero il loro voto sulle seguenti Cause :

I. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Domenico della Madre di Dio, Sacerdote Professo della Congregazione dei Passionisti.

II. Conferma del Culto prestato da tempo immemorabile al Servo di Dio Giacomo Capocci, dell'Ordine degli Eremitani di S. Agostino, Arcivescovo di Napoli.

III. Riassunzione della Causa per la Canonizzazione del Beato Giovanni Eudes, Missionario Apostolico e Istitutore della Congregazione di Gesù e Maria e dell'Ordine della Beata Vergine della Carità.

IV. Revisione degli scritti nella Causa di Beatificazione o Dichiarazione di Martirio dei Servi di Dio Giacomo Salesio, Sacerdote, e Guglielmo Saltamochio, Coadiutore temporaneo, della Compagnia di Gesù.

V. Revisione degli scritti nella Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Magino Català, Sacerdote Professo dell'Ordine dei Frati Minori.

SEGRETERIA DI STATO

AVVERTENZA

PER I CATTOLICI DELL'IMPERO BRITANNICO.

In occasione delle prossime feste per la solenne Incoronazione di Sua Maestà Giorgio V Re d'Inghilterra, Sua Santità, *Motu proprio*, si è degnata di dispensare tutti i cattolici dell'Impero Britannico dalla legge dell'astinenza nel giorno 23 Giugno.

NOMINE

Il Santo Padre, con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare :

17 Maggio 1911. — Sua Emza Rina il Sig. Cardinale Benedetto Lorenzelli, Protettore della Pontificia Accademia Teologica.

28 Maggio 1911. — Il Rev. P. Filippo Maroto, delia Congregazione dei Figli del Cuore Immacolato di Maria, e Don Antonio Velardi, della Congregazione dei Missionari del Prezioso Sangue, Consultori della Sacra Congregazione del Concilio.

Con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium:

20 Décembre 1910. — 11 Rev. Canonico Saverio d'Haranguier, Decano del Capitolo della Cattedrale e Vicario Generale deirArchidiocesi di Bourges.

3 Magqio 1911. — Mons. Vincenzo Pezzullo, della diocesi di Aversa.

Prelati domestici di S. S. :

25 Aprile 1911. — Il Rev. Giovanni Battista Tirelli, Canonico onorario della Metropolitana di Udine.

29 Aprile. — Il Rev. Tommaso George, Vice-rettore del Collegio Beda in Roma.

2 Maggio 1911. — Il Rev. Bernardo Funke, Professore di Filosofia nella Facoltà Teologica e Rettore del Collegio Leonino di Paderborna.

3 Maggio. — Il Rev. Wilhelmo Woker, Canonico della Cattedrale di Paderborna.

13 Maggio. — Il Rev. Guglielmo Hogan, Vicario Foraneo della Contea di Kent nella diocesi di Southwark.

ONORIFICENZE

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno:

10 Maggio 1911. — Al Prof. Dott. Comm. Ludovico de Pastor, Direttore dell' Istituto Austriaco di Studi Storici in Roma.

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

29 Aprile 1911. — Al Sig. Alfonso Siffer, della diocesi di Gand, membro della Commissione diocesana delle scuole cattoliche e tesoriere dell'Opera delle biblioteche cattoliche fiamminghe.

9 Maggio. — Al Signor Bernardo Groo ve, della diocesi di Colonia.

10 Maggio. — Al Sig. Cav. Gerardo de Bruyn, dell'archidiocesi di Malines.

12 Maggio. — Al Sig. Conte Giovanni Olli vier Beauregard, di Parigi, Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.

15 Maggio. — Al Sig. Nicola Krzysztofowicz, Leopoli.

18 Maggio. — Al Sig. Cav. Pietro Masucco, dell'archidiocesi di Genova.

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare.

9 Maggio 1911. — Al Sig. Federico Koeh-Breuberg, Maggiore in ritiro, della diocesi di Paderborna ;

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa.;

22 Aprile 1911. — Al Sig. Nicolò Giovanni Summa, Viceconsole di Sua Maestà Britannica a Scopia.

24 Aprile. — Al Sig. Marian de Heimroth-Hessfeld, I. e R. Console Austro-Ungarico a Uskûb.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

16 Décembre 1910. — Al Sig. Enrico Magnard du Vernay, della Archidiocesi di Bourges;

— Al Sig. Avvocato Luigi Gigounoux de Verdón, di Bourges.

8 Maggio 1911. — Al Sig. Pietro de Bricourl, di Parigi;

— Al Sig. Pietro Gerlier, di Parigi.

***lo** Maggio.* — Al Sig. Giovanni Schuster, Direttore dell'ospedale ausfriaco di Costantinopoli.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

6 Maggio 1911. — Al. Sig. Avv. Luigi Galtier, Presidente onorario dell'Associazione cattolica «La Jeunesse Française», dell'archidiocesi di Bordeaux;

— Al Sig. Luigi Arnaud, Sindaco di La-Génétouze e Prefetto dell'Unione diocesana della Vandea.

16 Maggio. — Al Signor Luigi Dubois, Presidente regionale dell'Associazione Cattolica « La Jeunesse Française », della diocesi di Rennes.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggior domo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari :

5 *Maggio 1911,* — Mons. Francesco Angelino, della diocesi di Casale;

— Mons. Roberto H. Benson; dell'archidiocesi di Westminster.

15 Maggio. — Mons. Andrea Alberti, della diocesi di Bergamo.

18 Maggio. — Mons. Massimo Massimi, di Roma.

Cameriere segreto di spada e cappa soprannumerario :

18 Maggio 1911. — Il Sig. Conte Leopoldo Enrico M. Ghislain van den Steen de Jehay.

Cameriere d'onore in abito paonazzo :

15 Maggio 1911. — Mons. Domenico Moauro, della diocesi di Tri vento.

Cameriere d'onore di spada e cappa soprannumerario :

18 Maggio 1911. — Il Sig. Beniamino Cimini, dell'archidiocesi di Amalfi.

NECROLOGIO

23 Maggio 1911. — Mons. Pietro Dadolle, Vescovo di Digione.

31 Maggio. — Mons. Enrico Pelgé, Vescovo di Poitiers.

Annus III. - Vol. III. Die 26 Iunii 1911. Num. 8.

AGTÎIPOSTOLrcAÎ»

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

L

FESTUM S. OTHMARI ABBATIS IN PAROECIA S. GALLI IN CHORO TANTUM CELEBRARI PERMITTITUR.

PIUS PP. X.

Ad futuram rei memoriam. — Refert ad Nos Episcopus S. Galli in dioecesi sua festum praecipui Patroni videlicet S. Galli tam in Choro quam in foro rite celebrari ; festum vero alterius Patroni, nempe S. Othmari Ab. intra fines dumtaxat Paroeciae S. Galli, tamquam festum de praecepto haberi, sed eidem festo rite celebrando maiores in dies difficultates officere. Asserit enim idem Antistes paroeciam S. Galli, quae Cathedrali templo, ceu parochiali utitur, viginti quinque millibus Catholicorum constare, sed acatholicos numero, opibus ac potestate civili longe praevalere. Multos etiam catholicos e dissitis regionibus ipsam ad paroeciam commercii causa confluentes territorialem praecepti legem ignorare. Alios in proximioribus paroeciis degentes, in quibus idem festum non est de praecepto servandum, eandem in paroeciam ad labores suscipiendos venientes, ipso eo die a servilibus operibus minime abstinere. Omnes fere officinarum institores vel permittere vel cogere ad servitia opera artifices. Addit ipse Antistes festum Sancti Othmari, uti memoriae traditum est, celebratum fuisse in monasterio S. Galli, quod centum abhinc annis est obseratum ; postea a Parocho S. Galli inductum esse pro populo, atque ita penes paroeciam ipsam Sancti Galli id vigere festum, quod in aliis paroeciis non celebratur. Tandem, ex lege, alterius Patroni festum minime de praecepto censeri. His quidem de causis Antistes

super enunciatus supplici prece Nos adit, ut ad praecavenda peccata veniam faciamus, ex qua, interposita Nostra Auctoritate, in paroecia S. Galli non minus quam in aliis paroeciis festum S. Othmari in choro dumtaxat celebretur. Nos autem probe spectantes adductarum rationum gravitatem, votis his annuendum benigne existimamus, eaque de causa, Apostolica Nostra Auctoritate, vi praesentium concedimus, ut in posterum intra fines paroeciae S. Galli quotannis S. Othmari Ab. festum in choro tantum rite celebretur, quin fideles eodem die sacro adesse et a servilibus operibus abstinere ex praecepto teneantur. Antistiti vero dioecesis commendatum volumus, ut aliis congruis modis S. Othmari venerationem cultumque exaugenda curet. Decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas, et efficaces semper existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxiv Februarii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
L. S. *a Secretis Status.*

IL

INVOCATIONEM "GESÙ MIO, MISERICORDIA" VEL ALIAM "O IESU IN SANCTISSIMO SACRAMENTO, MISERERE NOBIS", DEVOTE RECITANTIBUS AMPLIOR INDULGENTIA CONCEDITUR.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Nihil Nobis ex divinitus commisso Supremi Apostolatus munere acceptum magis gratumque est, quam ut in christiano populo pia ac frugifera promoveatur consuetudo fundendi Summo bonorum omnium datori Deo crebras atque iteratas ex imo corde invocationes, ad praesens illius patrocinium suppliciter impetrandum. Hoc quidem consilio ductus Pius PP. IX rec. mem. Decessor Noster, die xxiv mensis Septembris anno MDCCCXXXXVI fidelibus assuetis invocationi *Gesù mio, misericordia,* toties lucrandam quoties

ipsam invocationem emisissent, centum dierum indulgentiam largitus est; Nosque ipsi, datis sub piscatoris annulo Literis die vi mensis Iulii anno MDCCCCIX fidelibus aliam invocationem *O Iesu in SSmo Sacramento, miserere nobis* devote recitantibus, similem centum dierum remissionem benigne in Dno concessimus. Nunc autem, ingruentibus in dies adversus Ecclesiam calamitatibus, opportunum consilium videtur, fideles unanimi precum communione coelestem opem instanter efflagitare, eosque iteratis piis invocationibus animum mentemque ad Deum excitare, divinique amoris Sacramentum potissimum recolere. Id summopere cupientes, ut ad haec pietatis officia implenda magis magisque iidem fideles alliciantur, partiales superenunciatas indulgentias dictis invocationibus adnexas, Apostolica Nostra Auctoritate amplificandas censemus. Quae cum ita sint, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, praesentium tenore, singulis atque universis fidelibus ex utroque sexu, qui ubique terrarum et quolibet idiomate, dummodo versio fidelis sit, contrito saltem corde, ac devote recitent vel iaculatoriam precem quae italice audit *Gesù mio, misericordia,* vel aliam iaculatoriam *O Iesu in SSmo Sacramento, miserere nobis,* quoties id agant, toties, in forma Ecclesiae consueta, de numero poenalium dierum trecentos expungimus. Porro largimur fidelibus ipsis, si malint, liceat partialibus his indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare. Praecipimus vero ut priorum concessionum Apostolicarum quas recensuimus tenor ita amplificetur sicuti illum per praesentes Auctoritate Nostra amplificamus. Praesentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Tandem mandamus ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xx Maii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L.. $j S. *a Secretis Status.*

III.

SOCIETAS PUERORUM A COMITATU SANCTISSIMI SACRAMENTI, ROMAE IN BASILICA SS. XII APOSTOLORUM INSTITUTA, IN PRIMARIAM ERIGITUR.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Comperimus ex gravi commendatione dilecti filii Nostri Petri S. R. E. presbyteri Cardinalis Respighi Nostri in hac Alma Urbe Vicarii in spiritualibus Generalis, in Basilica urbana Sanctorum XII Apostolorum, iam inde a die decima quinta mensis Iulii anno MDCCCCII ab ipso Vicario piam canonice institutam fuisse Societatem Puerorum a Comitatu SSmi Sacramenti appellatam. Novimus pariter hanc Societatem frugiferum ad finem fuisse erectam adducendae pueritiae ad Eum qui innocentes puerulos adamavit, monuitque discipulos suos, ut sinerent parvulos venire ad Se. Pergratum quoque nuncium accepimus in pluribus Urbis paroeciis societatem ipsam maiora in dies incrementa suscipere ; iam in nonnullas Italiae dioeceses propagari feliciter, atque exteras etiam nationes ipsius institutionem sedulo studio exquirere. Cum itaque dilectus ipse filius Noster Cardinalis in Urbe Vicarius Nos enixis precibus flagitaverit ut societatem superenunciatam ad Primariae dignitatem provehere pro universo terrarum orbe dignemur, Nos piis huiusmodi coeptis ultro libenterque faventes, ac tam frugiferae societati bona, fausta, ac felicia cuncta adprecati, haec quae infra scripta sunt suprema Nostra interposita Apostolica Auctoritate edicimus ac mandamus. Societatem Puerorum a comitatu SSmi Sacramenti, Romae in Basilica Sanctorum XII Apostolorum canonice institutam, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum in Primariam erigimus atque instituimus, cum omnibus privilegiis quae Archisodalitiis de iure competunt. Eiusdem autem Primariae Societatis Moderatori atque Officialibus praesentibus et futuris concedimus, ut ipsi, servatis forma Constitutionis Clementis PP. VIII Praedecessoris Nostri rec. me. aliisque Apostolicis Ordinibus desuper editis, alias eiusdem tituli atque instituti Societates nunc et in posterum in universis catholici orbis dioecesibus canonice erectas sive erigendas, sibi rite aggregare, cum illisque communicare perpetuo valeant omnes et singulas indulgentias et spirituales gratias eidem Primariae Societati a Sede Apostolica concessas, quae sint aliis communicabiles. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive in posterum spectare poterint, plenissime suffragari, sicque

per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque omnibus speciali et individua mentione ac derogatione dignis, contrariis quibuscumque. Tandem volumus ut praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die **i** Iunii **MDCcccxi,** Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. £g S. *a Secretis Status.*

EPISTOLAE.

L

AD V. E. IOACHIM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM ARCOVERDE CAVALCANTI* ARCHIEPISCOPUM S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS BRASILIAE, DE INCREMENTIS REI CATHOLICAE PER BRASILIAM POST AUCTAM HIERARCHIAM, DEQUE PRAESIDIIS QUIBUS PASTORES ANIMARUM IN SACRO MINISTERIO VEL UTILIUS VERSARI POTERUNT.

Dilecte fili noster et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Quod hierarchia catholica per Brasiliam non paulum incrementi nuper accepit, habenda est nempe primum omnium gratia auctori et propagatori Ecclesiae Deo, qui consiliis curisque Sedis Apostolicae, pro istius christiani populi salute susceptis, prosperos successus dederit. Tum vero aequum est meritas easque singulares vobis vestrisque civibus laudes tribuere. Opus enim agebatur maximae aeque opportunitatis et difficultatis : quod certe adduci non potuisset ad exitum, nisi et sacrorum Antistitum praeclarum studium atque constantia, et populi ad conferendum in commune insignis largitas, et eorum, qui rempublicam gerunt, amicus animus adfuisset. Itaque universo ordini vestro, Venerabiles Fratres, omnique Brasiliae catholicae plurimum gratulamur:

sed illud praeterea valde velimus - quod sane optabile est omnibus, quicumque Brasilianum nomen, iuventa validum gloriaque florens, diligunt - ut in hoc eodem genere ea fiat progressio, quam ipsius reipublicae explorata utilitas requirit. Etenim amplificandis Hierarchiae ordinibus augendoque numero sacra ministrantium, id scilicet recta efficitur, ut hominibus, in tanta regionum immensitate diffusis, ampliora quaedam, uti necesse est, ad conformandos religione animos et mores praesidia suppetant: at hoc ipso saluti „Civitatis melius prospicitur. Nam eos revereri qui praesunt, civilem servare disciplinam, paci et tranquillitati studere, haec et talia sunt catholico homini officia religiose servanda. Ubi igitur huiusmodi cives, professione et instituto vitae catholici, fuerint frequentiores, non ab iis quidquam timendum erit Reipublicae, imo vero optimum incolumitatis stabilitatisque subsidium exspectandum.

Atque hi, quos dicimus utilitatis fructus ex Hierarchiae incrementis natura exsistere, iam apparent. Quod enim aliunde acceperamus, hoc Venerabilis Frater qui nuper in Brasilia Nuntii Apostolici munus egregie explevit, his diebus coram confirmavit, Fidei vitaeque christianae studium in vestris populis mirifice crevisse. — Iam, ut in hoc infinito prope campo industriae pastoralis vel utilius versemini, nonnulla, pro Apostolico munere, habemus vos vestramque utriusque ordinis Clerum vehementer hortari.

Ante omnia, quoniam ex istis dioecesibus quaedam etiamnum latius, regnorum instar, patent, adeo ut, nisi partitae fuerint, difficulter administrari queant, idcirco de iis aequa et prudenti ratione dividendis vos mature cogitabitis. — interim vero illud omni ope nitendum vobis est, ut incolarum multitudini copia respondeat sacerdotum, quorum sane summa hodie penuria est; iique ut instructu doctrinae ornatuque virtutum ministerio sanctissimo sint pares. Quare ad sacra Seminaria tum maiora tum minora, quae appellantur, unde solum idoneus sacerdotum huiusmodi sperandus est numerus, diligentissime adiiciatis animum oportet, ut ea quidem, ubi adsunt, rite ordinanda et gubernanda, ubi vero desiderantur, instituenda et fundanda curetis. — Neque indigenis tantum prospicere debetis, quamquam ratio postulat, ut ii potissimum sint vobis curae, sed multum operae ac studii conferendum etiam est ad salutem advenarum. Cognitum est, qui ex diversis Europae regionibus in Americam demigrent, sive diuturna hospitia sive stabiles perpetuasque sedes ibi quaesitum, eos magnam partem quotannis ad Brasiliae vestrae oras confluere. Sed hoc haud satis solet animadverti, quod valde est dolendum, eorum plerosque, si ex inopia ad aliquam paullatim fortunam emergant, misere bonorum animae, quae multo sunt potiora, iacturam

facere consuevisse. Nam destituti ferme ope sacerdotum, propter ignorationem locorum atque linguae, sibique relicti, sensim desuetudine sacrorum fit, ut vitam instituant omnis religionis expertem, aut etiam, inimicorum Fidei catholicae irretiti fallaciis, ad perversa dogmata convertantur. Iam vero huic tantae tot hominum necessitati, si in praesens plene et omnino mederi non licet, tamen, quam aptissime potest, pro facultate subveniendum est : cupimusque propterea dari operam, ut iis, maxime in ingressu vitae transmarinae, per celeberrima quaeque loca, ubi consueverunt consistere, sacerdotes nonnulli, qui eadem utantur lingua, praesto sint ad opitulandum congruenter.

Equidem quod attinet ad ministerium verbi, scimus libenterque profitemur, Venerabiles Fratres, plurimos de Clero vestro in alenda Fide et pietate populi mirae esse sedulitatis. Verumtamen non possumus quin omnes in universum, sed praesertim rectores parochiarum, impense hortemur, ut sanctam solemnemque vel de doctrina christiana institutionem vel explanationem Evangelii ne umquam intermittant. Optime autem populi commodis consultum fuerit, si hoc in morem inducatur apud vos, quod iam in aliis dioecesibus utilissime factitatur, ut unusquisque sacerdotum ex utroque Clero, singulis diebus festis, inter sacrum conciunculam de rebus divinis habeat. Commodissima enim haec videtur ratio, in sacricolarum paucitate, populum christianum de suis officiis erudiendi : eamque omnes, quotquot istic sunt, sacerdotes adhibeant, magno opere velimus.

Iam coetus istic coepisse agi de honeste salubriterque scriptis spargendis in vulgus, Nos quidem magna cum voluptate animi certiores facti sumus. Omnino huius aetatis, tantis affectae) et afflictae malis, [haec maxima labes est, ut effrenata et prope infinita licentia tribuatur improbis ad convellendam, diariorum commentariorum librorum}colluvie, observantiam publicam religionis honestatemque morum, quae ipsa sunt civilis coniunctionis fundamenta ; praecipue vero ad depravandam penitus iuventutem, quacum Ecclesiae itemque patriae spes potissimae adolescunt. Confidimus igitur fore, ut, vobis auctoribus, boni omnes eiusmodi scriptarum impie licenterque lectione rerum et se ipsi abstineant et suos prohibeant ; simul autem suis opibus studiisque efficiant, ut alia scripta vel quotidie vel in certos dies late vulgentur, in quibus christiana sapientia et virtus salva sit, ac iustae quoque habeatur ratio utilitatis.

Praeterea, non fugit prudentiam vestram, quantum adiumenti ad commune bonum insit in consociationibus iis, quae, pietatis, beneficentiae mutuaeve utilitatis causa institutae, passim in orbe catholico vigent

ac florent. Pergratum Nobis foret, si talibus etiam praesidiis dioeceses vestras videremus ornatas: idque vos, ut vestra auctoritate effectum detis hortamur; in primis autem, ut illa catholicorum corpora exsistant, quae rei sociali tuendae componi solent. Est enim hoc genus nostris maxime accommodatum temporibus, quo simul consociatis suarum rationum defensio, simul Fidei morumque custodia comparatur.

Sinite postremo loco, ut ad id vestram incitemus diligentiam, quo certe praecipuam quamdam curarum partem habetis, ut oportet, conversam, ad disciplinam institutionemque puerilem. Scilicet vigilandum perpetuo est pro locupletium pariter et pro tenuium liberis, attenteque spectandum, ut, Religione magistra, ad veritatem erudiantur et ad vitae integritatem informentur. Hoc nempe christianae reipublicae communisque salutis permagni interest: talia enim posthac futura sunt tempora, qualis nunc tenera et imbecilla aetas fingitur.

Haec omnia, Venerabiles Fratres, quae Apostolici officii duximus vobis proponere, vos in coetibus episcopalibus, quos ex praescripto Plenarii Americae Latinae Concilii de more celebraturi estis, pro vestro divinae gloriae et animorum studio, diligenter considerabilis quemadmodum utilissime exsequamini.

[Interea, divinorum munerum auspicem et benevolentiae Nostrae testem, vobis, dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, et Clero populisque vestris apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die vi mensis Iunii anno MCMXI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. X.

II.

AD RR. PP. DD. BAVARIAB ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS, FRISÍNGAE CONGREGATOS AD CONSILIA DE GRAVIBUS REBUS SIMUL CAPIENDA, AC PRAESERTIM DE CHRISTIANA PUERORUM IN SCHOLIS INSTITUTIONE.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Diligentia ipsa quae, elapsis vix paucis mensibus ab ultima congressione, vos nuper congregavi! iterum, ostendit palam optimum vos de hisce episcopalibus coetibus iudicium facere. Et recte sane ac merito. Congressiones enim huiusmodi, dummodo rite habeantur, haud parum pro-

desse possunt ad salutaria studia excitanda, ad paranda invalescenti impietati apta ac tempestiva remedia et ad eam nectendam mentium atque actionum concordiam quam praesens aetas arctissimam requirit.

Quam vero nuntiastis susceptam a vobis curam maximam de christiana institutione puerorum scholas celebrantium libenter admodum accepimus et gratulamur vobis, Venerabiles Fratres, propositum quod si, uti confidimus, constanti navitate urseritis, haud exiguos paroeciis vestris afTeret fructus. Qui quidem in maiorem profecto amplioremque pubescent ubertatem si pueri iidem, progrediente aetate, Gurionum caritatis providentiaeque subsidia minime desiderent. Aetatis enim lapsu ac vitae usu crescunt et pericula hinc a iuvenilibus cupiditatibus inde a pravorum exemplo accepta. Ab iis mature ac prudenter sunt hi quidem arcendi : secus enim periculum suberit ne lugenda nimis pruina diuturnarum vigiliarum fructus subito decoquat atque absumat.

Vix demum dictu opus est, Venerabiles Fratres, pergratam Nos habuisse pietatis significationem, qua vobis libuit coetum ipsum auspicari. Est profecto vobis in laude ponendum si convento vix inito, ad Nos omnium vestrum tunc provolavit animus, idemque eo promptiore effusioreque caritate, quo tristiores Nobis decurrunt dies. Studiis vestris delectati admodum sumus, eaque pari rependimus studiorum vice, Apostolicam Benedictionem, caelestium auspicem bonorum, vobis omnibus, Venerabiles Fratres, et cuiusque vestrum Clero populoque peramanter impertiendo.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxx Aprilis MDCCCCXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

III.

AD MODERATOREM CONGREGATIONIS PRESBYTERORUM A SANCTA MARIA TINCHEBRAY NUNCUPATAE, SEXAGESIMO CONDITA SODALITATE ANNIVERSARIO RECURRENTE.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Ubere cum fructu te tuaeque disciplinae alumnos versari in moderanda ac provehenda Sodalitate cui nomen a *Nostra Domina a bona morte,* libenter admodum accepimus, et gratulamur ex animo cum studium quo propositum urgetis vobis a Patribus commendatissimum, tum caritatem qua aeternae pro-

ximorum saluti adlaborare contenditis. Laudem utramque libet agnoscere eamque hisce testari uteris, quas, natali vertente sexagesimo a condita religiosa familia vestra et vigesimo quinto ab inito a te supremo eiusdem magisterii munere, nuncias esse volumus paternae benevolentiae Nostrae et una simul incitamentum ad opus acriter persequendum in quod iam diu incumbitis.

Porro laudatam Sodalitatem *a bona morte,* utpote quae in grande aeternae salutis negotium praesidium advocat Mariae Matris Perdolentis, utilissimam cuique futuram duo sunt quae suadent: pietas videlicet matris misericordia plenissimae ac gratia, et excitata Eidem dominicae passionis memoria. Altera in omni utique vita, ac potissimum in agone spiritus ultimo, in amplexu genitricis omnium suavissimae tutum nobis aperit patrocinium : conciliat altera uberrimam divinae indulgentiae largitatem. Maria enim praesente ac spectante divinum illud sacrificium perfectum est quo redempti sumus, eiusque adeo fuit particeps ut victimam sacratissimam et peperit et abierit, martyrum regina. Nulla igitur Mariae ad excipienda precantium vota potiora invitamenta: nulla Eidem ad admissorum nobis veniam impetrandam aptiora apud Filium argumenta.

Commendat praeterea laudatam Sodalitatem, et ipsa, quam provido consilio iniicit et alit, mortis cogitatio, quamque, probe nostis, nemo umquam animo recoluit quin, adspirante divina gratia, imminutam sibi persenserit praesentium curam, auctam futurorum.

Pergite igitur, Dilecti Filii, susceptum urgere propositum, et curam omnem in commemoratam Sodalitatem ita impendite ut eadem latius in dies obtineat, et ubique vigeat sociorum frequentia et christianarum laude virtutum.

Auspex divinorum munerum Apostolica sit Benedictio quam tibi, Dilecte Fili, atque universae religiosae familiae cui optime praees peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxx Aprilis MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

IV.

AD V. E. IACOBUM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM GIBBONS, BALTIMORENSIUM ARCHIEPISCOPUM, QUINQUAGESIMUM SACERDOTII SUI ANNIVERSARIUM CELEBRANTEM AC VICESIMUM QUINTUM, EX QUO SACRA PURPURA EXORNATUS EST.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Id libenter accepimus, omnes scilicet Antistites Glerumque universum Foederatorum Americae Civitatum, quin adeo plurimos e praestantissimis cuiuslibet conditionis hominibus, duplicem faustitatem sollemniter celebraturus, annum nempe suscepti Sacerdotii Tui quinquagesimum, itemque annum quintum supra vicesimum, ex quo inter Purpuratos Principes adscitus fuisti.

Universalis haec quoque animorum laetitia utramque tuam solemnitatem expectantium, luculenter Nobis declarat quanta ubique gaudeas existimatione quantaque omnes veneratione Te prosequantur, non solum ob excelsam dignitatem Tuam, sed etiam ob praeclarissimas, quas recte novimus, animi ingeniique Tui qualitates, ne dicamus singularem, qua emines, in gloriam Altissimi in bonumque animarum sollicitudinem.

Antistitum vero existimationem et laudem quisnam ignorat non modo in suae ipsorum Ecclesiae honorem splendoremque redundare, verum etiam in Christi Ecclesiae universalis decus atque ornamentum cadere ?

Nemini igitur plus quam Nobis, Catholicae Religionis Antistiti Summo, iusta inde exoritur causa cur maximam laetitiam sumamus èx praefatis sollemnibus Tuis, quae optimam simul Nobis occasionem suppeditant singularem animi in Te Nostri dilectionem aperiendi.

Macte igitur animo, dum toto Tibi co!rde gratulamur et vota Deo suscipimus, ut cumulata pietatis Tuae merita usque remuneret, suique ubertate auxilii longum adhuc in aevum Te servet, sospitet, tueatur: ac praeterea eorum, quos sollicitudo pastoralis complectitur Tua, obsequium amoremque magis magisque Tibi conciliet.

Quorum quidem ominum votorumque comes Apostolica sit Benedictio quam, benevolentiae peculiaris in Te Nostrae testem aeternorumque auspicem bonorum, Tibi, Clero populoque universo vigilantiae Tuae concredito, nec non omnibus qui praefatarum faustitatum participes erunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VII mensis Maii anno MDCCCCXI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. X.

V . .

AD RR. PP. DD. GALLIAE ARCHIEPISCOPOS ATQUE EPISCOPOS OCCASIONE CONVENTUS ALTERIUS DIOECESANIS MISSIONIBUS PROVEHENDIS.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Conventum alterum celebraturis, *dioecesanis Missionibus* provehendis, ne desint vobis paternae caritatis Nostrae hortamenta, quibus, ut confidimus, studia vestra acrius excitentur in ea quae ad incrementum divinae gloriae atque animarum salutem patent coepta uberrima. Et re quidem vera perspectum optime habetis, Venerabiles Fratres, quanta ad christianam vitam in populis excitandam alendam polleant virtute sacrae huiusmodi expeditiones, in quibus selecti viri e clero populum alloquuntur non utique doctis humanae sapientiae verbis: sed facili oratione vel maioribus accomodata, ea Evangelii aeterna vera ac praecepta aperienda. suscipiunt, quibus christianae doctrinae summa continetur, quaeque semel in eorum animos illapsa qui docilem praebeant auditum, fiunt statim in eis *fons aquae salientis in vitam aeternam.* Haec igitur antiquissima sit vobis cura, apostolicorum virorum qui id obeant muneris ita augere copiam ut nulla sit in dioecesibus vestris paroecia quae eorumdem ministerium nimis diu desideret. Nescii equidem haud sumus minime deesse in Gallia viros qui, ad exemplum Apostolorum, orationi ac ministerio verbi instantes, in consummationem sanctorum toti sunt atque in aedificationem corporis Christi. Sed impar, probe nostis, eorum numerus paroeciis omnibus peragrandis, iisdemque evangelica instituendis disciplina. Quare hoc etiam pastorali navitati vestrae maxime commendatum volumus, ut scilicet unaquaeque dioecesis illud tam salutare tamque expetitum *opus dioecesanis Missionariis efformandis edendis* rite constitutum habeat, et omni, ut par est, instructum pietatis doctrinaeque adiumento. — Propositum equidem difficultatibus non vacat, hinc a sacerdotum, inde a rerum inopia petitis. Sed haud vos praeterit opus de quo loquimur tantae esse utilitatis excolendis ad pietatem animis, ut prae ceteris piis operibus sit vobis fovendum. Neque inde pertimescendum quod opera eiusmodi exarescant; immo vero incrementa captura dicenda sunt, quum perspicuum sit pietatem, quam sacrae Missiones tantopere excitant ac tuentur, esse christianis hisce institutis adeo necessariam ut si deficiat, id profecto deficiat a quo ea ipsa ortum habent et alimenta quotidiana.

Suadet caritas ea etiam diligentiae vestrae commendare, quae non

ita pridem recoluimus in Motu proprio « Sacrorum Antistitum », praecepta ac monita divini verbi praeconibus saluberrima. Eadem et vos, Venerabiles Fratres, in conventu recolite studiosissime, et curas adhibete maximas ut in dioecesibus vestris religiose ab omnibus serventur, rati vix quicquam emolumenti sollertiam vestram catholicae rei allaturam nisi, una cum sacrorum oratorum frequentia, consuleritis et optimae eorumdem institutioni.

Adsit, adprecamur, consiliis vestris Deus luminum pater, detque, affuso lumine consilii sui, quae uberiores afferant christifidelibus utilitates ea vos decernere, eaque ad usum quamprimum adiungere. Nos interim paternae benevolentiae testem Apostolicam Benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, atque iis omnibus qui in conventu vobiscum aderunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xv Maii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis SSmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

28 aprilis 1911. — Titulari ecclesiae Archiepiscopali Cianae praefecit Revmum Ioannem Keane, hactenus archiepiscopum Dubuquensem.

5 maii 1911. — Cathedrali ecclesiae Atrebatensi Revnium Aemilium Ludovicum Cornelium Lobbedey, hactenus episcopum Molinensem.

8 maii 1911. — Cathedrali ecclesiae Molinensi sac. Ioannem Baptistam Penon, parochum decanum S. Mariae Magdalenae in archidioecesi Aquensi.

12 maii 1911. — Cathedrali ecclesiae [Lincolnensi Revmum Ioannem Henricum Tihen, Vicarium generalem episcopi Wichitensis.

— Cathedrali ecclesiae S. Georgii Terrae Novae sacerdotem Michaelem Franciscum Power, archidioecesis S. Ioannis Terrae Novae.

— Cathedrali ecclesiae Pelotensi sacerdotem Franciscum de Campos ßarreto, parochum S. Crucis in urbe Campinensi.

— Cathedrali ecclesiae Aracajuensi sacerdotem Iosephum Thomam Gomes da Silva, secretarium dioecesis Parahybensis.

— Cathedrali ecclesiae Florestensi sacerdotem Alvarum Augustum da Silva, parochum S. Iosephi loci vulgo *Becife,* in archidioecesi Olindensi.

— Cathedrali ecclesiae S. Aloisii de Caceres sacerdotem Modestum Augustum Vieira, parochum loci vulgo *Garatinga,* in archidioecesi Mariannensi.

— Cathedrali ecclesiae Uruguayanensi sacerdotem Herrn etem Iosephum Pinheiro, parochum in civitate vulgo *Recife,* archidioecesis Olindensis.

29 maii 1911. — Metropolitanae ecclesiae Philadelphiensi Revmum Edmundum Franciscum Prendergast, hactenus episcopum titularem Scillitanum et administratorem eiusdem archidioecesis.

Mandavit autem idem SSmus Dominus ut hac de re Litterae Apostolicae sub plumbo ad tramitem iuris expediantur.

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DUBIA DE MANUSCRIPTA RELIGIOSORUM TYPIS EDENDIS.

Quaesitum est ab hac Sacra Congregatione de Religiosis :

I. An Religiosi pertinentes ad Instituta votorum simplicium iisdem teneantur legibus ac Regulares votorum solemnium, quoad *Imprimatur* seu beneplacitum a suis Superioribus expostulandum, quoties aliquod suum manuscriptum in lucem edere cupiunt ?

II. An Religiosi, quoties eis a suis Moderatoribus publicatio alicuius manuscripti fuerit interdicta, vel *Imprimatur* denegatum, possint idem manuscriptum alicui typographo tradere, qui illud publicet cum *Imprimatur* Ordinarii loci, suppresso auctoris nomine ?

Emi autem Cardinales Sacrae Congregationis de Religiosis, in plenario Coetu ad Vaticanum habito die 2 mensis Iunii 1911, suprascriptis Dubiis responderunt :

Ad I. Affirmative.

Ad IL Negative.

Quam Emorum Patrum responsionem Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa Decimus, referente infrascripto Sacrae Congregationis Secretario, ratam habuit et confirmavit, die 11 Iunii 1911.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis,, die 15 Iunii 1911.

Fr. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L- & S.

f Donatus Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO CONCILII

L

LAUSANEN.

INTERPRETATIONIS A OLUNTATIS.

Pia mulier Baronissa Helena de Reiff, vidua d'Alt, suo olographo testamento sub die 24 Martii 1820, favore suorum atque favore Capituli Collegiatae S. Nicolai loci Friburg, quod Capitulum decem tantum Canonici componunt, sequentia disponebat:

« Je veux qu'on prélève sur mon rentier la somme de vingt-cinq; « mille francs, pour établir un rentier de famille dont les rentes seront « partagées annuellement et à perpétuité entre tous les descendants « légitimes de feu mon fils le baron d'Alt. Je veux que les demoiselles « d'Alt ne puissent avoir aucune part aux rentes de ce rentier après leur « mariage. Si Adèle, ma petite-fille, se marie, elle pourra en jouir pen- « dant sa vie avec tous les Alt. Si dans la suite cette bourse de la « famille d'Alt éprouve des pertes, elles devront être réparées par les « rentes avant leur partage. Après la mort de tous les d'Alt de ma « famille, le dit rentier est reversible au Chapitre de St.-Nicolas, afin « qu'on puisse avoir douze Chanoines : ils diront tous les ans six messes « pour moi et pour mes parents : cette dite bourse servira à entretenir « leurs bâtiments. Je le veux ainsi. La créance entre les enfants Reiff, « en la ville, sera mise au rentier de famille. Je prie Monsieur le Cha- « noine de Chassot et Monsieur de Chollet tuteur de mes petits enfants « d'exécuter tout ce qui est contenu dans cet acte qui contient mes «dispositions de dernières volontés et je veux qu'elles soient respectées

« en tout et partout, ainsi que ce que je pourrais communiquer à l'un « ou l'autre de mes exécuteurs testamentaires.

« Fait à Fribourg pour la plus grande gloire de Dieu et mon salut ».

Die 2 Decembris anni 1825 testatrix e vita migravit, et paucos post dies eius testamento publici iuris effecto, illi, a praefato Chassot, Canonico dictae Collegiatae S. Nicolai, sequens adiecta fuit declaratio :

« Madame la Baronne d'Alt, née de Reiff, m'a communiqué les « objets suivants, avec prière d'en faire la déclaration après sa mort, « voulant que le tout soit exécuté.

« 1.° Vers la fin de l'année 1820 et en d'autres temps elle m'a « déclaré : " Je veux que ma petite-fille Hélène d'Alt ait, sa vie durant, « part aux rentes de la Bourse soit rentier de la famille d'Alt que j'ai « établi par mes dispositions de dernières volontés qui sont entre les « mains de Mr. le Notaire Helffer ".

« 2.° Le 21 Avril 1825 elle m'a déclaré ce qui suit : " Pour le cas « d'extinction des mâles légitimes de ma famille d'Alt, j'ai établi par mon « testament un legs en faveur du Vénérable Chapitre de Saint-Nicolas : « Je révoque et j'annule ce legs, et je veux qu'à l'extinction des mâles « légitimes de ma famille d'Alt, le legs mentionné dans mon testament « en faveur du Vénérable Chapitre de Si-Nicolas, soit donné aux deux « chapelains et aux deux coadjuteurs de St.-Nicolas pour en partager «entre eux à perpétuité les revenus; mais c'est à la condition très « expresse que chacun d'eux prêche la parole de Dieu, catéchise, soi- « gne les malades dans cette paroisse, tout comme le curé de ville.

« Je crois que ce changement que je fais, sera très agréable à « Dieu ! »

Interim anno 1908 mense Iulio Lutetiae Parisiorum decedebat Edmundus d'Alt novissimus de familia : sed eius haeredes legatum Collegiatae Ecclesiae S. Nicolai non trasmiserunt nisi anno elapso, ob exortas lites haeredes ipsos inter et fiscum.

Capitulum vix accepta pecunia, quae summam fere 38.000 libell, attingit, statim 18 Missae celebrari iussit ad intentionem testatricis in satisfactionem onerum trium annorum 1908, 1909, 1910, et onus in libro fundationum inscripsit. Attamen valde anceps haeret, *primo* circa valorem declarationis Rev. D. Chassot, *secundo* quoad modum erogandi reditus legati iuxta mentem testatricis, an scilicet pro reparatione aedium, quarum conservatio Capitulo incumbit, vel potius ad novas Capitulares praebendas constituendas; quae duo sibi simul consistere posse minime videntur.

Relate ad *primum* Capitulum exquirere non omisit sententiam

cuiusdam legis periti, scientia ac religione praeclari, qui mentem suam ita aperuit : « Il me paraît résulter des textes de la Municipale ce « qui suit :

« 1.° Le testament de Dame d'Alt qui est olographe est fait vala-« blement d'après la Municipale.

« 2.° La déclaration faite par Monsieur le Chanoine Chassot lors « de la lecture du testament de Madame d'Alt, n'a, à mon avis, aucune « valeur.

« Elle ne saurait révoquer le testament fait notarialement par la « testatrice.

« En tant que testament reçu par un prêtre, il n'est pas conforme, « ni à la Municipale, ni à l'ordonnance de 1818.

« Par conséquent j'estime que c'est le testament publié par le notaire « Helffer qui fait règle.

« Il y a du reste à remarquer en outre ce qui suit :

« 1.° Personne n'a attaqué en temps utile le testament de Madame « d'Alt.

« 2.° Le Chanoine Chassot appartenant à votre Collégiale ne pou-« vait pas même comme ecclésiastique recevoir un testament en faveur « du Chapitre, vu qu'il était intéressé.

« De toute façon j'estime que c'est le testament du notaire Helffer, « et que le legs du Chapitre de Saint Nicolas doit être appliqué en con-« formité du fait et publié ».

Neque maiorem firmitatem coram iure ecclesiastico habere videtur id quod a Rev. D. Chassot fuit assertum, uti probare satagit Consultor, et iuxta notissimum effatum : « unus testis, nullus testis ». Eo vel magis quod hic testis, utpote Canonicus eiusdem Ecclesiae, partem in legato habebat.

Ceterum Capitulum, ut ipsum adnotat, iam abundanter satisfecit pio huic defunctae desiderio. Nam cum in civitate Friburgensi penes ipsum Capitulum habitualiter maneat animarum cura, quae in dies incrementum accepit quaeque nunc per rectores canonicos et sacerdotes coadiutores ac vicarios exercetur, necessarias ad hoc expensas maxima ex parte Capitulum sustinuit, atque inter alia summam viginti millium libellarum ex beneficio praeposituralì detraxit ad constituendam congruam Coadiutorum dotem.

Ad *secundum* quod attinet, quomodo nempe sint impendendi legati reditus, in aedium ne conservatione, vel potius ad praebendas constituendas ; testatricis voluntas sibi sane cohaerens non apparet. Si enim testamenti verba inspiciamus, utrumque ipsa voluisse videtur : « afin

« qu'on puisse avoir douze chanoines... cette dite bourse servira à entre-« tenir leurs bâtiments ». At quoniam huiusmodi reditus minime sufficiunt ad novas praebendas constituendas ; et ex alia parte massae capitulari, quae über haud existit, gravissimum onus incumbit aedificandi atque reficiendi quamplurimas domus parochiales variarum ditionis regionum, nec non aedes rurales aliquorum beneficiorum parochialium, Capitulum quaerit, an non plene servetur piae testatricis intentio, si annui legati reditus insumentur in refectione omnium supradictarum aedium. Emis Patribus est iudicandum utrum Capitulum debeat aliquam saltem redituum partem quotannis seponere ad effectum quamcitius duodenarium praebendarum numerum complendi.

DECISIO. - In generalibus Comitiis die 29 Aprilis 1911 Emi Patres respondendum censuerunt:

Standum testamento diei 26 Martii 1820, et reditus legatus primum impendendus esse in reparationem aedium capitularium, hisque sufficienter refectis, invertendos esse ad complendum duodenarium Canonicorum numerum.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L. © S.

B. Pompili, *Secretarius.*

IL

AURIEN.

DUBIORUM CIRCA ABSTINENTIAE ET IEIUNII LEGEM.

Dubia quae hic enodanda proponuntur versantur circa interpretationem rescripti diei 19 Februarii 1851 a S. C. S. Officii Episcopo Auriensi concessi ; ideo praestat illud per extensum referre. Est autem huius tenoris :

« Episcopus Auriensis B. V. filiali veneratione accedens, humiliter « deprecatur et supplicat ut cum suae dioecesis habitatoribus pro beni-« gnitate dispensare digneris, ut in S. Quadragesimae, quatuor temporum « et in reliquis tam de praecepto quam ex devotione ieiunii diebus, ser-« v ata ieiunii forma, *de omni pinguedine suina, butyro, laete, caseoque « in suis esibus uti possint.* In hac enim mei regiminis dioecesi oleta «nulla sunt, et ideo oleum magno praetio aestimatur; attentis tem-« porum pecuniae et nummorum parcitate penesque generali paupertate « maxime ruri degentium, personae quoque non omnino pauperes in «olei adquisitione multo incommodo et dispendio laborant; estque

« haec causa, ut parochi et confessarii saepissime m poenitentiae Sacra-
« menti administratione angustias patiantur, dum a poenitentibus inqui-
« runtur an inopia oppressi, aut in parva quantitate dictis pinguedinibus
« vesci possint. Ut vero omnis tollatur ambigendi occasio et cum secu-
« ritate procedant, ad me submisse supplices accessere rogantes, quod
« a V. B. exposcerem ut privilegium a Sancta Sede habitantibus dioe-
« cesis Lucensis concessum quibus *omnis pinguedinis suinae usus per-*
« mittitur, aut Mindoniensis, quibus *butyro et caseo vesci licet,* ad fideles
« huius Auriensis dioecesis extendatur. Finem tunc habebunt anxietates
« et peccata in quibus illabuntur multi qui ieiunii praeceptum cum solo
« olei usu esse valde difficile opinantur. His precibus Vestra benignitas
« annuens meis monitis intelligerent dioecesani, privilegium ex V. B.
« liberalitate illis concedi non in abusum et perniciem, sed in animarum
« utilitatem et ut facilius et exactius ieiunium adimpleamus, quo a vitiis
« avertimur et de peccatis purgamur. Et ut cessent dubia et scrupuli
« similiter postulat ut hoc privilegium ad omnes laicos sive clericos
« cuiuscumque gradus et dignitatis, modo non sint voto adstricti, exten-
« datur.

« Sanctitati Vestrae obsequens filialiter certum facit de sincera ac
« perpetua sua obedientia, et exorat ut Apostolicam benedictionem ei
« impartiaris ».

His precibus acceptis S. G. benigne annuens rescripsit :

« Feria IV, die 19 Februarii 1851, SSmus Dominus Noster Pius, Di-
« vina Providentia, PP. IX, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii
« impertita, audita relatione Revmorum DD. S. R. E. Cardinalium Gene-
« ralium Inquisitorum suffragiis benigne annuit *pro gratia per modum*
« tamen condimenti, exceptis Feria IV Cinerum, tribus postremis diebus
« maioris Hebdomadae, et Vigiliis Pentecostes, SS. Apostolorum Petri et
« Pauli, Assumptionis et Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis,
« Omnium Sanctorum et Nativitatis D. N. Iesu Christi ».

Porro primum dubium exortum circa suprascripti indulti interpretationem est, num fideles teneantur sumere Bullam *Gruciatam* ut praefato privilegio uti possint. Plures Sacerdotes Auriensis dioecesis sententiam affirmativam sequuntur hisce innixi rationibus: l.°quia Commissarius Generalis Bullae *Cruciatae* in expeditione memorati indulti anno 1851, declaravit necessitatem sumendi Bullam *Cruciatam* ut quis , illo uti posset ; %° quia huic sententiae suffragatur praxis ab initio introducta et ab Episcopis Auriensibus confirmata in suis instructionibus et responsionibus ad parochos, imo in ipsa Synodo dioecesana, celebrata anno 1908, recognita ; 3.° quia secus *Cruciatae* reditus notabiliter decre-

scerent in Auriensi dioecesi quod in detrimentum divini cultus vergeret. Nam pro expensis in divino cultu pro hac dioecesi, quae praeter Cathedralem, constat 680 ecclesiis, requiritur summa 124.161 libellarum, quarum libellas 121.388 a *Cruciatae* reditibus deduci debent, cum aerarium nationale vix 2773 libellas pro tota dioecesi praebeat.

Secundum dubium versatur circa significationem seu extensionem verborum *pinguedinis suinae; utrum* nempe per allata verba intelligi possit iusculum *(brodo di carne* hispanice *caldo de carne)* omnis carnis suinae, vel tantum iusculum seu succus laridi suini. Praeterea notandum est vigere in hac dioecesi consuetudinem in citata Synodo approbatam, vescendi in caenulis dierum ieiunii omni piscium genere.

His praemissis Canonicus Poenitentiarius Ecclesiae Cathedralis Auriensis de mandato Episcopi sequentia authentice resolvenda dubia proposuit :

1.° « An Christifideles dioecesis Auriensis pro usu supradicti pnvi-« legii teneantur sumere Bullam *Cruciatae?* »

2.° « An tuto sequi possit interpretatio enunciati indulti data a « Rmo Ordinario anno 1851, iuxta quam non solum possunt fideles « tam in prandio quam in caenula uti iusculo vel succo laridi suini, « sed etiam iusculo aut succo omnis carnis suinae, miscendo etiam in « parva coena cum piscibus in vigiliis aliisque ieiunii diebus, exceptis « fer. IV Cinerum, tribus postremis diebus maioris hebdomadae aliisque « diebus in indulto expressis ? »

Et quatenus affirmative:

3.° « An iusculum seu succus omnis animalis terrestris carnis possit « aequiparari iusculo seu succu carnis suinae ad effectus secundi quae-« siti praecedentis, ita ut possit hac in dioecesi sumi etiam in parva « coena iusculum cuiuscumque animalis, etiam si pisces de more « edantur ? »

Cum de re gravis momenti ageretur, exquisita est sententia Consultoris, ut, ea quae pollet doctrina, omnia quae sive in iure sive in facto ad solutionem iuvare possent animadverteret, ac purgatissimis EE. VV. oculis subiiceret.

Haec igitur dubia enodanda proponuntur:

1.° *An fideles dioecesis Auriensis pro usu supradicti privilegi dioecesani teneantur sumere Bullam « Cruciatae » ?*

2.° *An tuto sequi possit interpretatio privilegii data ab Ordinario Auriensi a. 1851 qua declaravit non solum licere tam in coenula quam in prandio, uti iusculo vel succo laridi suini, sed etiam iusculo vel succo*

omnis carnis suinae et etiam in parva coenula miscendo cum piscibus, exclusis diebus in privilegio exceptis.

3.° Et quatenus affirmative : *An iusculum seu succus omnis animalis terrestris carnis possit aequiparari iusculo seu succo carnis suinae ad effectus quaesiti praecedentis.*

DECISIO. Emi Patres in Congregatione plenaria, die 29 aprilis 1911, respondendum censuerunt :

Ad L *Negative.*

Ad II. et UT. *Iusculum carnis sive suinae sive aliorum animalium non comprehendi in allegato indulto : comprehendi vero etiam pro coenula condimentum ex adipe sive suino sive aliorum animalium et etiam butyrum.*

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L. $ S.

Basilius Pompili, *Secretarius.*

III.

CARCASSONEN.

COLLECTIONIS ELEEMOSYNARUM IN PAROECIIS.

Post legem « separationis » in Gallia plerique Episcopi cleri necessitatibus occurrere cupientes, opus instituerunt vulgo nuncupatum « *du denier du clergé* », quo, ex oblationibus fidelium a parochis in proprio districtu colligendis ac Episcopo transmittendis, praedictum finem quadantenus assequi valerent.

Episcopus Carcassonensis, cum quosdam suae dioecesis parochos dispositionibus a se latis renuentes compererit, sequentia dubia S. C. proposuit :

I. An Episcopus valeat parochos vi conscientiae adigere ad munus colligendi fidelium oblationes.

IL An valeat inobedientes poenis prosequi, non exclusa amotione ab ipso officio parochiali, ad normam Decreti: *Maxima cura,* can. 1, nn. 7 et 9.

De iisdem autem ad instantiam Episcopi Cenomanensis actum iam fuit in plenariis comitiis die 22 Maii anno 1907 habitis. Haud tamen tunc EE. PP. rem in se ipsa seu in genere prout nunc proponitur, dirimere placuit, licet ea fuerit eorum mens, ut parochus, de quo agebatur, quique aliter quam ab Episcopo statutum fuerat collectas facere et cultus expensis providere volebat, moneretur, ut Episcopi mandatis staret, facta etiam Episcopo facultate ad aliam illum paroeciam transferendi, si parere rènuisset.

Hac igitur de causa quaestiones modo a Carcassonensi Episcopo propositae iterum Emis Patribus subiectae sunt, super iisdem sententia etiam alterius Consultoris exquisita.

DECISIO: Iis igitur quae deducta noviter sunt perpensis, aliisque resumptis quae in praecedenti Congregatione fuerunt disputata, Emi Patres in comitiis plenariis, die 29 aprilis 1911, respondendum censuerunt:

Episcopum in casu posse sub gravi parochos adigere ad colligendas, vel per se vel per alium, fidelium oblationes et post monitiones poenis canonicis inobedientes prosequi, eosque, si contumaces fuerint, servatis de iure servandis, etiam a paroecia removere.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L. © S.

Basilius Pompili, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO INDICIS

DECRETUM

*Feria II, die **12** Iunii **1911.***

Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium a SSmo Domino nostro Pio PP. X Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in palatio Apostolico Vaticano die 5 iunii 1911, damnavit et damnat, pro scripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

DER MODERNISTENEID. *Ein Appel an deutsche Priester von Clericus Germanicus. Augsburg, **1910.***

DR. W. KOCH UND DR. 0. WECKER, ***Religiös**-wissenschaftliche Vorträge Dritte Reihe: Katholizismus und Christentum. **I.** u. Aufl. Rottenburg, **19.10.***

AUGUSTE HUMBERT, *Les origines de la Théologie moderne - I. LafcRenaissance de Vantiquité chrétienne **(1450-1521).** Paris, **1910.***

OTTOKÀR PROHÀSZKA, *AZ Intellektualismus tulhaitàsai. Budapest, **1910.** - Több békességet (in Egyházi Közlöny, Dec. **23 1910).** - Modern Katholicizmus. Budapest, **1907.***

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate,

aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SSmo Domino Nostro Pio Papae X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem, etc.

Datum Romae, die 6 Iunii 1911.

F. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

L. © S.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

i.

^VESTMONASTERIEN.

DUBIA CIRCA EXPOSITIONEM ET BENEDICTIONEM SANCTISSIMI SACRAMENTI.

Hodiernus Magister Caeremoniarum in Ecclesia Metropolitana Westmonasterien., de consensu sui Revmi Domini Archiepiscopi, sequentia dubia Sacrae Rituum Congregationi enodanda humillime proposuit, nimirum :

I. Defectu ministrorum et cantorum licetne Missam Votivam Sanctissimi Sacramenti, in expositione vel repositione pro Oratione **XL** Horarum, celebrare sine cantu; et totam functionem sine cantu peragere simili modo quo fit Feria V in Coena Domini, secundum Memoriale Rituum?

II Licetne legere aut omittere Missam Votivam celebrandam secunda die in Oratione **XL** Horarum ?

III. Estne necessarium Indultum, ut in Oratione **XL** Horarum expositio ac adoratio suspendatur horis nocturnis ?

IV. Quum difficile sit habere thronum expositionis inamovibile, nisi Crux ponatur in eo; quaeritur: Utrum liceat super tabernaculum erigere inamovibile thronum, seu parvum ciborium fixum pro expositione Sanctissimi Sacramenti ; an debeat erigi thronus tantummodo propter expositionem et amoveri post expositionem ?

V. Num liceat thronum expositionis construere in muro paucis metris ab altari seiuncto ?

VI. Utrum alio throno, seu baldachino parvo, opus sit ad expositionem Ssmi Sacramenti, ubi magnum baldachinum,seu ciborium invenitur?

VII. Licetne laicis tangere Ostensorium sine privilegio Apostolico, quod requiritur ad tangenda vasa sacra t

VIII. Debetne Ostensorium cooperiri velo albo, quando stat in Altari ante et post expositionem Ssmi Sacramenti ?

IX. Cuiusnam coloris debet esse stola presbyteri exponentis, quando Benedictio Ssmi Sacramenti immediate sequitur Vesperas solemnes, nec celebrans cum pluvialistis recedit a choro ?

X. Utrum cuilibet celebranti, an soli Episcopo vel Praelato, liceat genuflexo manere super pulvinari in infimo gradu altaris ?

XI. An Ordinarius, in medio Sanctuario Benedictioni Ssmi Sacramenti assistens cum cappa, debeat adorare utroque genu, quando ad incensandum accedit ad altare, vel ab eo recedit ?

XII. An Decreta, quae prohibent quominus preces liturgicae cantentur in lingua vernacula, extendantur etiam ad Litanias, vel Pater, vel Salve Regina, quae recitantur vel leguntur coram Ssmo Sacramento exposito ?

Et Sacra eadem Congregatio, exquisito Commissionis Liturgicae suffragio, omnibusque accurate perpensis, ita respondendum censuit:

Ad^ I, II et III. Ad effectum Indulgentiarum et privilegii Altarium necessarium esse Indultum, a Sacra Congregatione S. Officii expetendum, ut derogetur formae Clementinae Instructionis. Alias Episcopus utatur iure suo, sed circa Missas Votivas serventur Rubricae et Decreta, nisi extet vel obtineatur speciale Indultum.

Ad IV. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad V. Affirmative, dummodo thronus expositionis haud nimis distet ab altari, cum quo debet quid unum efficere.

Ad VI. In casu servari potest consuetudo, quae viget.

Ad VII. Serventur Decreta.

Ad VIII. Affirmative.

Ad IX. Eiusdem coloris ac paramenta celebrantis.

Ad X. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad XI. Affirmative in casu.

Ad XII. Dentur Decreta n.° 3530, Neapolitana, ad I et II, et n.° 3157, Mechlinien. 5 Septembris 1867, ad VIII.

Atque ita rescripsit, die 27 Maii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

IL

BAIONEN.

DUBIA VARIA.

Hodiernus Redactor Kalendarii Dioeceseos Baionensis, in Gallia, de consensu sui Rmi Episcopi, insequentia dubia pro opportuna declaratione Sacrae Rituum Congregationi humiliter subiecit; nimirum:

I. Utrum Decreto 8 Maii 1899, Augustodunen. seu Galliarum, extendente Officium et Missam S. Odilonis, Abbatis Cluniacensis, sub ritu duplici minori, ad cunctas Galliarum Ecclesias, obligatio facta fuerit omnibus Galliarum Dioecesibus illud adoptandi, vel simpliciter haec extensio non sit nisi facultas ?

II. Utrum dies 7 Iulii sit quasi-natalitia pro Ss. Cyrillo et Methodio, Epp. Conf. iuxta Martyrologium Romanum ?

III. Utrum in Festo Ss. Septem Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V. utrisque Vesperis carente, hymnus *Matris sub almae* recitari debeat ad Laudes, iunctis ad Matutinum hymnis *Bella dum late* et *Sic Patres vitam?*

IV. Si in tertio Nocturno alicuius Sancti vel Mysterii, Lectiones de Homilia excerptae sunt ex operibus eiusdem Sancti, aut sunt historicae circa Mysterium, utrum tres Lectiones debeant in duas redigi, ut fit in Festo S. Hilarii, E p. Conf. Doci, in casu quo nona Lectio legi debeat de alio Officio eodem die commemorato ?

V. Ubi S. Silvester est Patronus vel Titularis, utrum secundae eius Vesperae sumendae sint de Communi Confessoris Pontificis, vel usque ad Capitulum dicendae sint de Nativitate Domini, ut in aliis diebus infra Octavam ?

VI. Quum nuptiae celebratae fuerint tempore prohibito, et sponsi postea benedictionem nuptialem petierint, iuxta Decretum S. C. U. I. diei 31 Augusti 1881, utrum eligendus sit dies in quo Missa votiva pro sponsis dici possit, ut praetendunt aliqui, innixi super Decretum Generale de Missis Votivis diei 30 Ianuarii 1896, vel in casu benedictio nuptialis impertiri possit infra Missam, puta de festo duplici 2 classis cum commemoratione pro Sponsis, iuxta rubricam in capite Missae pro Sponsis positam ?

VII. Utrum ad impertiendam benedictionem nuptialem post tempus feriatum coniugibus antea matrimonio iunctis, necessaria sit praesentia amborum, vel sufficiat solius sponsae ?"

VIII. Utrum in Ecclesiis Parochialibus unam tantum Missam habentibus, Parochi debeant ad normam Decreti n.° 3887 diei 21 Februarii 1896, Missam pro populo applicandam iuxta officium diei celebrare, etiam in Dominicis ad quas iussu Card. Caprara transferuntur solemnitates Epiphaniae Domini, SS. Corporis Christi, SS. Apostolorum Petri et Pauli, ac praecipui Patroni loci, atque etiam quorundam aliorum festorum ex peculiaribus Indultis, vel possint per Missam dictarum solemnitatum oneri suo satisfacere ?

IX. Utrum solemnitates iussu Card. Caprara ad Dominicam proxime sequentem translatae, ceteraeque ex Indulto particulari similiter faciendae, celebrari debeant an possint etiam in Oratoriis semipublicis ubi singulis Dominicis solet Missa cantari ?

X. Si extra Expositionem XL Horarum, et Festum SS. Corporis Christi, fieri contingat expositio SS. Sacramenti immediate post Missam, Hostia debeatne intra hanc Missam consecrari, vel accipi possit Hostia iam prius consecrata?

XI. Quatenus affirmative ad secundam partem; utrum Hostia iam antea consecrata poni possit in Ostensorio ante purificationem et ablutiones, vel expectari debeat usque ad expletum ultimum Evangelium ?

XII. Utrum celebrans in Vesperis solemnibus possit stolam induere sub pluviali a principio Officii, quum immediate post Vesperas, quin ipse recedat a Presbyterio, fiat Expositio cum Benedictione Sanctissimi Sacramenti ?

XIII. Utrum- Processio cum SSmo Eucharistiae Sacramento, quae immediate ut supra subsequitur Vesperas cum paramentis rubris vel viridibus cantatas, cum iisdem fieri debeat, vel albi coloris assumi debeant paramenta?

XIV. In benedictione Olei Catechumenorum, feria V Coenae Domini, Rubrica Pontificalis statuit: « duodecim Sacerdotes reverenter salutant Oleum ipsum dicentes: Ave Sanctum Oleum». Haec verba: «reverenter salutant » suntne ita interpretanda, ut debeat fieri genuflexio, sicut ad Sanctum Chrisma, vel simplex inclinatio capitis ?

Et Sacra Rituum Congregatio, exquisito Commissionis Liturgicae voto, propositis dubiis sedulo expensis ita respondendum censuit:

Ad I. Singulis petentibus Sacra Congregatio reservavit sibi concessionem iuxta Decretum citatum.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Provisum in Decreto 8 Aprilis 1908.

Ad IV. Decernendum in casibus particularibus.

Ad V. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad VI. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad VII. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Ad VIII. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Ad IX. Solemnitates enunciatas celebrari posse in Oratoriis semi-publicis de quibus agitur in Decreto n.° 4007, diei 23 Ianuarii 1899.

Ad X. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad XI. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad XII. Affirmative.

Ad XIII. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Ad XIV. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Atque ita rescripsit, die 27 Maii 1911.

Fr. SEBASTIANUS Card. MARTINELLI, *S. R. C. Praefectus,*

L. © S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

III.

QUINQUE ECCLESIARUM.

SUPER CONSUETUDINE ABSOLUTIONEM PRO DEFUNCTIS AD TUMULUM PERAGENDI DIEBUS DOMINICIS ET FESTIS, FINITA MISSA DE DIE.

Hodiernus Episcopus Dioeceseos Quinque Ecclesiarum, in Hungaria, Sacrae Rituum Congregationi ea quae sequuntur humillime exposuit; nimirum:

Pluribus abhinc annis, inscio Episcopo, viget in nonnullis Ecclesiis Filialibus Dioeceseos Quinque Ecclesiarum consuetudo Anniversaria fundata, cum *Libera me Domine,* diebus Dominicis et Festis peragendi, prout sequitur. Primo quidem celebratur Missa cantata de Dominica aut Festo in colore. Finita Missa, celebrans accedit Sacristiam, depositaque casula et induto pluviali nigri coloris, illico ingreditur Ecclesiam pro Absolutione facienda ante tumulum seu castrum doloris, quod tantum post finem Missae in Ecclesia construitur. Quaeritur: An in casu consuetudo retineri possit, quum dicta Anniversaria diebus Dominicis et Festis ex fundatione sint affixa et, propter distantiam ab Ecclesia Matre et alia officia Sacerdotum, vel etiam ob defectum competentis dotis, in dies feriales vix transferri possint?

Et Sacra eadem Congregatio, exquisito Commissionis Liturgicae suffragio, omnibusque sedulo perpensis, rescribendum censuit: Pro gratia, attenta consuetudine; exceptis tamen duplicibus primae classis et

dummodo Absolutio et Responsorium locum habeant omnino independenter a Missa de die, iuxta Decretum num. 3870, *Romana,* 12 Iulii 1892, ad VIII.

Atque ita rescripsit atque indulsit, die 31 Maii 1911.

L. © S.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

DIVIONEN. *(Dijon).*

NULLITATIS MATRIMONII - TURK-JALLU.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die 20 Ianuarii 1911, BR. PP. DD. Gulielmus Sebastianeiii, Seraphinus Manu, Ponens, *et Franciscus Heiner, Auditores de turno, in causa* Divionen. Lugdunen. - Nullitatis Matrimonii, *instante pro appellatione Germana Jallu adversus sententiam Curiae Metropolitanae Lugdunensis, inter eamdem Germanam Jallu, repraesentatam per procuratorem Nazarenum Ferrata, ex officio deputatum, et Georgium Türk, contumacem, interveniente et disceptante in causa Defensore Vinculi ex officio, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Facti species. — Die 29 Septembris ann. 1904, Germana Jallu et Georgius Türk matrimonium ritu solito contraxerunt, in loco dicto Pontailler, dioecesis Divionensis in Gallia. Hae nuptiae infelicem exitum habuerunt, et ideo inter coniuges primo separatio thori et deinde sic dictum divortium civile institutum est. Cum ergo uxor Germana Jallu, mulier catholica et pia, ad alias nuptias transire sibi proposuisset, suum cum Georgio matrimonium tamquam nullum impugnare coepit ex defectu formae Tridentinae, quia nempe parochus loci Pontailler, qui non erat parochus proprius, matrimonium celebraverat sine sufficienti delegatione parochi proprii alterutrius sponsi. Supplicem ergo libellum obtulit Curiae Divionensi, quae pro nullitate matrimonii, die 9 iulii 1907, sententiam tulit. A qua sententia cum defensor Vinculi Divionensis appellasset ad Curiam metropolitanam Lugdunensem, haec e contra, die 12 decem-

bris 1907, matrimonium uti validum declaravit et confirmavit. Ab hac ergo Curiae Metropolitanae sententia Germana Jallu appellavit ad S. Sedem, et inde in H. S. O. dubium, prout de more concordatum est ut sequitur :

An constet de nullitate matrimonii in casu ?

Porro huic dubio RR. PP. DD. Auditores respondendum censuerunt: *Negative.*

Quod ad ius spectat. (Agitur de iure ante Decretum « *Ne temere* » vigente). Recolendum est celeberrimum Concilii Tridentini Decretum *« Tametsi », cap. 1, sess. 2é, Be Beformatione matrimonii,* in quo haec statuta sunt : « Qui aliter quam praesente parocho, vel alio sacerdote de « ipsius parochi seu Ordinarii licentia, et duobus vel tribus testibus « matrimonium contrahere attenta bunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit». Unde, quando matrimonium celebratur coram aliquo sacerdote, qui non sit parochus vel Ordinarius alterutrius sponsi, requiritur sub poena nullitatis matrimonii, licentia parochi vel Ordinarii. Hanc autem licentiam nulli speciali conditioni aut legi subiectam voluit Tridentina Synodus, sed iure communi regulandam et ordinandam reliquit.

Illa porro licentia concessa sacerdoti celebrandi matrimonium est in genere facultatum seu privilegiorum, aut etiam, lato sensu, delegationum iurisdictionis (licet non sit stricto sensu delegatio iurisdictionis, cum actus quo parochus interest matrimonio non sit exercitium iurisdictionis). Actus itaque quo conceditur licentia, assimilatur actui, quo conceditur privilegium, seu facultas, seu iurisdictio.

Iamvero: 1.° Qui concedit facultatem, privilegium, vel iurisdictionem, hanc dare debet sciens et volens, est enim; quaedam donatio ; idem ergo dicendum est de eo qui concedit licentiam ad matrimonium : itaque requiritur actus voluntatis positivus, actualis vel virtualis, quin sufficiat intentio interpretativa, quae adesset in hoc vel illo casu, sed de facto non adest, nec intentio habitualis, quae nihil aliud est quam dispositio ad concedendam facultatem vel delegationem, si petatur. Non requiritur autem actus voluntatis explicitus, qui nempe referatur ad hoc matrimonium in specie ; sed sufficit actus voluntatis implicitus, in alio nimirum generaliori contentus, v. g., si parochus dicat sacerdoti : *delego te ad omnia matrimonia celebranda ;* vel etiam, *ad omnia sacramenta administranda;* vel etiam, *ad totam curam pastoralem exercendam.* Cuius ratio est quod, ut supra dictum est, Sacra Tridentina Synodus licentiam ad matrimonium celebrandum nulli restrictioni aut limiti subiecit. Sicut ergo sufficit, ad aliquem actum in specie explendum, facultas implicita,

in alia generaliori contenta ; ita etiam, ad aliquod matrimonium a sacerdote non parocho celebrandum, sufficit licentia implicita, in alia nimirum generaliori contenta. Quod semper tenuit S. Congregatio Concilii, ut multis ostendit Pallottini, *Collectio Conclusionum,* etc. v. *Matrimonium, § 16, n. 72 seqq.*

2.° Quod autem spectat ad ipsum sacerdotem, cui ad celebrandum matrimonium licentia conceditur, debet eam cognoscere et acceptare ; ut enim iam supra dictum est, haec concessio licentiae, sicut et concessio facultatis seu privilegii, est quaedam donatio, donatio autem non perficitur nisi concursu duarum voluntatum, voluntatis nempe eius, qui dat, et voluntatis eius cui datur. Unde, iuxta distinctionem in materia privilegiorum adhibitam, vel ipse sacerdos petiit licentiam, et tunc licentia ei prodest a momento quo concessa est, licet eam nondum cognoscat, quia nempe in momento concessionis, sufficienter adest concursus duarum voluntatum ; vel non ipse licentiam petiit, sed ei conceditur motu proprio ipsius concedentis, aut ad instantiam alicuius tertiae personae, et tunc necessarium est ut sacerdos licentiam concessam cognoscat, eamque acceptet; alioquin non adesset requisitus duarum voluntatum concursus. Et haec est doctrina communissime recepta apud Doctores tum antiquos, v. g., Sánchez, *De Matrimonio, lib. 3, disp. 36;* Coscius, *De separatione thori coniugalis, lib. 1, cap. 14, n. 21 ;* Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Matrimonium, art. 9, n. 11 ;* Giraldi, *Expositio Iuris Pontificii, P. II, sect. 115, n. 14 ;* Barbosa, *De Parocho, P. II, cap. 21, n. 75;* Schmalzgrueber, *in titul. de Clandestina desponsatione, n. 203 seq.;* tum recentiores, v. g., D'Annibale, *Summula, t. I, n. 74, nota 32, et t. III, n. 461, nota 64;* Gasparri, *De Matrimonio, n. 1130-1131, edit. 3.;* Wernz, *Ius Matrimoniale, n. 180, ad 3, nota 218 ;* Ballerini-Palmieri, *Opus Morale, tom. VI, de Matrimonio, n. 1230 etc.* Quam pariter doctrinam tenuit S. Congregatio Concilii, in pluribus decisionibus, notanter in decisionibus diei 5 decembris 1626, et 15 Aprilis 1628, et in aliis quas refert Pallottini, *op. cit., n. 53-57.* Ubi tamen notandum est hac in re non deesse controversiam, eamque sat gravem esse.

Quod ad factum spectat. Sacerdos Franciscus Chevalier, parochus loci dicti Pontailler, die 29 Septembris 1904, matrimonio coniunxit Georgium Türk et Germanam Jallu. Sacerdos Maes, parochus proprius Georgii Türk, huic ante matrimonium tradidit schedulam attestationis bannorum proclamatorum, cui coniuncta erat ad cautelam licentia celebrandi matrimonium ; quam schedulam Georgius tradere debebat, et revera tradidit in manus parochi matrimonium celebraturi, scilicet Francisci Chevalier ; hic vero, qui se putabat parochum proprium sponsae, non

attendisse se dicit ante matrimonium ad praefatam licentiam attestationi bannorum coniunctam. Cetera facta particularia hic omittuntur, quia sunt extra controversiam.

In hac causa duo proposita sunt capita nullitatis matrimonii: unum ex parte parochi delegantis, qui non dedit licentiam efficacem et sufficientem ; alterum ex parte sacerdotis delegati, qui licentiam sibi concessam ante matrimonium ignoravit.

Quod ad prius caput nullitatis spectat, haec declaranda sunt : Sacerdos Maes, parochus proprius Georgii Türk, sacerdoti matrimonium celebraturo, per manus Georgii, tradidit schedulam attestationis bannorum, quae sic sonat: « .... Reverende admodum Domine, *semel* sine obice « proclamati sunt in ordine ad matrimonium, *Georgius Türk* et *Germana « Jallu.* Nihil igitur obstat, nostra ex parte, quominus benedictionem « nuptialem impertiatur Reverentia Vestra, vel Delegatus Vester, etiamsi « specialis ad hoc delegatio nostra necessaria foret. Reverentiae Vestrae « humillimus famulus (subscripsit) *Em. Maes, pastor.* - A Monsieur le « Curé de la paroisse de .... à .... Sacramentaliter audivi G. Türk ». Omnia sunt typis impressa, praeter nomina sponsorum, subscriptionem parochi, et vocabulum *semel.* Uti patet, attestationi de bannis promulgatis coniuncta erat, ad cautelam, licentia, seu delegatio ad celebrationem matrimonii, his verbis: «etiamsi ad hoc specialis delegatio nostra « necessaria foret ». Qua mente et animi dispositione hanc licentiam seu delegationem concesserit parochus Aemilius Maes, ipse aperit iu sua depositione : « Je reconnais avoir donné cette délégation dans les con« ditions normales de toutes les délégations ordinaires de mariage, sous « une formule imprimée qui se donne toujours avec les attestations de « bans. Je considère ces expressions (etiamsi specialis ad hoc delegatio « nostra necessaria foret) comme n'étant pas de pure forme, mais inten« tionelles .... J'ai donné cette délégation d'une façon administrative, sans « qu'elle ait été sollicitée, et sans songer qu'elle fût nécessaire, et par « conséquent sans intention actuelle de la donner ni attention spéciale; « cependant avec l'intention habituelle de donner.ces délégations quand « elles sont nécessaires ».

Unde pro nullitate matrimonii dici potest et dicitur: Ut ipse confitetur parochus Aemilius Maes, in hac concedenda licentia seu delegatione, non habuit ullam intentionem actualem aut virtualem, sed tantummodo administrativam seu habitualem. Porro haec intentio habitualis non sufficit ad valorem delegationis, ut supra dictum est, ergo nulla est licentia, nec valet matrimonium.

Verum, si intimius rem perscrutemur, aliud prorsus dicendum est.

Quando nimirum parochus Aemilius Maes propria manu subscripsit schedulam supra descriptam, eamque in manus Georgii tradidit, procul dubio fuit in eius mente intentio actualis, imo actualissima dandi et concedendi quidquid erat in hac schedula contentum. Quando enim quis subscribit aliquem actum aut aliquam formulam, spondet omnia quae sunt in hoc actu seu in hac formula, et de his omnibus conscientiam suam onerat. Et hoc in qualibet actorum aut contractuum genere intelligitur. Sic v. g. in testamento vel donatione vel venditione, accurate praeparatur ab eo cuius interest vel cuius est muneris, schedula contractus, in qua continentur non tantum res praecipuae contractui subiectae, sed etiam res minus principales seu accessoriae. Quando igitur ego subscriptionem meam schedulae appono, intentionem habeo actualem dandi, vendendi etc., quaecumque in schedula continentur; quae quidem intentio est explicita quoad ea, quae praesentia in mente habeo, implicita vero quoad ea, quorum non amplius memini, sed quae in schedula sunt contenta; quae omnia, inquam, intentione actuali, vi subscriptionis meae, dono, trado, vel respective vendo, et de his omnibus conscientiam meam onero, nisi quid expresse excipiam. Sic igitur est in causa praesenti: schedula, de qua agitur, praeparata est sive iussu episcopi, qui formulam adhibendam in scribenda schedula praescripsit, sive cura parochi, qui eam fecit typis imprimi ; haec autem schedula duo continet: primum attestationem authenticam de bannis promulgatis ; alterum concessionem delegationis ad cautelam. Quando igitur parochus Aemilius Maes propria manu praedictam schedulam subscripsit, intentionem actualem habuit dandi, concedendi, faciendi quidquid in ea continebatur; quae intentio erat explicita quoad hanc partem, quam praesentem in mente habebat, scilicet attestationem de bannis proclamatis, implicita vero quoad illam partem, ad quam actualiter non attendebat, sed quae nihilominus contenta erat in schedula, et quam saepius in similibus schedulis legerat, scilicet concessionem delegationis ad cautelam ; unde rem utramque concessit.

Nec dicatur clausulam, quae refertur ad delegationem, nimirum : « etiamsi specialis ad hoc delegatio nostra necessaria foret », non continere nisi intentionem quamdam habitualem concedendi delegationem in casu hypothetico, scilicet si est necessaria.

Nam haec verba schedulae reincidunt in sequentia : « *Concedo etiam delegationem, si est necessaria* »; alioquin finis clausulae non attingeretur, qui finis est reddendi, quantum est ex parte parochi, matrimonium validum, ut dicitur in schedula: « *Nihil igitur obstat nostra ex parte quominus benedictionem nuptialem impertiatur Rev. Vestra, etiamsi etc.* ».

Igitur parochus Maes, qui subscribit schedulam, concedit licentiam si est necessaria; haec autem conditio: *«si est necessaria* » non obstat validitati concessionis, ut notissimum est in tota materia contractuum et donationum; imo cum sit conditio, non de futuro, sed de praesenti, non retardat vim delegationis, quae statim efficaciam habet. Hanc ergo licentiam seu delegationem parochus Maes concessit, non intentione solum habituali aut interpretativa (licet ipse minus accurate ita asserat), sed intentione vere et proprie actuali, licet implicita, in sensu supra exposito. Aut, si mavis, quando parochus Maes, prima vice, in hac schedula ab Episcopo vel a se praescripta, praeparata, et typis impressa, animadvertit et attendit ad hanc clausulam delegationis ad cautelam, tunc habuit intentionem actualem concedendi delegationem (si esset necessaria), quoties subscripturus erat schedulam; quae intentio virtualiter perseveravit in omnibus casibus in quibus revera subscripsit schedulam, et proinde etiam in nostro casu. Nec requiritur ad valorem delegationis, ut adsit actus voluntatis expressus et explicitus pro singulis vicibus ; tum quia sufficit voluntas seu intentio virtualis, sicut pro quolibet actu et contractu, tum quia sufficit intentio implicita, nimirum, ut supra dictum est, in alia generaliori contenta, ut in his formulis : *« Te delego ad omnia matrimonia,* vel *Dabo delegationem, quoties subscribam formulam* », et in aliis huiusmodi.

Nec etiam dicatur, praefatam licentiam seu delegationem nullam vim habere, utpote nimis vagam et indeterminatam, quia parochus Maes ne sacerdotem quidem nominat aut designat, cui data dicitur licentia; in schedula enim, qualis tradita est in manus Georgii, sic in fine legitur: « À Monsieur le Curé de la paroisse.... de.... à.... » - quin parochus Maes scripserit nomen parochiae aut loci. - Hoc, inquam, non obstat, quia receptum omnino est valere licentiam, quam parochus proprius concedat duobus sponsis contrahendi matrimonium coram sacerdote ab ipsis eligendo; quod pluries decidit S. Congregatio Concilii, ut refert Pallottini, *loco citato, num. 37, 39;* et communiter docent Canonistae: cfr. Gasparri, *De Matrimonio; n. 1141, tom. 2, p. 168, edit 3a;* unde a fortiori valida est licentia, quam parochus proprius concedit sponsis contrahendi matrimonium coram sacerdote iam electo et determinato, qualis erat in casu nostro parochus loci « Pontailler ».

Ex hac igitur parte, caput nullitatis propositum nullo fundamento nititur. Nec dicatur huic conclusioni obstare decisionem S. Congregationis Concilii, in *Annecien.,* 29 Iulii 1905. Nam in casu a S. Congregatione resoluto, adiuncta omnino diversa erant. Agebatur enim de matrimonio contracto coram parocho loci dicti Viry, in Sabaudia, qui non

erat parochus proprius alterutrius sponsi, licet se putaret parochum proprium sponsae. Porro parochus S. Iuliani, qui erat parochus proprius sponsi, transmisit ad parochum loci Viry attestationem de bannis promulgatis, quae sic se habet: «Nous, soussigné, archiprêtre curé de « S. Julien, certifions qu'il a été fait deux publications avec dispense de «la troisième, du futur mariage de.... Comme aucune réclamation ne « s'est produite à rencontre du dit mariage, il est permis de procéder « à sa célébration canonique » et nihil aliud. Qua recepta attestatione, parochus Viry celebravit matrimonium. Hoc autem matrimonium nullum declaratum fuit a Curia Anneciensi et a S. Congregatione Concilii. Verum, ut patet, ingens discrimen exstat inter hunc casum et praesentem. In nostra enim causa schedula bannorum continet clarissimam licet conditionatam delegationem «etiamsi specialis ad hoc delegatio nostra necessaria foret», dum schedula bannorum, in *Annecien.*, nullum vestigium refert delegationis; verba enim supra relata: «Comme aucune « réclamation, etc. » ex sensu genuino et obvio significant tantum, bannis promulgatis, nullum impedimentum revelatum fuisse, et proinde ex hac parte, licite procedi posse ad matrimonium. Verum quidem est parochum S. Iuliani a iudice Anneciensi interrogatum, respondisse: « Je «déclare que par cette formule (schedulae bannorum) mon intention « est de donner toute délégation, si besoin est »; sed, cum haec intentio nullo modo expressa sit in dicta formula, iure merito habita fuit uti mere habitualis seu interpretativa, vel uti non sufficienter exterius expressa.

Quod spectat ad alterum nullitatis caput propositum, dicit patronus appellantis parochum loci Pontailler ignorasse licentiam sibi a parocho proprio sponsi concessam, et proinde, iuxta doctrinam supra -expositam, communissime a doctoribus traditam, et a S. Congregatione Concilii decisam, hanc licentiam non valere, et ideo matrimonium nullum esse.

Verum hoc argumentum firmum non est. Primo enim non constat Reverendum Chevalier, parochum loci Pontailler, ignorasse licentiam sibi a parocho Maes concessam. De hoc enim facto non bene concordant, in suis depositionibus, Reverendus Chevalier et Reverendus sacerdos Quillet, qui, vice et nomine D. Chevalier, celebravit matrimonium. Reverendus enim Chevalier dicit in sua depositione: « Ce n'est qu'après la célé« bration du mariage que j'ai eu connaissance qu'une délégation m'était «accordée par M. Maes ». Reverendus autem Quillet dicit: «Je dois « ajouter, si mes souvenirs sont bien précis, qu'au déjeuner après le

«mariage au presbytère, M. le Doyen, fit devant moi la réflexion qu'il « ne savait pas bien s'il était le Curé des Jallu, lesquels venaient pas- « ser quelques mois de villégiature chez leur parente Madame de Bau- « dot. Cette réflexion ne laissa pas que de me surprendre, et elle m'au « rait même inquiété, si M. le Doyen n'avait ajouté, tout en la louant « la formule que les Curés du diocèse de Cambrai adjoignent au certi- « fìcat de banc pour déléguer en cas de nécessité le curé destinataire. « De ce chef je fus rassuré ». Unde etiam Reverendus Chevalier, in altera depositione ita interrogatus : « 14 - Si un témoin soutient que vous avez « loué cette formule de délégation pendant le déjeuner qui a suivi le « mariage, que répondrez vous? » - sic respondit: « Je n'en ai aucun « souvenir. Si j'avais vu cette délégation, j'en aurais été frappé. S'il se « présentait un témoignage formel contre moi sur ce point, je croirais « ä un défaut de mémoire, qui est possible, mais qui me paraît invrai- « semblable pour les raisons dites plus haut ». Cum ergo non bene concordent haec duo testimonia, et lapsus memoriae non tantum possibilis, sed et facilis omnino sit, praesertim post tres circiter annos, dicendum est non constare Reverendum Chevalier licentiam sibi concessam ignorasse. Quod enim quis non recordetur alicuius dicti vel facti, praesertim ad tres annos retroascendentis, numquam fuit decisiva probatio, quod revera hoc non dixerit aut fecerit. Caeterum inverisimile prorsus est, ut parochus recipiens foliolum paucarum linearum, perlegerit ea quae in principio scripta erant, quaeque banna promulgata respiciebant, deinde viderit in fine nomen, cognomen et dignitatem scribentis, et praetermiserit formulam delegationis, quae in medio typis impressa reperiebatur. Quod eo magis mirum esset, quod, ut ex actis constat, parochus, ante matrimonii celebrationem, dubitaverit an esset parochus proprius con trahentium, prouti patet ex depositionibus Mariae Martinet, matris sponsae, necnon Reverendi Quiliet, qui celebravit matrimonium. Unde nullo modo constat Reverendum Chevalier ignorasse licentiam sibi concessam.

Etiamsi autem concederetur Reverendum Chevalier licentiam sibi concessam ignorasse, non idcirco constaret de nullitate matrimonii. Nam quod spectat ad decisiones hac in re latas a S. Congregatione Concilii, sic referuntur a Pallottini, *loco citato, n. 56:* « Supplicatur humiliter a « S. Congregatione Concilii resolvi, utrum matrimonium contractum «coram sacerdote extraneo, qui habet licentiam a proprio parocho « unius ex contrahentibus et ignorat se habere illam, prout etiam unus « ex contrahentibus ignorat, sit validum ». S. Congregatio respondit: « Matrimonium, ut supra, contractum a (coram) sacerdote, qui neque

« certam neque praesumptam scientiam a proprio parocho habuit, non « esse validum ». *In « Nullius » die 5 Dec. 1626, et die 15 Aprilis 1628 in Dubium ad Cap. 1, sess. 24, De Reformatione matrimonii, et in libro Decretorum, p. 335.*

Porro, quaecumque sit indoles harum decisionum, non diremerunt controversiam inter doctores hac de re, ut supra dictum est, ortam. Antequam enim hae decisiones ederentur, disputabant inter se doctores, utrum in sacerdote delegato requiratur scientia et acceptatio delegationis, de qua controversia videre est Sánchez, *De Matrim., lib. 3, disp. 36,* ubi *n. 1,* pro sententia negativa multos et graves auctores refert. Editis autem praefatis decisionibus, licet in dies opinio communior fieret pro sententia affirmativa, remansit tamen controversia. Engel, in *tit. De Clandestina dispensatione, n. 17,* docet ad valorem licentiae non requiri eius scientiam, quia tandem aliquando hoc non requirit Concilium Tridentinum. « Utrum - inquit - haec licentia debuerit ipsi prius innotuisse, « hoc in Concilio non est expressum, et quamvis doctores id asserant, « tamen fundamentum eorum admodum dubium et controversum est. « Cum igitur de iure veteri, de quo tale matrimonium indubie valuerat, « non censeatur plus correctum, quam expressum, et in dubio potius « favendum matrimonio, cuius irritatio est odiosa et plerumque scanda- « Iosa, ita ut vel ex unius Doctoris classici singulari opinione sustineri « possit (Sánchez, *De Matrimonio, lib. 1, disput. 18, n. 7),* atque aequi- « tas rigori iuris sit praeferenda, plane opinor probabilem esse huius « matrimonii valorem ». Deinde Engel confutai, et quidem argumentis non spernendis, rationes ab aliis auctoribus, praesertim a Sánchez, allatas. Pro hac eadem Engeliana opinione allegantur plures alii doctores, apud Pallottini, *loco cit., n. 51-52.*

Cum ergo hac in re adsit controversia, eaque sit gravis, ut ait D'Annibale, *Summula, t. 1, n. 225, nota 26, pag. 212, editio 3,* procul dubio si agatur de matrimonio iam contracto, ei favendum est. Quam conclusionem sic exprimit Emus Gasparri: « Stante controversia, in praxi, « si agatur de matrimonio contrahendo, tutior tenenda est sententia; « si de conctracto, favendum matrimonio donec S. Sedes aliud declaraverit. » *De Matrimonio, n. 1131, edit. 3, t. 2, p. 163.* Ita pariter D'Annibale: « Quam ob rem si quis nec ipse eam (licentiam) petiit, nec « scit petitam ab alio concessam fuisse, eaque nihilo minus forte usus «fuerit, standum erit pro valore actus, si quid opinor; v. g. si paro- « chus, rogante Sempronio, sinat alium sacerdotem adesse matrimonio, « isque et concessionis et petitionis ignarus adstiterit. » *loco cit., n. 225, nota 27, p. 212.*

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus, et definitive sententiamus *non constare de nullitate matrimonii inter Georgium Türk et Germanam Jallu,* seu proposito dubio respondemus *Negative ;* et exinde sententiam Curiae Divionensis infirmamus et pro infirmata haberi decernimus et declaramus, sententiam autem Curiae Metropolitanae Lugdunensis confirmamus. Statuentes praeterea Germanam Jallu ad expensas iudiciales solvendas teneri, usque ad summam praefixam in Decreto D. Po n entis de reductione expensarum.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV, de Reform. Conc, Trid.;* adhibitis iis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 20 Ianuarii 1911.

Gulielmus Sebastianeiii.
L. © S. Seraphinus Many, *Ponens.*
Franciscus Heiner.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD R. D. CANONICUM THOMAS PAROCHUM ECCLESIAE « DE NOTRE DAME » IN CIVITATE DIJON, OB TRIA VOLUMINA DE CONCORDATU ANNI 1516 INTER LEONEM X PONTIFICEM ET FRANCISCUM I FRANCORUM REGEM, SANCTITATI SUAE VENERATIONIS ERGO EXHIBITA.

Monsieur le Curé,

Le Saint-Père a eu pour très agréable l'hommage que vous lui avez fait de votre ouvrage sur le concordat conclu en 1516 entre le Pape Léon X et le roi de France François T.

Dans ces trois volumes, fruit de recherches multipliées et d'un labeur considérable, vous avez traité votre sujet avec toute l'anïpleur

qu'il comportait, et surtout avec la noble intention, bien digne d'une âme sacerdotale, de faire ressortir la constitution divine de l'Eglise, fondée par Notre Seigneur Jésus Christ sur Pierre et ses Successeurs. Le Souverain Pontife vous félicite d'avoir conçu et mené à bonne fin ce grand travail au milieu des occupations incessantes de votre ministère.

Aussi est-ce de tout cœur que Sa Sainteté vous accorde la Bénédiction Apostolique.

Avec mes remercîments pour l'exemplaire que vous m'avez offert je vous prie d'agréer, Monsieur le Curé, l'expression de mes sentiments dévoués en Notre Seigneur.

Rome, 29 Avril 1911.

R. Card. MERRY DEL VAL.

COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

i.

DE AUCTORE, DE TEMPORE COMPOSITIONIS ET DE HISTORICA VERITATE EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM.

Propositis sequentibus dtibiis Pontificia Commissio « de re Biblica » ita respondendum decrevit.

I. Utrum, attento universali et a primis saeculis constanti Ecclesiae consensu, quem luculenter ostendunt diserta Patrum testimonia, codicum Evangeliorum inscriptiones, sacrorum librorum versiones vel antiquissimae et catalogi a Sanctis Patribus, ab ecclesiasticis scriptoribus, a Summis Pontificibus et a Conciliis traditi, ac tandem usus liturgicus Ecclesiae orientalis et occidentalis, affirmari certo possit et debeat Matthaeum, Christi Apostolum, revera Evangelii sub eius nomine vulgati esse auctorem ?

Resp.: Affirmative.

II. Utrum traditionis suffragio satis fulciri censenda sit sententia quae tenet Matthaeum et ceteros Evangelistas in scribendo praecessisse, et primum Evangelium patrio sermone a ludaeis palaestinensibus tunc usitato, quibus opus illud erat directum, conscripsisse ?•

Resp.: Affirmative ad utramque partem.

III. Utrum redactio huius originalis textus differri possit ultra tempus eversionis Hierusalem, ita ut vaticinia quae de eadem eversione ibi leguntur, scripta fuerint post eventum ; aut, quod allegari solet Irenaei testimonium *(Advers. haeres.*, lib. III, cap. I, n. 2), incertae et controversae interpretationis, tanti ponderis sit existimandum, ut cogat reiicere eorum sententiam qui congruentius traditioni censent eamdem redactionem etiam ante Pauli in Urbem adventum fuisse confectam?

Resp.: Negative ad utramque partem.

IV. Utrum sustineri vel probabiliter possit illa modernorum quorumdam opinio, iuxta quam Matthaeus non proprie et stricte Evangelium composuisset, quale nobis est traditum, sed tantummodo collectionem aliquam dictorum seu sermonum Christi, quibus tamquam fontibus usus esset alius auctor anonymus, quem Evangelii ipsius redactorem faciunt?

Resp.: Negative.

V. Utrum ex eo quod Patres et ecclesiastici scriptores omnes, imo Ecclesia ipsa iam a suis incunabulis, unice usi sunt, tamquam canonico, graeco textu Evangelii sub Matthaei nomine cogniti, ne iis quidem exceptis, qui Matthaeum Apostolum patrio scripsisse sermone expresse tradiderunt, certo probari possit ipsum Evangelium graecum identicum esse quoad substantiam cum Evangelio illo, patrio sermone ab eodem Apostolo exarato?

Resp.: Affirmative.

VI. Utrum ex eo quod auctor primi Evangelii scopum prosequitur praecipue dogmaticum et apologeticum, demonstrandi nempe Iudaeis iesum esse Messiam a prophetis praenuntiatum et e davidica stirpe progenitum, et quod insuper in disponendis factis et dictis quae enarrat et refert, non semper ordinem chronologicum tenet, deduci inde liceat ea non esse ut vera recipienda; aut etiam affirmari possit narrationes gestorum et sermonum Christi, quae in ipso Evangelio leguntur, alterationem quamdam et adaptationem sub influxu prophetiarum Veteris Testamenti et adultioris Ecclesiae status subiisse, ac proinde historicae veritati haud esse conformes?

Resp. : Negative ad utramque partem.

VII. Utrum; speciatim solido fundamento destitutae censeri iure debeant opiniones eorum, qui in dubium revocant authenticitatem historicam duorum priorum capitum, in quibus genealogia et infantia Christi

narrantur, sicut et quarumdam in re dogmatica magni momenti sententiarum, uti sunt illae quae respiciunt primatum Petri (Matth., XVI, 17-19), formam baptizandi cum universali missione praedicandi Apostolis traditam (Matth., XXVIII, 19-20), professionem fidei Apostolorum in divinitatem Christi (Matth., XIV, 33), et alia huiusmodi, quae apud Matthaeum peculiari modo enuntiata occurrunt?

Resp.: Affirmative.

Die autem 19 Iunii 1911 in audientia utrique infrascripto Rmo Consultori ab Actis benigne concessa, SSmus Dominus Noster Pius Papa X praedicta responsa rata habuit ac publici iuris fieri mandavit.

Romae die 19 Iunii 1911.

Fulcranus Vigouroux, Pr. S. S.
Laurentius Janssens, O. S. B.
Consultores ab Actis.

IL

RATIO PERICLITANDAE DOCTRINAE CANDIDATORUM AD ACADEMICOS GRADUS IN SACRA SCRIPTURA

PARS ALTERA.

DE IPSIS EXPERIMENTIS.

CAPUT I.

AD CONFERENDUM PROLYTATUM.

ART. I. - DE PERICULORUM TEMPORE DEQUE PETITIONE A CANDIDATIS FACIENDA.

1. Candidatis ad Prolytatum, itemque ad Lauream, probandis duplex habetur iudicum sessio, mense Novembri et mense Iunio, id est ineunte et exeunte anno scholastico.

2. Candidati petitionem Rmo Consultori ab Actis exhibeant et quidem ante finem mensis Iunii, qui volunt in sessione prima periculum doctrinae suae facere, ante finem Aprilis, qui in altera.

3. In petitione Candidatus, praeter nomen, cognomen, domicilium suum, indicet etiam ubi et quo die ad sacerdotium sit promotus, atque ubi et quo die sacrae Theologiae lauream consecutus. Idem petitioni

[1] Vide *Acta Apostolicae Sedis*, Ann. III, Vol. III, pag. 47.

litteras commendatitias adiungat Ordinarii sui vel, si e religioso ordine institutove sit, antistitis manu subscriptas. Horum autem documentorum inspectionem sibi Pontificia Commissio reservat.

4. De diebus periculorum destinatis Candidati tempestive certiores fiunt.

ART. II. - DE LINGUA IN EXPERIMENTIS ADHIBENDA.

Experimenta iis, qui Prolytatum petunt - item qui Lauream - latine danda sunt; nisi cui alia lingua permittatur uti.

ART. III. - DE EXPERIMENTIS SCRIPTIS.

1. Experimentum scriptum complectitur: *a)* Dissertationem exegeticam de textu aliquo Evangeliorum vel Actuum; - *b)* Scriptionemde quopiam argumento ex historia biblica iuxta materiarum indicem in adnexo folio descriptum; - *c)* Scriptionem de aliquo argumento Introductionis generalis vel specialis ibidem pariter assignato. Ad hanc geminam scriptionem conficiendam bis tres horae conceduntur; sex autem ad dissertationem, cui propterea duplex tribuitur valor.

2. Dissertatio et scriptiones sunt sine cuiusvis libri adminiculo conficiendae, praeter Scripturae textum et concordantias, quorum exemplar cuivis Candidato ab ipsa Commissione, sed pro dissertatione exegetica dumtaxat, traditur.

3. Quod attinet ad modum argumentum exegeticum tractandi, magna relinquitur Candidatis libertas. Sciant tamen ab eis non requiri oratoriam quamdam amplificationem ; sed tractationem scientia et ratione confectam, quae litteralem scilicet expositionem propositi textus exhibeat, cum conclusionibus doctrinalibus, comparatione locorum consimilium, interpretatione praecipuarum variarum lectionum, explanatione antilogiarum, quae vel inter textum et versiones, vel inter eiusdem textus locutiones occurrant.

ART. IV. - DE EXPERIMENTIS QUAE VIVA VOCE FIUNT.

1. Verbis Candidatus unum pluresve locos Evangeliorum, Actuum, Epist, ad Romanos et II Epist, ad Corinthios graece, atque unum pluresve locos librorum Regum hebraice ex tempore interpretari debet.

Praeterea de Historia Antiqui et Novi Testamenti; de Introductione speciali; de quaestionibus Introductionis generalis in memorato indice assignatis ; demum, ad iudicum arbitrium, de argumento in scriptionibus evoluto, interrogatur.

2. Experimentum quod voce fit duas complectitur horas, id est bis semihoram pro parte graeca et hebraica, et ter viginti momenta pro altera.

ART. V. - DE NOTIS SEU PUNCTIS DEQUE CONDITIONIBUS AD SUCCESSUM REQUISITIS.

1. Singulis utriusque experimenti partibus aequalis tribuitur punctorum numerus, id est viginti, quae tamen puncta in experimento linguae hebraicae et graecae, necnon dissertationis exegeticae duplum valorem habent.

2. In qua materia Candidatus duodecim puncta tulerit, in ea se satis iudicibus probasse sciat.

3. Ad felicem exitum utriusque experimenti requiritur, ut Candidatus ad mensuram modo descriptam in singulis materiis bene responderit.

4. Qui eam mensuram in singulis materiis experimenti scripti non attigerit, ad tentandum orale experimentum non admittitur.

5. Qui vero felicem exitum in scriptis habuit, etsi in experimento verbali deficiat, ei experimentum scriptum iterandum non est.

6. Nemo experimentum eius materiae iterare debet, in qua sedecim puncta tulit, nisi in materiis plus duabus ceciderit, aut in duabus, quae ad eamdem experimenti partem pertineant, scilicet ad utramque linguam hebraicam et graecam, vel ad alias experimenti materias.

7. Qui iterato experimento, sive scripto sive verbali, iterum cecidit, pericula nunquam postea tentare sinitur. Iterare autem experimentum nisi in sequenti aliqua sessione non licet, salva speciali venia ab Eminentissimo Cardinali Praeside impetranda.

8. Qui in utroque experimento sic se probavit, ut, partitione punctorum facta, tres quartas summae partes retulerit, is ius ad honorificam sui mentionem acquirit.

ART. VI. - DE EXPENSIS A CANDIDATIS FACIENDIS.

1. Candidati ante experimentum summam centum et viginti libellarum solvere tenentur, centum scilicet pro ipso experimento et viginti pro diplomate aliisque necessariis sumptibus.

%. Candidatis quibus experimentum haud bene successit, summa septuaginta libellarum restituetur: quod si in scriptis satis fecerint iudicibus, non eis restituentur nisi libellae viginti.

3. Qui experimentum verbale iterum tentant, sive ex integro, sive ex parte, solvant viginti libellas pro diplomate aliisque expensis, et insuper libellas decem pro singulis experimenti materiis.

CAPUT II.

AD LAUREAM.

ART. I. - DE CONDITIONIBUS ANTE SERVANDIS.

1. Nisi adsint rationes omnino peculiares, quas iure librare Commissionis est, periculum ad Lauream, quo maturior thesis parari possit, duorum saltem annorum intervallo a Prolytatu distare debet.

°2. Cum nomen suum Rmo Secretario dat, Candidatus simul indicet titulum et generalem notionem suae theseos doctoralis, necnon linguam qua eam exarare intendat.

3. Pariter significet : *a)* librum vel librorum complexum, tum Antiqui tum Novi Testamenti, quorum exegesim praeparare intendit, iuxta alterum experimentorum indicem; - *b)* insuper quamnam linguam orientalem ad experimentum dandum elegerit et de quibusnam textibus se interrogari cupiat. Concessa autem idiomata sunt: Syriacum, Assyriacum, Arabicum, Ethiopicum, Copticum et vetus Aegyptiacum.

NB. - Materia experimenti in linguis debet esse sat ampla, extra textum biblicum, maiori saltem parte, potius deligenda. Propositio operis penes Candidatum est, modo sufficientis sit molis et adprobatio Rmorum Consultorum accedat.

4. Rmus Secretarius significabit Candidato utrum theseos argumentum aliasque propositas materias Commissio comprobaverit, et quasnam forte eadem animadversiones fecerit aut mutationes suggesserit.

5. Ipse vero Candidatus tempestive mittat suae theseos typice, lithographice aut mechanice editae quindecim saltem exemplaria, ut, praeter Emos DD. Cardinales Pontificiae Commissioni adscriptos, quotquot Revmi Consultores defensioni theseos interesse cupiant, singuli unum accipiant.

6. Postquam thesis examini iudicum subiecta fuerit, maiorique numero suffragia ferentium probata, Revmus Secretarius, auditis Rmi s Consultoribus, cum Candidato constituet de die experimento theseosque defensioni assignando.

ART. II. - DE EXPERIMENTO DEQUE THESEOS DEFENSIONE.

1. Experimentum duplici parte constat: altera praeliminari, altera solemniori.

2. Experimentum *praeliminare,* technicum quodammodo, in duplex periculum dividitur. Interrogandus est Candidatus: *a)* de lingua orien-

tali a se delecta; - *b)* de libris Antiqui vel Novi Testamenti a se propositis, necnon de notionibus ad rem criticam et patristicam spectantibus ad normam adnexi indicis.

Quae omnia experimenta in aula publica habentur ita, ut qui cupierint auditores eisdem interesse possint.

3. Experimentum *solemnius* duas pariter complectitur partes : lectionem publicam a candidato ex tempore habendam, et ipsam theseos defensionem.

a) Lectio publice habenda est de argumento a iudicibus delecto e libris utriusque Testamenti ab ipso Candidato propositis, vel de quaestionibus rei criticae aut patristicae in adnexo indice descriptis. Candidato conceditur spatium unius horae ad hanc lectionem praeparandam. Absoluta lectione, quae quindecim vel viginti momenta non excedat, iudices candidatum tenent sive de argumento lectionis, sive de quaestionibus connexis, quin tamen indicis ambitum excedant.

b) Defensionem theseos praecedit argumenti expositio nitida, expedita et, quantum potest, plena, quae tamen spatium unius horae numquam excedat. Tres dein e iudicum collegio thesim ex officio impugnent. Post quos alii quoque Revmi Consultores, quaestiones movere possunt. Spatium utriusque experimenti definitum non est. Suadendum tamen ut unius diei intervallo inter se disteni

4. Absoluta theseos defensione, iudices conveniunt de admissione Candidati inter se deliberaturi. Cuius deliberationis exitus a Rmo Secretario die sequenti Candidato significatur.

ART. III. - DE EXPENSIS A CANDIDATO SOLVENDIS.

1. Candidatus ad Lauream ter centum libellas solvere debet, dimidiam scilicet partem dum thesim doctoralem tradit, alteram antequam eius defensionem suscipiat.

2. Quae tamen altera pars non est solvenda, nisi thesi iam accepta. Quodsi theseos defensio infelicem habuerit exitum, quinquaginta libellae Candidato restituentur.

Hanc alteram partem « rationis periclitandae doctrinae Candidatorum ad academicos gradus in Sacra Scriptura », in audientia Revmis DD. Consultoribus ab Actis die 24 Maii 1911 concessa, SS. D. N. Pius PP. X adprobare dignatus est.

Fulcranus Vigouroux, Pr. S. S.
Laurentius Janssens, O. S. B.
Consultores ab Actis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE PREPARATORIA.

Il giorno 13 del corrente mese di Giugno, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si tenne la Congregazione Preparatoria dei Sacri Riti sopra le virtù in grado eroico della Venerabile Serva di Dio Benedetta Rencurel, del Terzo Ordine di S. Domenico.

SEGRETERIA DI STATO

PONTIFICIA MISSIONE STRAORDINARIA
PER LA INCORONAZIONE DI SUA MAESTÀ GIORGIO V RE D'INGHILTERRA.

Illmo e Rino Monsignor Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, Arcivescovo titolare di Edessa, *Inviato Straordinario Speciale.*

Rmo Monsignor Eugenio Pacelli, Prelato Domestico di Sua Santità, Sotto-Segretario della S. Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari, *Consigliere.*

Signor Conte Stanislao Medolago Albani, Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di Sua Santità, Presidente dell'Unione Economica Sociale.

Signor Conte Francesco Bezzi fecali, Guardia Nobile di Sua Santità.

NOMINE.

Il Santo Padre con bigliétto della Segreteria di Stato si è degnato di nominare :

3** Giugno **1911. — II Signor Cardinale Francesco di Paola Cassetta, Prefetto della S. Congregazione degli Studi.

Con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare:

Protonotarii? apostolico ad instar participantium :

23 Maggio 1911. — Il Rev. Giuseppe Pfluger, canonico della Chiesa Metropolitana e Vicario Generale dell'archidiocesi di Vienna.

Prelati domestici di S. S.:

23 Maggio 1911. — li Rev. Arnoldo Cornelio Francesco Mutsaers, della diocesi di Bois-le-Duc.

24 Maggio. — Il Rev. Giuseppe Perier, Vicario Generale della diocesi di Concordia (Stati Uniti d'America);

— 11 Rev. Giuseppe Roller, Vicerettore della Chiesa Metropolitana di Vienna.

27 Maggio — Jl Rev. Giacomo F. Mooney, Rettore del Seminario diocesano di Newark ;

— Il Rev. Luigi Stecher, Rettore della Chiesa di S. Pietro a Newark.

ONORIFICENZE

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine Piano, con placca:

22 Marzo 1911. — Al Sig. Giuseppe Agostino Antonio Mutsaers, dell'archidiocesi di Utrecht.

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

20 Maggio 1911. —Al Sig. Federico de Schlutius, Consigliere Governativo, dell'archidiocesi di Colonia.

27 Maggio. — Al Sig. Cav. Rag. Luigi Petacci, Capo contabile della S. Congregazióne di Propaganda Fide.

29 Maggio. — Al Sig. Conte Filippo de Witten, officiale della S. Congregazione di Propaganda Fide;

— Al Sig. Avv. Francesco Sirani, officiale della S. Congregazione di Propaganda Fide.

30 Maggio: — Al Sig. Dott. Pio dei Conti Meyer, di Leysin.

8 Giugno 1911. — Al Sig. Cav. M.° Filippo Capocci, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

22 Maguió 1911. — Al Sig. Bernardo Giov. Antonio Jamez, della diocesi di Bois-le-Duc.

7 Giugno 1911. — Al Sig. Clemente Van-Caillie, Notaio in Bruges ;

— Al Sig. Avv. Desiderio Sehäffer, della diocesi di Csanád.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

1 Giugno 1911. — Al Sig. Giovanni Battista Durocher, ex-zuavo pontificio, della diocesi di Sherbrooke.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

27 Maggio 1911. — Al Sig. Enrico Antonio Dubois ;

— Al Sig. Guglielmo Giorgio Sired.

30 Maggio. — Al Sig. Fernando Neuray, Vicepresidente dell'Associazione dei giornalisti cattolici a Bruxelles ;

— Al Sig. Carlo Lybaert, redattore Capo del « Fondsenblad » a Gand.

7 Giugno 1911. — Al Sig. Dottor Pietro Clerico, di Torino.

9 Giugno. — Al Sig. Romano Zordan, della diocesi di Padova.

MAG Gì OR DOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Riña Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari :

13 Giugno 1911. — Mons. Ermanno Kulisch, della diocesi diPremislia;

— Mons. Felice Swierczynski, della medesima diocesi ;

— Mons. Davide Rossi, dell'archidiocesi di Milano ;

—Mons. Pietro del Prete, della diocesi di Calvi;

— Mons. Paolo Emilio Moinhos de Vilhena, della diocesi di Campanti a;

— Mons. Aristide Magni dell'archidiocesi di Bologna;

— Mons. Gaudenzio Prinetti, dell'archidiocesi di Vercelli;

— Mons. Tommaso Trussoni, della diocesi di Gomo;

— Mons. Giovanni Battista Gianera, della medesima diocesi;

— Mons. Tommaso Verga, della medesima diocesi.

Camerieri oV onore in abito paonazzo :

13 Giugno 1911. — Mons. Romolo Del Duca, di Roma.

— Mons. Giovanni Avril, dell'archidiocesi di Lione.

Camerieri segreti di spada e cappa soprannumerari:

27 Maggio1911. — U Sig. Visconte Giovanni de Masin, della diocesi di Autun;

— Il Sig. Carlo Sipaylìo, dèlia diocesi di Minsk.

Cameriere d'onore di spada e cappa soprannumerario:

13 Giugno 1911. — Il Sig. Michele Girdwoyn, della diocesi di Samogizia.

Cappellani segreti d'onore:

13 Giugno 1911. — Mons. Abondio Ballerini, della diocesi di Como;

— Mons. Pietro Maiolani, della medesima diocesi;

— Mons. Costantino Corticelli, della medesima diocesi ;

— Mons. Giuseppe Schmith.

NECROLOGIO

21 Febbraio 1911. — Mons. Atenogene Silva, Arcivescovo di Mechoacán (Messico).

9 Giugno 1911. — Mons. Guglielmo Gordon, Vescovo di Leeds (Inghilterra).

Annus III. - Vol. III. Die 12 Iulii 1911. Num. 9.

AGTATAPOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA Pii PP. X

i.

MOTU PROPRIO

DE DIEBUS FESTIS.

Supremi Disciplinae Ecclesiasticae custodes et Moderatores Pontifices Romani, si quando christiani populi bonum id Ipsis suaderet, sacrorum Canonum sanctiones relaxare benigne consueverunt. Nos quidem Ipsi, quemadmodum iam alia, ob mutatas temporum et civilis societatis conditiones, immutanda existimavimus, ita etiam in praesens ecclesiasticam legem de festis diebus ex praecepto servandis, ob peculiaria aetatis adiun cta, opportune temperandam censemus. Lata enim terrarum marisque spatia, mira nunc celeritate homines percurrant, facilioremque per expeditiora itinera aditum ad eas nationes nanciscuntur, quibus minor est festivitatem de praecepto numerus. Aucta etiam commercia, et citatae negotiorum tractationes videntur ex interposita frequentium festorum dierum mora aliquid pati. Succrescens denique in dies rerum ad vitam necessariarum pretium stimulos addit, ne saepius servitia opera ab illis intermittantur quibus est victus labore comparandus.

His de causis iteratae preces, praesertim postremis hisce temporibus, Sanctae Sedi adhibitae sunt ut festivitatem de praecepto numerus minueretur.

Haec omnia Nobis animo repetentibus, qui unam christiani populi salutem cordi habemus, opportunum maxime consilium visum est festos dies ex Ecclesiae mandato servandos imminuere.

Itaque, Motu Proprio et matura deliberatione Nostra, adhibitoque consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium qui ad Ecclesiae leges in Codicem redigendas incumbunt, haec quae sequuntur de festis diebus edicimus observanda.

I. Ecclesiastico praecepto audiendi Sacri et abstinendi ab operibus servilibus hi tantum, qui sequuntur, dies subiecti manebunt: Omnes et singuli dies dominici, festa Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae et Ascensionis Domini Nostri Iesu Christi, Immaculatae Conceptionis et Assumptionis Almae Genitricis Dei Mariae, Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, Omnium denique Sanctorum.

II. Dies festi Sancti Ioseph, Sponsi Beatae Mariae Virginis, et Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae, uterque cum octava, celebrabuntur, tamquam in sede propria, prior, Dominica insequente diem XIX Martii, immoto permanente festo si dies XIX Martii in Dominicam incidat; alter, Dominica quae festum Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum antecedat. Festum vero Sanctissimi Corporis Christi, idemque cum octava privilegiata, Dominica post Sanctissimam Trinitatem, tamquam in sede propria, celebrabitur, statuta pro festo Sacratissimi Cordis Iesu feria VI intra octavam.

III. Ecclesiastico praecepto, quod supra diximus, dies festi Patronorum non subiacent. Locorum autem Ordinarii possunt solemnitatem exteriorem transferre ad Dominicam proxime sequentem.

IV. Sicubi aliquod festum ex enumeratis legitime sit abolitum vel translatum, nihil inconsulta Sede Apostolica innovetur. Si qua vero in natione vel regione aliquod ex abrogatis festis Episcopi conservandum censuerint, Sanctae Sedi rem deferant.

V. Quod si in aliquod ex festis quae servata volumus, dies incidat abstinentiae vel ieiunio consecratus, ab utroque dispen-

samus; eamdemque dispensationem etiam pro Patronorum festis, hac Nostra lege abolitis, concedimus, si tamen solemniter et cum magno populi concursu ea celebrari contingat.

Novum Apostolicae sollicitudinis argumentum huiusmodi praebentes, spem Nos certam fovemus, fideles universos iis etiam diebus, quos nunc de numero festivitatem praecepto obstrictarum expungimus, suam in Deum pietatem et in Sanctos venerationem, non minus quam antea, fore testaturos, ceterisque diebus festis, qui in Ecclesia servandi supersunt, diligentiore, quam antehac, studio observandum praeceptum curaturos.

Contrariis quibusvis, licet speciali et individua mentione dignis, non obstantibus..

Datum Romae, apud S. Petrum, die II mensis Iulii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIVS PP. X.

II.

MOTU PROPRIO

DI UN NUOVO SANTUARIO NEL TERRITORIO DI NETTUNO COME ASSISTENZA SPIRITUALE DELLA POPOLAZIONE.

Nel vasto territorio, che si distende nella Parrocchia di Nettuno, della Diocesi Suburbicaria di Albano, e in altre Parrocchie delle Diocesi di Ostia e Terracina accorrono ogni giorno più, per la coltivazione dei campi e per le crescenti industrie, nuovi abitatori, che, dispersi a grandi distanze dalle chiese parrocchiali, incontrano gravi difficoltà per adempiere i doveri religiosi, e mancano della necessaria assistenza negli spirituali bisogni. Ora dovendo provvedere alle urgenti necessità di questi nostri figli, col pieno assenso dell'Emo Sig. Card. Vescovo di Albano, persuaso egli pure di uno straordinario provvedimento, col Breve del 14 Gennaio p. p. abbiamo demandato ai Religiosi Passionisti, che hanno nella Parrocchia di Nettuno un loro Convento, la missione di provvedere alla cura di quelle anime. Non essendo poi suffi-

cíente a contenere quella popolazione dispersa il piccolo Santuario aderente al Convento, in cui si venera l'imagine prodigiosa di Maria S Sina delle Grazie, Santuario ceduto fin dal 1884 dal Mo Capitolo della Collegiata e dalla Confraternita del SSmo Sacramento ai prelodati Padri Passionisti, il 3 Giugno corr. abbiamo acquistato dagli stessi Padri in nome della S. Sede Apostolica ed in atti del D.r Severino Urbani duemila metri quadrati di terreno sul quale erigere una nuova Chiesa, che col- r aiuto di Dio e colle elemosine specialmente dei buoni cittadini di Nettuno, tanto devoti della Vergine, speriamo di veder presto compiuta.

Per ovviare poi alle difficoltà, che potrebbero insorgere tanto per 1'officiatura della Chiesa come per la cura delle anime, confermando quanto abbiamo stabilito nel Breve 14 Gennaio p. p., e avendo presente ciò che fu convenuto nell'atto di cessione dell' 8 Aprile 1884, e successivamente colla Convenzione fra il Rino Capitolo della Collegiata di Nettuno e la veneranda Congregazione dei Passionisti approvata il 20 Febbraio 1909, stabiliamo e confermiamo:

1.° Che il nuovo Santuario di assoluta proprietà della S. Sede è affidato ai Reverendi Padri Passionisti, i quali pure immediatamente soggetti alla S. Sede godranno di tutti i privilegi loro concessi dalla Bolla di approvazione « *Supremi Apostolatus* » e specialmente riguardo alla facoltà di questuare;

2.° Che i Padri deputati dai Superiori dell'Ordine all'officiatura del Santuario e alla cura delle anime, prima di esercitarne gli offici dovranno presentare le Patenti di confessione all'Emo Sig. Cardinale Vescovo di Albano, che darà gli ordini opportuni alla sua Curia perchè sieno loro consegnati tutti gli anni gli Olii Santi per l'estrema Unzione e pel Battesimo;

3.° Che i Padri si obbligano a tenere nel Santuario e almeno in quattro Cappelle sparse nella campagna in tutte le Domeniche e feste la spiegazione del S. Vangelo e il catechismo al popolo: celebrando nelle quattro Cappelle la Santa Messa ;

4 v ° Che i Padri coli'officiatura regolare del Santuario in ore diverse da quelle delle funzioni ordinarie nella Collegiata di Nettuno, avranno in custodia le imagini di Maria Santissima delle Grazie e di S. Sebastiano e S. Rocco col diritto però al Clero della Collegiata :

a) di celebrare il Triduo di preparazione alla festa di Maria Santissima, la quale ha luogo la prima Domenica di Maggio e

b) di portare processionalmente nella Collegiata ogni anno dette sacre Imagini, cioè quella di Maria Santissima il sabato antecedente la prima Domenica di Maggio, e quelle di S. Rocco e S. Sebastiano la sera del 15 Agosto, coll'obbligo di riportarle rispettivamente la seconda Domenica di Maggio e la Domenica susseguente il 15 Agosto;

5.° Che della cera offerta dai fedeli in occasione di queste processioni, finita l'ottava della Madonna, ed entro il mese di Agosto quella che sopravanzasse sarà riportata al Santuario;

6.° Che tutte le offerte fatte al Santuario saranno amministrate, secondo la mente degli oblatori, dai Religiosi, che renderanno conto ogni anno alla S. Sede, e custodiranno anche i doni votivi nella cassa così detta del tesoro collocata nel Convento, facendosi garanti di tutti gli oggetti, che saranno descritti in doppio esemplare, da tenersi l'uno dai Religiosi, l'altro dal Rmo Arciprete della Collegiata ;

7.° Che per l'amministrazione del Battesimo specialmente nelle Cappelle rurali per comodo dei Padri vi sarà nel Santuario una pila di marmo chiusa a chiave e debitamente adorna, in cui si conserverà l'acqua, che gli stessi Padri andranno a prendere dal fonte Battesimale di Nettuno nei due Sabati precedenti le Domeniche di Pasqua e di Pentecoste;

8.° Che i Religiosi faranno i funerali e accompagneranno al cimitero le salme tutte le volte, che non potessero prestarsi i rispettivi Parroehi, ai quali in tal caso sarà data la quarta funeraria;

9.° Che i Religiosi daranno al termine d'ogni anno agli uffici parrocchiali la nota dei Battezzati], dei Morti e dei Matri-

moni, ai quali ultimi avranno assistito colla autorizzazione implorata e ottenuta in ogni caso dai rispettivi Parrochi.

Abbiamo minutamente accennato a tutte queste funzioni per togliere qualunque discrepanza che potesse insorgere per asseriti diritti o per trascurati doveri. Sicuri peraltro, che tanto *i* Sacerdoti di Nettuno e delle altre Parrocchie limitrofe come i Religiosi Passionisti, in amorevole accordo fra loro, non avranno di mira che il bene spirituale delle anime, impartiamo a tutti di cuore l'Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, li 28 Giugno 1911.

PIVS PP. X.

EPISTOLAE

I.

AD V. E. IOAGHIM CARD. ARCOVERDE DE ALBUQUERQUE CAVALCANTI, ARCHIEPISCOPUM S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII, CETEROSQUE BRASILIAE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS QUI PAULOPOLITANO ANTISTITUM CONVENTUI INTERFUERUNT.

Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Paulopolim nuper congressi litteras ad Nos dedistis, quae tanto iucundiores acciderunt quanto maior in illis vestra eminet cum Petri Cathedra necessitudo et in Nos pietas obsequio plena. Utraque vero eminet quam maxime, sive ea recolatis quae novissimo hoc tempore ex Apostolica Sede in civitates vestras manarunt benefacta, sane neque pauca neque obscura ; sive libeat curas persequi quae, premente tam acri catholicorum institutorum oppugnatione, sollicito vehementer animo Nos tenent ; sive demum placeat laetabilia celebrare quae catholico nomini progredientes afferunt Ecclesiarum vestrarum conditiones. Postrema haec, dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, praecipua quadam animi iucunditate accepimus. Divino enim consilio Christi Ecclesiae gubernandae praepositi, voti compotes eificimur cui ardentissime inhiamus, quum, optima fratrum ac filiorum navitate, Eccle-

siam videmus dilatare locum tentoni sui et christianis florere virtutibus. Propensissima vero voluntate in Brasilianam ferimur Ecclesiam praeclara Nobis portendentem, eamque volucri itinere in laetiorem usque statum venturam cupimus. Quod felicius eveniet, si, consilia exsequuturi quae in praefata cougressione iniistis, ad ea, prae ceteris, intendatis animos quae apprime valent ad fidem, penes vos, muniendam firmius latiusque propagandam. Intelligi volumus de Clero rite instituendo ac moderando, deque invehenda ac provehenda, apud vestrates, ea catholicorum institutorum providentia, quae vulgo audit « Actio Popularis Catholica ». Multa sane eaque saluberrime constituta hac de re habetis in actis Concilii Plenarii Americae Latinae, cuius scita diligentiae vestrae quam possumus maxime commendamus. At vero cum ea, quae innuimus, rerum capita eiusmodi sint quae, tempore quo utimur, et curas Nostras et operam vestram vehementius efïïagitent, libet in iis aliquantulum scribendo immorari, ut navitati vestrae Nostra praeluceant hortamenta.

Quod ad cleri attinet disciplinam, curate diligenter, dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, ut sacri ordinis alumni et bonitatem et disciplinam et scientiam rite doceantur. Discant ii scilicet in primis iugo Domini assuescere, perfectioni vacare propriae, aeternae proximorum salutis ardere desiderio : tum ea haud negligant adiumenta doctrinae quae, nostra praesertim aetate, sunt maxime necessaria sive ad refellendos errores, sive ad revelatas veritates tuendas atque uberiore cum fructu vulgandas. Postquam vero sacerdotio iidem aucti sunt, ne indulgeant otio, neve saecularibus sese implicent negotiis ; at vero, seniorum sacerdotum, ac praesertim Curionum, auspicio et ductu, conferant in vitae usum quae sibi in sacris Seminariis pararint pietatis doctrinaeque subsidia. — Ne demum, decursu temporis, eorum corda de humano pulvere sordescant, aut desuetudine oblitèrent optimas illas disciplinas quas et multa .die ac labore plurimo in scholis acquisiverit, provida Episcoporum cura ea clericis paranda sunt adiumenta, quibus opportune consulatur tum integrandis ad sanctitatem animis, tum doctrinae, praesertim sacrae, instaurandae.

Et ad priora quod pertinet, hoc praecipue volumus, clericos vestros omnes, vobis praeeuntibus, spiritualibus identidem vacare exercitationibus. Experiundo noveritis, dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, pios huiusmodi animorum recessus, dummodo rite frequententur, ad virtutes in clericis excitandas quae eorum ordinis sunt propriae, vim habere mire efficacem salutaremque. In meditatione enim rerum caelestium divinus exardescit ignis, et ad cor illius loquitur Dominus qui,

negotiis omnibus, abdicatis, in solitudinem secedit, ut cogitet dies antiquos et annos aeternos in mente habeat. — Ceterum haec omnia et alia etiam plurima, clericis sancte instituendis accommodata, fusiori sermoné prosequuta reperietis in *Exhortatione* Nostra *ad catholicum Clerum.* Documentum hoc, in quo cor Nostrum ad universos patuit sacrorum administros, clericis, quos in vobis habetis, commemorari saepius ac celebrari iuverit. Quisque vero vestrum hoc probe intelligat notatumque animo habeat: si probatum habuerit clerum qualem monita praestant quae in praefata dedimus *Exhortatione,* sentiet profecto allevari sibi pastorales curas, easque longe uberiores fieri quesitorum fructuum copia.

Quod vero ad alterum spectat pastoralis sollertiae caput, quae sit socialis catholicorum actionis indoles, quae normae servandae ut eadem salubrior civitati eveniat, accepistis ex litteris encyclicis Decessoris Nostri f. r. Leonis XIII *Quod Apostolici muneris,* - *Rerum novarum* et *Graves de communi;* quarum omnium doctrinam ac praecepta, in unum collecta ac digesta, habetis in *Motu proprio* quem, ad popularem actionem christianam moderandam, edidimus die xvui Decembris MCMIII. Imo quisque vestrum, hac in re, lucem mutuare poterit ex ipsis encyclicis litteris « *Il fermo proposito* » quas die xr Iunii MCMV dedimus Italiae Episcopis ut amplior, penes Italos, actio eadem fieret ac tutior. - Hanc porro, de qua loquimur, catholicorum actionem christiano moré socialem, esse etiam vobis, Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres; vestris in civitatibus summa ope celebrandam, edocet aetatis ratio id genus consociationibus ac socialibus operibus refertissimae: exposcit christiana caritas qua iubemur gratifican invicem, studio scilicet quod de aeterna animarum salute sit prae primis sollicitum, quodque ea non praetermittat quae usui sunt et adiumento vitae; clamant ac vehementer clamant christianae plebis rationes, quae malis turbulentorum hominum studiis, in maius quotidie vocantur discrimen. Mature eidem opitulandum, ne malesuadâ inopia atque insidiis circumventa, in socialistarum incidat anfractus, et a religione, a fide misere desciscat.

Unum libet adiicere, quod iuvandae clericorum navitati ac populari actioni provehendae, proderit quamplurimum. Vos certo haud fugit, Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, quantam, sive in aedificatio **r** nem sive in destructionem, vim exerant ephemerides adsimilesque ex intervallo paginae, quae quum minimi veneant, facile omnibus praesto sunt, opiniones, quibus imbuuntur, longe lateque satûrae : et ipsi vos videtis quantum iisdem hodie abutuntur impii. Vestram igitur pastoralem navitatem in hoc etiam versari cupimus diligentissime, ut nempe in optimis commentariis, optima gregibus vestris paretis pascua. Non

deerunt sane in vobis catholici viri doctrina ac virtute praestantes. His scribendi munus demandetur, auspicio vestro obeundum : prudentia vero, caritate et, iis qui praesunt, obsequio, quae eos decent qui veri rectique iura sanctissima tutanda suscipiunt. Postquam vero catholica diaria in lucem prodierint, ne bonorum tantum manibus ferantur; sed adnitendum ut quam latissime disseminentur, ad omnes perventura, ad eos praesertim quos christiana caritas a corruptis pravarum ephemeridum fontibus vult revocatos. Ita fiet profecto ut quaerentibus regnum Dei et iustitiam eius, haec etiam, quae fert aetas, typographicae artis adiumenta cooperentur in bonum.

En ea habetis, Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, ad quae, prae ceteris, vos animos adiicere velimus. Si, quod minime diffitemur, dicto audientes, in haec rerum momenta gravissima cogitatione omni curaque incumberitis, clericis profecto utemini qui *sal terrae* sint ac *lux mundi:* horum studiis studia occurrent praestantiorum laicorum qui populari se dedant actioni: et ita, multiplicatis hominum rerumque praesidiis, in gregibus vestris optatae florebunt virtutes laudesque christianae, iisdemque laetabimini *ut qui laetantur in messe.*

Auspicia rerum secunda ac praecipuae benevolentiae Nostrae testimonium praebeat Apostolica Benedictio, quam vobis, Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, Clero, populo cuique vestrum credito, peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvm Decembris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

II.

AD V. E. GREGORIUM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM AGUIRRE ARCHIEPISCOPUM TOLETANUM,

DE COETU EUCHARíSTICO MATRITI CELEBRANDO.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Qui propediem ex omnibus terrarum partibus Matritum convenient catholici, ut sollemnem coetum Eucharisticum, te, Legato Nostro, praesidente, celebrent, eos bene multos fore, Nos quidem audimus valde libenter : cumque perspectum habeamus tuorum praesertim popularium ardorem religionis et Fidei, non difficile coniicimus, singularis magnificentiae futuros esse honores, qui Sacramento Augusto apud vos apparantur. Profecto, si nulla re, quae ad catholicam professionem pertineat, decet populum

Hispanum a quoquam superari, minime omnium decet in cultu Domini Nostri, sub velis mysticis nobiscum versantis: quandoquidem proprium Hispaniae ornamentum ille exstitit, qui ob insigne huius Sacramenti studium Eucharisticis coetibus et sodalitiis datus est patronus coelestis, Paschalis Baylon. Iam vero ita rem vobis evenire cupimus, ut non solum coeuntium frequentia aut caerimoniarum splendore, sed etiam et maxime ubertate fructuum iste conventus nobilitetur. Etenim huc omnino spectare vestra debent consilia, quo potissimum curae cogitationesque Nostrae sunt conversae, ut homines ad maiorem adducantur et cognitionem et amorem et consuetudinem Iesu Christi. Intelligitis autem ipsi in pia religiosaque communicatione Sacramenti vivifici esse omnia; ob eamque causam in primis oportere apud christianos, non tantum qui adulta aetate, sed quicumque rationis sunt compotes, usus Eucharistiae frequens atque adeo quotidianas invalescat. Primum omnium igitur ea, quae sunt in hoc genere praecipua ex recentioribus actis Sedis Apostolicae, id est Decessoris Nostri illustris Encyclicas Litteras *Mirae caritatis*, et utrumque Decretum Nostrum *Sacra Tridentina Synodus* et *Quam singulari*, proposita animis vestris habebitis nempe ad considerandum, quibus viis possint toto orbe catholico plenius ac felicius ad effectum pervenire. Praeterea, omnia propagare latius, quaecumque sunt alendae erga Eucharistiam communi religioni salubriter instituta, vestrae diligentiae pietatisque erit. Nos illud magnopere probamus, quod multis locis fieri consuevit, ut nullus sit Dominicus festusque dies, quin ad universa tempia et sacella publica utriusque Cleri ostensione Sacramenti benedicatur adstantibus: idque ut inducatur in morem ceterarum dioecesium scitote optabile admodum Nobis esse. Pergratum etiam Nobis feceritis, si crebras salutationes, si adorationes perpetuas, si sollemnes supplicationes delitescentis Dei vobis curae fuerit omni ope provehere. At praecipue animos attendite ad rem eiusmodi, quam nemo divinae Eucharistiae cultor, qui rite sit de sempiterna fratrum salute sollicitus, neglexerit. Cognitum est, nimium saepe solere, ob perversam opinationem humanitatis et misericordiae, hoc pessimi officii praestari morientibus, ut sacerdos non advocetur, nisi cum postremus torpor sensuum mentem ad externa iam hebetaverit. Ita cernere passim licet homines christianos hinc decedere non refectos de Christi Corpore, quod unicum viaticum est ad caelestem patriam. Vos igitur summo studio contendite tam perniciosi mali delere Stirpes et vulgo persuadere hoc germanae caritatis praeceptum, ut, qui periculose decumbant, iis tanta melioris vitae adiumenta, quam primum possit, ministrentur. — Restat* ut consiliis coeptisque vestris divinae gratiae munera precemur, quod ex animo

facimus, auspice benedictione apostolica, quam ipsam praecipuae benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte Fili Noster, et omnibus qui coetus istius erunt participes, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die v mensis iunii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

III.

AD V. B. IULIUM S. R. E. PRESB. CARD. BOSCHI ARCHIEPISCOPUM FERRARIENSEM, EPISCOPUM COMACLENSEM CETEROSQUE VENERABILES FRATRES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS AEMILIAE REGIONIS.

Dilecte fili Noster, Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Vestram ex more communem epistolam nuper accepimus, non eam Bononia, ut assolet, sed Ferraría datam ; cuius quidem urbis deligendae hoc anno ad habendum coetum ea fuit vobis sane probabilis causa, ut apud optimum in episcopatu collegam, virum eminentissimum, per diem ei faustum, adessetis, eiusque sanctam laetitiam, participando coram, augeretis. Equidem tale genus officii laudamus vehementer et probamus, ut ceteroqui omnia, quae fraternam, sacrorum praesertim antistitum, caritatem foveant. Vestrum autem inter vos coniunctionem oportet summam esse, quando tam arcte omnes cohaeretis cum hac Apostolica Sede, tantaque studiorum conspiratione contenditis, ut quas pro christianae reipublicae salute praescriptiones dedimus, eae vestris in ecclesiis fidelissime efficiantur. Gratulamur vero, quod satis bonos laborum exitus vobis Deus adhuc tribuerit ; vel optimos tribuat in posterum, cupimus. Atque, auspicem divinae gratiae eandemque Nostrae testem benevolentiae, apostolicam benedictionem vobis, dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres vestroque Clero ac populo amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x mensis Iunii anno MCMXI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. X.

IV.

AD R. P. D. FRIDERICUM FUZET, ARCHIEPISCOPUM ROTHOMAGENSEM OB ERECTUM B. IOANNAE DE ARC PUBLICUM MONUMENTUM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Delectarunt eae Nos litterae, a te nuper, Venerabilis Frater, et a pluribus in episcopatu collegis communiter missae, quibus fecistis Nos certiores de sacris sollemnibus istic actis, quum et publicum monumentum Ioannae De Arc dedicaretur simul cum memoria Cardinalis Thomas, qui cultor eius eximius fuisset, et grates Deo persolverentur ob traductam mille ante annis Normanniam ad catholicam Fidem. Gratum enim optatumque Nobis accidere palam est, quidquid sit indicio Galliam Nostram studiosam esse religionis avitae, pieque memorem gloriosae vetustatis, unde tanta sibi hereditas venit. Aequum est aut Virginem magnanimam insigni ac mansuro testimonio admirationis et gratiae ab ea ornari civitate, quae iniqui fuit iudicii et supplicii testis. Quod vero scribitis vovere vos, ut mature summos honores caelestium Ioannae decerni liceat, idem Nostrum est votum, idque Deo benigno commendamus. Auspicem interea divinorum munerum, vobis ac primum tibi, Venerabilis Frater, vestroque Clero et populo apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die x mensis Iunii anno MCMXI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO RITUUM

i-

DECRETUM SUPER INTERPRETATIONE MOTUS PROPRII " INTER MULTIPLICES ".

Super legitima interpretatione art. II, n. 14 et 34 et art. III, n. 43, in Motu Proprio *Inter multiplices,* diei 21 Februarii 1905, Sacrae Rituum Congregationi sequens quaestio proposita fuit:

An Canonicus rite adscriptus Capitulo, quod collegialiter gaudet privilegiis seu insignibus et iuribus ad Protonotarios Apostolicos, vel supranumerarios, vel ad instar participantium pertinentibus, ius aliquod acquisierit, quo inter Praelatos Domesticos cum expeditione Brevis recenseatur .?

Et Sacra eadem Congregatio, audito Commissionis Liturgicae suffragio, reque accurato examine perpensa rescribendum censuit:

Negative, et adscriptionem coetui Praelatorum Domesticorum unice pendere ex benigna liberalitate Summi Pontificis, attentis, in singulis casibus, omnibus circumstantiis et specialibus meritis personae.

Quam resolutionem, Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem eidem Sacro Consilio Praefectum relatam, Sanctitas Sua ratam habuit et probavit; simulque eiusmodi interpretationem tamquam veram et authenticam declaravit.

Die 24 Maii 1911.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L.|$jS.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

IL

BAIOGEN.

CANONIZATIONIS BEATI IOANNIS EUDES MISSIONARII APOSTOLICI ET INSTITUTORIS CONGREGATIONIS IESU ET MARIAE NECNON ORDINIS B. M. V. DE CHARITATE.

Evulgatis Litteris Apostolicis in forma Brevis Sanctissimi Domini Nostri Pii divina providentia Papae X beatorum coelitum honores decernentibus Ven. Servo Dei Ioanni Eudes, Missionario Apostolico, Confes-

sori, solemniisque insimul Beatificationis in Patriarchali Basilica Vaticana, coram frequentissimo clero et populo, ex dissitis quoque locis confluente, peractis die 25 Aprilis an. 1909, indultam novensili Beato venerationem Christifidelium pietas et fiducia in ipsum clariores in dies subsequutae sunt, quae longe lateque patent intra et extra Europam, auctae etiam post triduanas festivitates per annum a beatificatione decursum, iuxta morem, celebratas. Quum vero nova signa et prodigia, Beato Ioanne intercedente, divinitus patrata ferantur, firma spes aifulsit Causae actoribus ipsisque institutis ab eodem Beato fundatis, tam Sacerdotum Iesu et Mariae quam Sororum B. M. V. de Charitate, dilecto Patri legifero supremos coelitum honores sanctique nomen et cultum ab Apostolica Sede, iteratis precibus servatoque iuris ordine, mox impetrandi. Hinc instante Rmo P. Gabriele Mallet, Congregationis Iesu et Mariae Procuratore Generali et Causae Postulatore, attentisque obsequentissimis litteris postulatoriis Rmi Dñi Episcopi Baiocensis necnon Rmi Superioris Generalis Eudianae Congregationis et tam Antistitae Generalis Congregationis Andegavensis B. M. V. de Charitate a Bono Pastore quam Praepositae Monasterio Cadomensi - erectionis ordine ac tempore prae ceteris primo - N. D. de Charitate a Refugio, supplicia quoque consodalium vota depromentium, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Dominicus Ferrata eiusdem Causae Ponens seu Relator in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu subsignata die ad Vaticanum coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit: «An sit signanda Commissio Reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur? »Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam R. P. D. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore, omnibus sedulo perpensis rescribere rati sunt: « Signandam esse reassumptionem si Sanctissimo placuerit ». Die 30 Maii 1911.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua sententiam Sacrae eiusdem Congregationis ratam habuit et confirmavit propriaque manu signare dignata est Reassumptionem Causae Canonizationis Beati Confessoris Ioannis Eudes, Missionarii Apostolici et Institutoris Congregationis Iesu et Mariae necnon Ordinis B. M. V. de Charitate. Die 14 Iunii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. $ S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

III.

NEAPOLITANA

CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI SERVO DEI IACOBO CAPOCCIO A VITERBIO ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI ARCHIEPISCOPO NEAPOLITANO BEATO NUNCUPATO.

Saeculo decimotertio, Iacobus Capoceius, Viterbii nobili genere natus eiusdemque civitatis patritius, a pueritia litteris ac pietate instructus est. Adolescentulus Eremitarum S. Augustini coenobium, in proximo Monte Cimino situm, frequentare coepit, eorumque sancta conversatione illectus, regularis vitae institutum amplecti statuit. Maturiorem agens aetatem, inter memoratos Fratres cooptatus, tyrocinium feliciter explevit atque, unanimi suffragio probatus, vota religiosa nuncupavit. Primum humanioribus litteris, postea philosophicis disciplinis addictus, clarum et profundum ostendit ingenium. Mox theologiae addiscendae causa, una cum sodali eiusdem Ordinis et gentis Columnae Iacobo, ad Athenaeum Parisiense mittitur, ubi doctrinae Sancti Thomae Aquinatis sectator et Aegidii Romani Augustiniensis discipulus, a tantis magistris caelestem doctrinam cum sanctitate coniunctam hausit. Sacerdotio auctus et Lectoratus gradum in suo religioso Ordine assequutus, ad plura gravia officia gerenda a Superioribus destinatur; ipsisque annuentibus, Parisios revertitur, ubi baccalaureatus et doctoratus gradibus decoratus, theologicas disciplinas, tum in illa universitate, tum in civitate Neapolitana, docuit. Praedictorum antecessorum doctrinae ac vestigiis fideli obsequio iugiter inhaerens, sententiam memoratu dignam Bartholomaeo Capuano patefecit, nempe « se credere in fide et Spiritu Sancto, quod Salvator noster doctor veritatis pro illuminatione Orbis et Universalis Ecclesiae, miserit Paulum Apostolum et postea Augustinum et novissimo tempore Fratrem Thomam ». Anno 1302, a Romano Pontifice Bonifacio VIII ad Archiepiscopalem Sedem Beneventanam promotus et a Cardinali Teodorico Episcopo Praenestino consecratus, inter illustres praedictae Sedis praesules merito adnumeratus est. Verum eodem anno ab ipso Summo Pontifice Neapolim translatus Metropolitanam Ecclesiam-S. Aspreni et S. Ianuarii gubernandam suscepit. Hanc usque ad obitum tenuit et sapientia, prudentia atque virtutibus illustravit, existimationem et amorem sibi adeptus non solum Romani Pontificis sed etiam Regis Caroli II eiusque filii Rogerii, a quibus plura suae Archidioecesi privilegia impetravit. Neque praetereundum est Ipsum doctos quoque libros de re philosophica et theologica scripsisse ad mentem doctoris Angelici et Aegidii

Romani, qui, typis vulgati, sicut manuscripta, in praecipuis Raliae civitatibus et bibliothecis asservantur. Tandem anno millesimo tercentesimo octavo. Iacobus, plenus meritis, hanc mortalem et aerumnosam vitam cum aeterna beatitudine commutavit. Quum vero una cum fama sanctitatis magis in dies invalesceret cultus publicus, ecclesiasticus, eidem Servo Dei praestitus validisque argumentis ac signis, uti ferebatur, probatus, ad Inquisitiones ordinarias in ecclesiasticis Curiis Viterbiensi, Beneventana et Neapolitana super eiusmodi cultu deventum est. Quibus confectis et Romam ad Sacram Rituum Congregationem transmissis, quum omnia in promptu essent ad Causam agendam, instante Rmo P. Eustasio Esteban, Ordinis Eremitarum S. Augustini Postulatore Generali, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Dominicus Ferrata, eiusdem Causae Ponens, in ordinariis ipsius Sacrae Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit: « An sententia lata a iudice ab Emo et Rmo Dno Cardinali Archiepiscopo Neapolitano delegato super casu excepto a decretis sa. me. Urbani Papae VIII sit continuanda in casu et ad effectum de quo agitur? » Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem eiusdem Emi Ponentis, audito voce ac scripto R. P. D. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore omnibusque mature perpensis, rescribere rati sunt: « *Affirmative,* seu confirmandam esse sententiam ». Die 30 Maii 1911.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X, per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae eiusdem Congregationis ratum habuit et confirmavit, die 14 Iunii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

Lu© S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

IV.

ROMANA SEU ^VESTMONASTERIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI P. DOMINICI A MATRE DEI SACERDOTIS PROFESSI E CONGREGATIONE CLER. REGUL. EXCALCEATORUM SANCTISSIMAE CRUCIS ET PASSIONIS D. N. I. C.

Anno 1849, die 21 Augusti, Reading in Britannia, magna cum fama sanctitatis, diem supremum obiit P. Dominicus a Matre Dei, qui Viterbii anno 1792 ortus ex Ioseph Barberi et Antonia Pacelli, agrorum cultui

addictus est. Postea vero inter Sodales a Cruce et Passione, Deo vocante, cooptatus et sacerdotio auctus, Sancti Pauli a Cruce votis obsecundans, se impendit et superimpendit pro animabus, praesertim Anglorum. Multis et praeclaris muneribus functus apud suos sodales, anno 1840, quum in Bélgicas regiones iussu Moderatorum Sodalitatis se contulisset, Tornaci primam sodalitatis ipsius domum excitavit, pluribus et magnis obstaculis virili prorsus animo superatis. Biennio post in Angliam veniens incredibile dictu est qua animi alacritate per integrum septennium adlaboraverat tum erectis suae Congregationis novis recessibus, tum missionibus et scholis institutis, ut Christi Dòmini votum impleretur: « Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint » (Ioan., xvii, 21). Plures quidem tunc temporis nec leves contumelias pro Christi nomine passus est; sed Qui servos suos in omni tribulatione consolatur, consolatus est et Dominicum, qui, flens prae gaudio, multis ex Anglis Sanctae Ecclesiae nomine pacis osculum dedit: quos inter et clarissimo viro Ioanni Newman, qui postea, ob eius praeclara merita, amplissimo Sacrosanctae Catholicae Ecclesiae PP. Cardinalium Coetui adlectus est. Post eius mortem, quum fama sanctitatis eius in dies invalesceret, ordinariis inquisitionibus super eadem fama rite peractis et ad Sacrorum Rituum Congregationem transmissis, instante R. P. Gregorio a Virgine Perdolente e Congregatione Crucis et Passionis D. N. I. C, attentisque litteris postulatoriis plurium Revmorum Archiepiscoporum et Episcoporum, necnon Revmorum Praepositorum Generalium Ordinum et Congregationum, infrascriptus Cardinalis Sacrae Rituum Congregationi Praefectus et eiusdem Causae Relator, in ordinariis comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit: « An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur? » Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: « Signandam esse Commissionem si Sanctissimo placuerit ». Die 30 Maii 1911.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per ipsum infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae eiusdem Congregationis ratum habuit et probavit, simulque propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Beatificationis et Canonizationis

Ven. Servi Dei Dominici a Matre Dei, Sacerdotis Professi e Congregatione Clericorum Regularium SSmae Crucis et Passionis D. N. I. C. Die 14 Iunii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

V.

BAIONEN.

NOVA DUBIA.

Ab hodierno Kalendarista Dioecesis Baionensis, praehabito consensu Revmi Episcopi eiusdem Dioeceseos, Sacrae Rituum Congregationi nova quaedam dubia pro opportuna solutione reverenter exposita sunt; videlicet:

I. Ubi Festum Titularis ex longaeva consuetudine celebratur ad instar Patronorum, Dominica infra Octavam eiusdem cum concursu populi, per unam Missam solemnem de Festo cum commemoratione Dominicae, utrum solemnitas S. Ioannis Baptistae Titularis in eamdem Dominicam incidens ac solemnitas Ss. Apostolorum Petri et Pauli in Gallus praeceptiva, debeat huic praeferri, vel in aliam subsequentem Dominicam reponi, utpote non praeceptiva, sed tantum permissa ?•

II. Utrum laico Missae inservienti ministrari possit Sacra Communio intra Presbyterium et in ora suppedanei Altaris, etiamsi non sit indutus habitu clericali ?

III. Utrum preces post Missam privatam iussu Leonis XIII dicendae, omitti debeant post Missam votivam lectam de SS. Corde Iesu, prima cuiusque mensis feria VI celebratam cum privilegiis Missae votivae solemnis pro re gravi ?

IV. Quando celebrans ad Vesperas coram SSmo Sacramento exposito Officium facit ad scamnum, debetne, cum accedit ante medium Altaris ad Magnificat, genuflectere unico genu super intimum gradum, vel utroque genu in plano ?

V. Quum cantantur Vesperae coram SSmo Sacramento exposito, utrum celebrans possit a principio amictu, alba, stola et pluviali indutus Officium facere, eique Diaconus et Subdiaconus alba, dalmatica et tunica induti assistere a principio Vesperarum, ratione Processionis immediate post Vesperas instituendae, praesertim in Ecclesiis quae pluribus carent ptuvialibus pro assistentibus ?

VI. Utrum in Quadragesima, quando Vesperae immediatae post Missam solemnem cantantur, celebrans possit pluviali super albam et stolam indutus Officium facere cum assistentia Diaconi et Subdiaconi dalmatica et tunica indutorum *t*

VII. Utrum iuxta Decreta 23 Novembris 1906, *Dubia* ad XI, et 1 Februarii 1907, Eremitarum Camaldulensium Montis Coronae ad X, Oratio *Deus cuius misericordiae non est numerus* in Functione Tridui vel Octidui intra annum post Beatificationem vel Canonizationem, cantari debeat ante *Tantum ergo,* vel in boc casu servari debeat specialis dispositio Decreti 16 Decembris 1902, ad VI, super privilegiis Octidui vel Tridui concedi solitis?

VIII. Utrum Novendialis supplicatio quae, ex Litteris Encyclicis Leonis PP. XIII, *Divinum illud munus,* diei 9 Maii 1897, Festum Pentecostes praecedere debet, incipi debeat feria VI infra Octavam Ascensionis Domini, ut terminetur in ipsa Vigilia Pentecostes, vel possit iuxta praxim huius Dioeceseos incipi tantum Sabbato, ita ut finem habeat novendialis supplicatio ipso die Festo Pentecostes?

Et Sacra Rituum Congregatio, audita Commissionis Liturgicae sententia, omnibus sedulo perpensis, ita respondendum censuit:

Ad I. In casu praeferatur solemnitas Ss. Apostolorum Petri et Pauli in Gallus praeceptiva.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Missa de qua in precibus habeatur uti solemnis, eique applicari potest Decretum num. 3697, *Ordinis Minorum Capuccinorum S. Francisci,* 7 Decembris 1888, ad VII.

Ad IV. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad V. Negative.

Ad VI. Negative.

Ad VII. Satis provisum in Decreto citato.

Ad VIII. Affirmative ad primam partem ; negative ad secundam.

Atque ita rescripsit, die 8 Iunii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. j$j S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (ROTTNER-SMITH).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die 24 Martii 1911, BR. PP. DD. Seraphinus Manu, Ponens, *Franciscus Heiner et Ioannes Prior, Auditores de turno, in causa* Parisien. - Nullitatis Matrimonii - *instante pro appellatione Defensore Vinculi Parisiensi adversus sententiam Curiae Parisiensis inter Magdalenam Rottner, repraesentatam per procuratorem Nazarenum Ferrata advocatum, et Haroldum Smith, qui declaravit nullam agere se velle partem in iudicio, interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio,, sequentem definitivam tulertmt sententiam.*

Die octava Augusti 1899, Haroldus Smith, e secta protestantium, et Magdalena Rottner, legitima obtenta dispensatione mixtae religionis, matrimonium contraxerunt in capella parochialis Ecclesiae S. Magdalenae, Parisiis. Cum matrimonium, ut saepe contingit in huiusmodi mixtis nuptiis, infaustos exitus habuisset, et coniuges ab invicem discessissent anno 1907, Magdalena Rottner, consultis peritis viris, libello oblato ad Illmum Archiepiscopum Parisiensem die 7 Ianuarii an. 1909, postulavit ut a Curia Parisiensi suum cum Haroldo Smith matrimonium nullum declararetur ex defectu formae Tridentinae. Revera, die 16 Novembris eiusdem anni 1909, a praedicta Curia sententia definitiva prodiit, qua decretum fuit: « Constare de nullitate matrimonii in casu ob defectum formae Tridentinae ». A qua sententia statim appellavit Rev. Defensor Vinculi Parisiensis, et ideo causa delata est ad H. S. O., ubi de more concordatum est dubium ut sequitur : « *An constet de nullitate matrimonii in casu?* »

Ad quod dubium RR. PP. DD. Auditores respondendum censuerunt :

« *Affirmative* ».

In iure, quod vigebat tempore quo contractum fuit dictum matrimonium, certum est matrimonium esse nullum, quando contractum fuit « aliter quam praesente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi « vel Ordinarii licentia, et duobus vel tribus testibus ». Per parochum

autem intelligitur ille, qui sit alterutrius sponsi parochus proprius ratione domicilii, aut quasidomicilii; quod si alteruter sponsus sit iuridice vagus, parochus loci, ubi commoratur tempore contracti matrimonii (omissa controversia de coeteris parochis, est eius parochus proprius. Unde, ut matrimonium sit validum, requiritur praesentia parochi proprii in dicto sensu, vel alterius sacerdotis de licentia parochi proprii vel Ordinarii.

In facto, matrimonium, de quo agitur inter Haroldum Smith et Magdalenam Rottner, contractum fuit coram sacerdote, nimirum R. P. Du Lac, delegato a parocho, vel primo Vicario (Parisiis, primus Vicarius assimilatur parocho quoad celebrationem matrimoniorum) parochiae Sanctae Magdalenae, obtenta dispensatione in impedimento prohibente mixtae religionis ab Officiali seu Vicario Generali pro causis matrimonialibus Parisiis constituto.

Porro : 1.° Parochus S. Magdalenae non erat parochus proprius nec Haroldi Smith, quod est extra controversiam, nec Magdalenae Rottner ;

2.° Ad hoc celebrandum matrimonium nulla fuit concessa licentia ab Officiali seu Ordinario Parisiensi ;

3.° Neuter sponsus erat vagus, nec Magdalena Rottner, quod est extra controversiam, nec Haroldus Smith.

Unde matrimonium celebratum fuit « aliter quam praesente parocho vel alio sacerdote de licentia ipsius parochi vel Ordinarii » et ideo nullum est.

Quod attinet ad primum punctum, haec constant attestationibus testium, et a nemine in dubium revocantur. Pater et Mater Magdalenae Rottner, tempore matrimonii a filia contracti anno 1899, iam a tredecim annis ab invicem iuridice separati erant; pater commorabatur in provinciis Galliae australibus, ut plurimum in oppido Béziers, dioecesis Montis Pessulani, cuius ideo legale domicilium filia, utpote minorennis, participabat ; Magdalena autem vivebat cum matre, quae custodiam filiorum retinuerat, et ideo de facto etiam huius domicilium participabat. Porro mater habebat, in territorio parochiae Neuilly, dioecesis Parisiensis, domum habitationis, cuius locationis pretium annuum 2000 libellas superabat, et quae rebus omnibus ad commodam habitationem instructa erat, nimirum cubiculis et lectis pro matre, filio et duabus filiabus, caenaculo pro cibo sumendo, et aula pro receptione hospitum et visitantium ; insuper habebat Parisiis, in territorio parochiae S. Magdalenae, officinam sarcinatricum, in qua ipsa cum filia et quibusdam aliis puellis, quae suas ipsi operas locabant, in vestibus conficiendis aut reficiendis horas diurnas terebat; transacta nocte et sumpto ientaculo in

domo sita Neuilly, quotidie mater et filia in officinam veniebant, in qua usque ad horas vespertinas laborabant ; quo facto redibant in domum Neuilly, ubi, coena cum familia sumpta, somno inducebant In officina prandium sumere solebant, ne tempus tererent toties redeundo Neuilly; verum in hac officina numquam sumebant coenám nec noctem transigebant, nec unquam ibi visus est lectulus. Quibus positis, oritur quaestio de loco domicilii pro matre et filia Rottner ; habebantne domicilium in parochia Neuilly, vel in parochia S. Magdalenae, vel utrobique?

Ad quam solvendam quaestionem, habenda est prae oculis definitio domicilii; porro domicilium est « locus, in quo quis larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, unde non sit discessurus, si nihil avocet ». Ita ex iure romano; Voetius, *ad Pandectas, lib. V, tit. 1, n. 92;* quam definitionem recipiunt et exponunt Canonistae, v. g. Reiffenstuel, *in tit. De foro competenti, n. 16 seq.*, et alii communiter. In qua definitione notandum est praecipuum domicilii elementum esse larium constitutionem ; lares enim alicubi constituere nihil aliud est quam ibi constituere centrum vitae privatae et domesticae, italice « focolare », gallice « foyer » ubi parentes privatim degunt, ubi proles nascitur, alitur, crescit, ubi amici et hospites invitantur et recipiuntur, ubi tota familia praecipuas refectiones sumit, et dormit; hic est enim vere locus habitationis, quia ibi vera vita agitur domestica et familiaris. Utique parentes qui alicubi lares dicto modo constituerunt, ibi etiam rerum et fortunarum suarum summam constituere solent ; verum nihil detractum erit de veritate habitationis et domicilii, si etiam alibi habeant domum emptam aut conductam, pecuniam aut titulos in negotiationibus expositos, aut in mensis argentariis *(banche)* collocatus ; in communi enim hominum aestimatione haec omnia nihil commune habent cum ratione domicilii.

Unde in casu, cum mater et filia Rottner lares certo constituerat in parochia Neuilly, in parochia autem S. Magdalenae non habuerint nisi officinam sarcinatricum, concludendum est domicilium earum fuisse in Neuilly, non vero in parochia S. Magdalenae, et ideo solum parochum loci Neuilly, non vero parochum S. Magdalenae, fuisse earum proprium parochum.

Nec dicatur aliquem habere posse simul duo domicilia, in duobus diversis locis constituta, quando aequaliter aut fere aequaliter collocatus est in utroque loco; quod praecise contingit in nostro casu, in quo videmus matrem et filiam Rottner habitasse simul in parochia Neuilly et in parochia S. Magdalenae/ibi quidem per diem, illic per noctem.

Verum quidem est, in iure romano *(L. Adsumptio originis, 6, D. Ad*

municipalem, L. ***1)*** et in iure Canonico (cap. *Cum quis, 2, De sepulturis in* ***6),*** aliquem habere posse duo domicilia in duobus locis, quando aequaliter aut fere aequaliter se collocavit in utroque: « Cum ab eo-inquit « Bonifacius VIII in dicto capite -- qui duo habet domicilia se collocans « aequaliter in utroque » ; sed cum constitutio larium sit praecipuum elementum in domicilio, ut supra dictum est, non intelligitur quomodo ille, qui in uno loco constituit lares, et in altero constituit tantum officinam, negotiationem aut partem, licet ingentem, fortunarum suarum, dici possit collocatus aequaliter in utroque loco ; utique multo magis collocatus est in loco ubi lares habet, quam in loco ubi officinam tantum habet. Unde auctores qui dictum caput Bonifacii VIII de duobus domiciliis et aequali in utroque collocatione explanant, hanc aequalem collocationem intelligunt, non de horis diurnis in uno loco, et de nocturnis in altero transactis, sed de aequali aut fere aequali numero mensium per annum in uno et in altero loco transactorum ; qui enim sex circiter mensibus in civitate, et sex circiter mensibus ruri quotannis degit, profecto, ceteris paribus, aequaliter aut fere aequaliter collocatus est in utroque loco; qui autem constituit lares in uno loco, ibi dormiendo, fovendo familiam, coenando etc., et in altero loco horis diurnis negotiatur aut laborat, utique non dicitur nec est aequaliter collocatus in utroque loco ; sed iterum dico, multo magis collocatus est in loco ubi lares habet, quam in loco ubi negotiationi tantum aut labori vacat, quia secundum communem hominum aestimationem, praecipuum elementum collocationis ad domicilium requisitae est larium constitutio.

De veritate autem huius solutionis hodie amplius dubitari nequit. Haec enim praecisa species de commoratione diurna in uno loco, et nocturna in altero, proposita est, anno Í875, S. Congregationi Inquisitionis, ab Emo Cardinali Guibert, Archiepiscopo Parisiensi, his verbis :

« Beatissime Pater, ad pedes S. V. humiliter provolutus, Iosephus « Hippolitus Card. Guibert, archiepiscopus Parisiensis, exponit quod saepe « saepius in dioecesi Parisiensi accidit ut qui matrimonium contrahere « cupiunt, duplex domicilium habere videantur ; unum quidem publi« cum, notum, fixum et permanens, ubi de omnibus seu mercaturae seu « industriae rebus tractatur, alterum vero etiam notum, fixum et per« manens, ubi palam cum familia sua inhabitant ac dormiunt, cum « amicis suis epulantur, et de cunctis familiae rebus tractatur. Quae« ritur igitur quodnam sit verum domicilium, atque an in alterutro «matrimonium iniri queat valide et licite».

Cui quaestioni responsum est ut sequitur:

«Feria IV, die 12 Maii 1875. In Congregatione Generali S. R. et

«Universalis Inquisitionis habita coram Emis ac Revmis DD. S. R. E. « Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, proposito supra scripto dubio « et praehabito voto DD. Consultorum, iidem Emi et Revmi DD. decre- «verunt:

« Ad 1. Verum domicilium ad effectum valide contrahendi matri- « monium in facie Ecclesiae, illud intelligi in quo quis cum sua familia « inhabitat et dormit.

« I. Pelami, *S. R. et Universalis Inquisitionis Notarius.*

« L. S. ».

Quae principia etiam S. Congregatio Concilii applicavit in Parisien. *Nullitatis Matrimonii,* 18 Augusti 1906 ; cum enim quidam nupturiens praetenderetur habere duo domicilia, unum in quo lares constituerat, et dormiebat, alterum in quo horis diurnis negotiabatur aut laborabat, hoc alterum domicilium S. C. respuit, et prius tantum admisit *(Thesaurus Res. S. G. G., t. 165, p. 1027-1044).*

Quod spectat ad secundum punctum, quaeritur utrum ad praefatum matrimonium celebrandum concessa fuit ab Ordinario Parisiensi aliqua licentia seu delegatio, ad normam cit. Conc. Tridentini « aliter « quam praesente parocho vel *alio sacerdote de parochi vel Ordinarii « licentia ».*

Difficultas oritur ex eo quod, cum sponsus, Haroldus Smith, esset sectae Protestantium addictus, Vicarius Generalis Parisiis pro matrimoniis constitutus, Rev. D. Monlezun, ad petitionem parochi S. Magdalenae, concessit dispensationem in impedimento prohibente mixtae religionis; quae dispensatio, iuxta morem Curiae Parisiensis, uti patet ex foliis typis impressis quae continent huiusmodi dispensationes, his verbis concepta erat:

« Dilecto Pastori seu Vicario Ecclesiae N. N. — Viso supplici libello «Nobis oblato per N. N., parochianam tuam, virtute indulti apostolici..., « licentiam vobis damus, per praesentes, sine praeviis denunciationibus, « recipiendi mutuum ipsorum consensum, extra ecclesiam, absque ulla « ecclesiastica solemnitate, nulla benedictione, nullisque precibus adhi- «bitis: sed accitis duobus testibus a S. Concilio Tridentino requisitis, « servatisque aliunde servandis ».

Cum ergo dicat Ordinarius « licentiam vobis damus.... recipiendi mutuum ipsorum consensum.... », haec videtur esse licentia seu delegatio requisita a Conc. Tridentino, et ideo matrimonium celebratum est de licentia Ordinarii, et proinde validum est.

Sed contra est, quod praedicta licentia, concessa ab Ordinario Pariensi, non est ullo modo licentia assistendi matrimonio, in sensu Conc.

Tridentini, sed dispensatio ab impedimento mixtae religionis, et ideo licentia, non obstante hoc impedimento, celebrandi matrimonium et quidem extra ecclesiam et absque solemnitate. Quae interpretatio demonstratur tum supra relatis terminis huius dispensationis et toto verborum contextu, tum ipsamet inscriptione litterarum, « Dispensatio de mixta religione », tum ipsa iurata depositione Rev. D. Monlezun, qui hanc dedit dispensationem ; ipse enim dixit : « Autant par la formation que « j'avais eue des mes prédécesseurs, que par ma conviction personnelle, « je n'ai jamais donné de délégation générale en donnant une dispense « quelconque. J'ai toujours pensé qu'une délégation pour la validité du « mariage demandait de ma part un acte spécial de volonté, que je « devais mettre en termes exprès sur la dispense elle-même. J'ai tou-« jours eu pour habitude d'en prendre note sur la feuille d'enquête. Je « n'ai jamais considéré que les termes employés sur les formules de « dispense de l'Archevêché de Paris, et spécialement les mots " licentiam tibi damus ", renfermassent la délégation spéciale pour l'assi-« stance valide au mariage. Pour moi cette formule permettait au curé « de procéder au mariage licitement, parce que le seul obstacle connu « de moi, c'est-à-dire l'empêchement de mixte religion dans le cas pré-« sent, était levé ».

Unde clarum est Ordinarium Parisiensem non intendisse concedere delegationem seu licentiam in sensu Tridentino, sed tantummodo dispensationem in impedimento prohibente, qua posita, licita fieret celebratio matrimonii.

Nec dicatur hanc licentiam celebrandi matrimonium, quam Ordinarii dari solent *parochis propriis* post impletam inquisitionem de statu libero, ad excitandam in eis facultatem se praebendi testes auctorizabiles, quam, de iure communi, attentis decretis Congregationis S. Inquisitionis de statu libero probando, exercere prohibentur donec accedat venia Ordinarii, non dicatur, inquam, hanc licentiam vim etiam delegationis habere, ita ut, si forte parochus proprius non sit, matrimonium sit validum.

Concedendum est quidem licentiam praedictam, quam Ordinarii *parochis etiam propriis* dare solent, probato sponsorum statu libero, vim habere delegationis ad matrimonium celebrandum ; hanc enim licentiam sic pluries interpretata est S. Congregatio Concilii, et notanter in illa causa, quam refert Benedictus XIV in *Instit. 88, n. 4.*

Verum notandum est hanc S. Congregationis interpretationem niti praesumptione, quod revera ita sit voluntas et intentio Episcopi ; delegatio enim, cum sit actus voluntatis, debet procedere ex voluntate, nec

ultra voluntatem se extendere potest; quod est notissimum. Unde, si ex tenore licentiae concessae appareat aliam esse voluntatem episcopi, huic voluntati standum est ; praesumptio enim cedit veritati, idcirco, quando in formula licentiae Ordinarius addit haec verba «servata forma Tridentina » aut similia, etiam S. Congregatio Concilii licentiam interpretatur, non de delegatione ad matrimonium celebrandum, sed de mera venia ulterius procedendi, positis ponendis. Ita decrevit in *Neapolitana* 13 Iulii et 19 Dec. 1868 *(Acta S. Sedis, tom. 4, p. 241-249; 289-298).* In hac enim causa, episcopus non dixerat simpliciter, ut in causa relata a Benedicto XIV: « Concedimus facultatem parocho S. De« metrii, ut adesse possit matrimonio contrahendo inter etc. » sed : «Parochus, *cui spectat,* cum iam peractae sint tres publicationes..., « celebrabit in sua parochiali ecclesia matrimonium contrahendum « inter etc.... *servata forma S. Conc. Tridentini (Acta S. Sedis, loco cit. « pag. 289) » ;* quibus verbis ostendebat suam intentionem esse ut is privative parochus celebraret matrimonium, qui esset vere parochus proprius ad normam Conc. Tridentini; unde, cum parochus, qui de facto celebravit matrimonium, non fuerit parochus proprius, matrimonium declaratum est nullum a S. Congregatione Concilii Tridentini. Ita etiam decidit S. R. Rota in alia *Neapolitana - Matrimonii* - 22 Iunii 1767, quia in formula licentiae concessae, episcopus adhibuerat verba « servata forma Concilii Tridentini » *(Acta S. Sedis, loco cit. p. 297).* In his ergo casibus praesumptio cessit veritati.

Porro hoc idem omnino dicendum est in praesenti causa : nam 1.° Ut patet ex tenore licentiae, Ordinarius dicit se licentiam illam dare *virtute indulti apostolici;* ergo manifestum est hic non agi de licentia communi celebrandi matrimonium, quam quilibet Episcopus proprio iure dare potest ; 2.° Ordinarius non dat praecise licentiam celebrandi matrimonium, sed celebrandi illud « sine praeviis denunciationibus, extra ecclesiam, absque ulla ecclesiastica solemnitate, nulla benedictione, nullisque precibus adhibitis » quae sunt notissima adiuncta dispensationis in impedimento mixtae religionis ; 3.° in fine formulae leguntur haec verba: « sed accitis duobus testibus a S. Concilio Tridentino requisitis, *servatisque aliunde servandis* » ; quae verba cum sint generalia complectuntur omnia Ecclesiae hac de re praecepta (praeter ea in quibus dispensatum est) et proinde, immo etiam praesertim, praeceptum de parocho proprio, quod est omnium gravissimum ; 4.° Tandem, ut supra visum est. Rev. D. Monlezun, qui concessit dispensationem, expresse et firmiter asserit se, iuxta propriam bene perspectam voluntatem, et morem suum constantem, quem e Praedecessoribus suis in Officialitate Parisiensi rece-

pisse se dicit, non intendisse aliud dare nisi dispensationem in impedimento mixtae religionis. Quae cum clara sint et certa, his procul dubio cedere debet praesumptio supradicta.

Addi potest, ad iuris abundantiam, sequens animadversio. Dato, non concesso, Ordinarium Parisiensem hanc revera dedisse delegationem, haec certo remansisset sine effectu. Haec enim delegatio data est, non Rev. P. Du Lac, qui de facto celebravit matrimonium, sed parocho et primo Vicario S. Magdalenae ; parochus autem seu vicarius delegavit Rev. P. Du Lac. Porro notissimum est delegatum non posse subdelegare. Quod sancitum est iure romano, *L. 5, D. De iurisdictione, II, I* « More maiorum ita comparatum est ut is demum iurisdictionem « mandare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio, habet». Quae lex omnino recepta est in iure canonico, ut constat variis locis iuris, v. g. Cap. *Cum causa, 2, De appellationibus,* ubi legitur : « Cum non nisi dele- « gatus a principe causam alii valeat delegare etc. ». Exceptio fit quando ipse Ordinarius delegans dat delegato facultatem subdelegandi ; sed haec exceptio in praesenti causa locum non habet, uti patet ex solito tenore litterarum dispensationis, de quibus agitur, et ex toto Summario, in quo nullum extat vestigium de facultate subdelegandi. Igitur etiam ex hac parte nulla fuit Ordinarii licentia ad celebrandum matrimonium.

Tertium superest punctum, scilicet neuter sponsus erat « vagus », quod solum quaerendum est de Haroldo Smith ; nam de Magdalena Rottner constat ex supra dictis eam non fuisse « vagam ».

Porro quod attinet ad Haroldum Smith, nec ipse, tempore contracti matrimonii, vagus fuit. Matrimonium enim celebratum est die 8 Augusti anni 1899; porro hoc ipso tempore domum locatam retinebat Nicaeae, via Blacas, N. 1, in territorio parochiae S. Ioannis Baptistae; quod aperte demonstratur ex ipsa fide solutionis pretii locationis, quae sic scripta est : « Reçu de M. Harold Smith la somme de six cents (600) « francs pour solde de son loyer jusqu'au 30 Septembre prochain. Nice, « le 3 Janvier 1899 - Honorine Alzyary ». Quod confirmatur attestatione scripta ipsius locatricis, Honorinae Alzyary, qua, die 19 Iulii 1899, ita testata est : « Je certifie avoir eu comme locataire Monsieur Harold « Smith, dans mon appartement Rue Blacas, 1, de janvier à fin de Septem- « bre 1899 »; quod deinde, de mandato officialis Parisiensis, coram Iudice Nicensi luculentissime, sub fide iuramenti confirmavit. Unde Haroldus Smith se collocavit in hac domo Via Blacas, a mense Ianuario, cum intentione ibidem remanendi usque ad finem Septembris et proinde per maiorem anni partem ; contraxit ibi igitur quasi domicilium, quod adhuc retinebat tempore contracti matrimonii.

Difficultatem facessunt quaedam verba Haroldi Smith in sua secunda depositione coram Iudice Parisiensi ; dixit enim : « Très probablement « j'ai laissé mon tricycle, mes bicyclettes, et les quelques affaires per- « sonnelles, qui restaient à Nice, rue Blacas. C'est par complaisance que « les propriétaires de la maison meublée conservaient mes affaires; il « était entendu que cela ne les empêcherait pas de louer, s'ils en trou- « vaient l'occasion, l'appartement, que je venais d'occuper et où je n'avais «nullement l'intention de revenir après mon mariage. En réalité je n'a- « vais fait aucun projet pour mon installation avec ma femme au mois « d'octobre suivant. La maison de la rue Blacas était très respectable, « et j'aurais parfaitement pu m'y installer avec ma femme, mais je « n'avais aucune idée arrêtée à ce moment-là. De fait lorsque je suis « revenu avec ma femme après mon mariage, c'est-à-dire en octobre 1899, « nous avons été nous établir dans une maison de famille, villa Brice, « rue Colta ». Unde videtur Haroldus Smith, quando Nicaea profectus est in fine Iulii 1899, paucis diebus ante matrimonium, dereliquisse domum a se locatam, sine animo revertendi ; amisit ergo suum quasi-domicilium, ibi acquisitum, et idcirco, tempore contracti matrimonii, erat vagus.

Verum haec difficultas facile solvitur. Praedicta enim verba Haroldi palam faciunt ipsum quando comparuit coram Iudice Parisiensi anno 1909, penitus oblitum esse specialis locationis, quam contraxerat anno 1899 ad tempus novem mensium ; alioquin non dixisset : « C'est par complaisance « que les propriétaires de la maison meublée conservaient mes affai- « res etc. » ; cum e contra Haroldus, posita praedicta locatione, non per favorem, sed iure suo stricto, res suas deponere et retinere poterat in domo locata. Cum ergo Haroldus, tempore quo fuit interrogatus a Iudice Parisiensi, praedictae locationis penitus oblitus esset (quod non est mirum decursis a locatione decem annis) respondit iuxta modum, quo Nicaeae agere consueverat singulis annis, non iuxta modum quo revera hoc praecise anno egit. Revera singulis annis domum habitationis locare consueverat usque ad finem stationis tabernae, id est usque ad finem Maii, et postea circa finem Septembris Nicaeam redibat aliam domum locaturus. Hoc autem anno 1899, aliter egit; cum enim iam cogitaret de matrimonio, et de futura uxore, locavit domum ampliorem et quidem ad tempus longius, id est usque ad finem Septembris, ut, si forte Nicaeam rediret hoc nondum elapso tempore, hic cum uxore se collocare posset. Unde in hac domo locata res suas deposuit, et huius clavem penes se retinuit, quam locatrici non restituit nisi finita locatione ; quae omnia

didicimus ex ipsa locatrice, quae in sua iudiciali attestatione, haec omnia adiuncta singillatim enarrat.

Et haec plane confirmantur ex Instructione suppletoria, quam RR. PP. DD. Auditores decreto diei 4 Iunii anni 1910 peragi iusserunt. Ex *actis* enim huius instructionis, in qua, quod ad rem praesentem attinet, iterum interrogati sunt Honorina Alzyary et Haroldus Smith, haec plane clara sunt:

1.° Haroldus Smith, die 3 Ianuarii anni 1899, praedictam domum, rue Blacas 1, propria sponte conduxit usque ad finem Septembris, quia, cum Nicaeam quotannis redire soleret in secunda medietate mensis Septembris, officinam aperturus 1 Octobris, volebat, casu quo Nicaeam rediret mense Septembri, habere promptam, et paratam domum, in qua se cum nova uxore collocare posset.

2°. Unde quando e Nicaea sub fine Iulii anni 1899, paucis diebus ante matrimonium, profectus est, nec ipse nec locatrix curaverunt recognosci indicem et statum rerum mobilium, quae in domo erant *(inventaire du mobilier) ;* quod tamen iuxta morem regionis, fieri debuisset, si Haroldus definitive locum dereliquisset. Insuper, in hac domo, propria bona mobilia, non ex benevolentia locatricis, sed iure proprio stricto retinuit Haroldus. Tandem, quod manifestum signum est retenti quasi-domicilii, claves domus Haroldus non restituit locatrici, sed sibi servavit, et ita quidem ut nemo prorsus hanc domum ingredi posset; non enim erant aliae claves.

Et ita rem intellexit non tantum Haroldus, sed etiam Honorina Alzyary ; unde cum profectus esset Haroldus in fine Iulii anni 1899, locatrix non modo de praefata domo alii locanda ne cogitavit quidem, sed etiam hanc domum, resque omnes, quae in ea erant, integras prorsus et intactas servavit usque ad finem locationis, scilicet ad finem usque Septembris.

Nec dicatur, Haroldum cum e Nicaea profectus est in fine Iulii anni 1899, retinuisse quidem praefatam domum, ut ibi iure suo bona sua mobilia servaret, sed de facto non habuisse animum huc revertendi, et ideo quasidomicilium, quod mense Ianuario acquisierat, amisisse. Hoc enim dici nequit; nam 1.° sicut ad acquirendum domicilium vel quasidomicilium requiritur, praeter alia, intentio *positiva* commorandi in loco, ita, ad illud amittendum, requiritur intentio *positiva* illuc non redeundi ; res enim per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur; porro, Haroldum, dum e Nicaea proficiscebatur sub fine Iulii an. 1899, habuisse intentionem expressam et positivam non amplius revertendi in locatam domum rue Blacas, in *Actis* nullo prorsus modo

demonstratum est ; 2.° si Haroldus locum tutum pro suis tantum rebus retinere voluisset, opus illi non erat ut locationem domus usque ad finem mensis Septembris, et quidem non sine gravibus expensis, produceret; locatrix enim illas paucas res mobiles quae ad Haroldum pertinebant, sartas tectasque usque ad eius reditum ex mera gratia servare solebat; 3.° Clare dicit Haroldus, in Instructione suppletoria, se voluisse locatam domum retinere usque ad finem Septembris, ut casu quo rediret Nicaeam mense Septembri, locum paratum pro se et uxore certo habere posset: «J'avais comme motifs, au commencement de « Janvier, de vouloir prolonger ma location jusqu'en Septembre : ma « volonté personnelle, le désir d'avoir un lieu sûr où déposer mes bicy- « dettes et autres affaires personnelles, de plus la certitude d'avoir un « lieu où me réfugier à mon retour à Nice ».

Unde tandem patet Haroldum, tempore contracti matrimonii, nimirum die 8 Augusti 1899, nondum amisisse quasidomicilium quod acquisierat Nicaeae in parochia S. Ioannis Baptistae, et proinde iuridice vagum non esse.

Quibus omnibus, circa tria praedicta puncta, consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, confirmata sententia Curiae Archiepiscopalis Parisiensis, decernimus, declaramus et definitive sententiamus : « *Constare de nullitate matrimonii inter Magdalenam Rottner et Haroldum Smith* » et sic proposito dubio respondemus ; statuentes praeterea eamdem Magdalenam Rottner ad omnes iudicii expensas teneri.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut executioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Canonum et praesertim *cap. 3 Sess. XXV, de Reform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 24 Martii 1911.

Seraphinus Many, *Ponens.*

L. *fft* S.

Franciscus Heiner.

Ioannes Prior.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SIGNATURA APOSTOLICA

ROMANA SEU SALERNITANA, REFECTIONIS DAMNORUM.

In Ordinario Congressu habito sub die 16 Iunii, anni 1911, ab Emo etRrño P. D. Card. Vincentio Vannutelli, Praefecto, una cum infrascripto Secretario huius Supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis, discussioni subiectus fuit recursus a Sac. Pacifico Rossi interpositus adversus R. P. D. Michaelem Lega S. Rotae Tribunalis Decanum, Ponentem in causa Salernitana-Romana « Refectionis Damnorum » ex capite *suspicionis.* Ex districtissimo istius recursus examine, nec non ex conclusionibus *Voti* cl. Consultoris, manifeste constitit, nullo prorsus iuridico motivo eumdem recursum fulciri. Quare Emus Praefectus pronunciavit decrevitque, iuxta can. 40, par. 2 *Legis Propriae* recursum praefati Sac. D. Pacifici Rossi reiici debere, et acta remitti ad S. Rotae Tribunal, ut ad ulteriora procedat.

L ^ g Nicolaus Marini, *a Secretis S. A. S. T.*

De mandato Emi et Rmi Dñi Vincentii Card. Vannutelli, Supremi huius Signaturae Apostolicae Tribunalis Praefecti, decretum quod supra ego infrascriptus expedivi, cum solemnitatibus et clausulis quae sunt de iure et ad *Legis Propriae* normam requiruntur, hac die 21 mensis Iunii 1911.

Iosephus Adv. Fornari, *S. T. A.*

L. j$j S.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE.

Il Santo Padre, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato si è degnato di nominare:

Assistente al soglio pontificio :

27 Giugno 1911. — Mons. Duarte Leopoldo Silva, Arcivescovo di S. Paolo del Brasile.

Protonotario apostolico ad instar participantium :

1 Luglio 1911. — Mons. Antonio Macedo Costa, dell'archidiocesi di Rio Janeiro.

Prelati domestici di S. S.:

19 Giugno 1911. — Il Rev. Vittorio Day, Vicario Generale della diocesi di Helena;

___Il Rev. Pietro Desiere, Rettore della Parrocchia di S. Patrizio, nella diocesi di Helena;

28 Giugno 1911. — Il Rev. Antonio Fourchégu, Vicario Generale dell'archidiocesi di Santa-Fé (Stati Uniti d'America).

Sua Santità, con biglietto della Segreteria di Stato, si è degnata di nominare :

8 Luglio 1911. — Il Rev. Sacerdote D. Francesco Parrillo ed il Rev. P. Luigi Copéré, della Società di Maria, Consultori della S. Congregazione del Concilio.

ONORIFICENZE.

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno:

27 Giugno 1911. — Al Sig. Conte Girolamo Fani, Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario.

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, con Placca :

13 Giugno 1911. — Al Sig. Raimondo de Fugger Kirchberg-Weissenborn, Commendatore dello stesso Ordine e Cameriere Segreto di Spada e Cappa di S. S.

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

20 Giugno 1911, — Al Sig. Giorgio de Raymond, Consigliere di Legazione, già Primo Segretario della Legazione del Belgio presso la S. Sede.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

2 Giugno 1911. — Al Sig. Avvoc. Alberto Gandrille, di Orléans.
9 Giugno. — Al Sig. Leone Basquin, dell'archidiocesi di Cambrai.
3 Luglio 1911. — Al Sig. Ingegnere Guglielmo Eiselt, di Dresda.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari :

22 Giugno. 1911. — Mons. Apap-Bologna, della diocesi di Malta.

28 Giugno. — Mons. Giuseppe Sartori, della diocesi di Viterbo e Toscanella;

— Mons. Antonio Daniszewski, della diocesi di Wilna.

NECROLOGIO

Giugno 1911. — Mons. Emanuele Agostino Bárreto, Vescovo di Madera.

Luglio 1911. — Mons. Giuseppe Diaz Correia de Carvalho, Vescovo di Viseu (Portogallo).

— Mons. Paolo Emilio Giuseppe Henry, Vescovo di Grenoble.

Annus III. - Vol. III. Die 31 Iulii 1911. Num. 10.

AciAlpœToimm

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

MOTU PROPRIO

DE NOVANDA DIVINI CULTUS RATIONE AD S. MARIAE « IN MONTE SANTO ».

Solemne hoc fuit Decessoribus Nostris, divini cultus causa in urbe Roma ordinandi, quanta maxima possent dignitate, ipsius urbis fere templis aliquem ex occasione canonicorum ordinem aut religiosorum familiam aut piorum sodalitium praeftcere, qui sacra ibidem diligenter procurarent. Verum, ut est conditio rerum humanarum, eiusmodi quoque Corpora diuturnitate temporis multiplex cepere detrimentum : ex eisque videmus non pauca in tantas angustias esse deducta, ut iam mandatum sibi onus ac munus sustinere non possint. - Eo numero Collegium est canonicorum Reginae Caeli : quod, Horatii de Riccis, equitis hierosolymarii munificentia conditum, cum ex apostolicis litteris *In Apostolicae Sedis* Pauli V ad Mariae *de Pianeta* primo consedisset, posteaque ex litteris *Quum reputamus* Urbani VIII ad Sanctae Luciae apud aream Nicosianam; denique per litteras *Alia mens* ad aedem Mariae *in Monte Sancto* translatum est a Leone XII, qui aedem ipsam nomine et iure Basilicae minoris donavit. Etenim huic Collegio, quamdiu copiae suppet i vere, semper curae fuit, ut decorem Domus Dei tueretur splendide: nunc autem, ob varios casus deminutis sensim redditibus, iam non superest unde ipsum se sustentet, nedum quod tuitioni Basilicae et sacrorum sufficiat. Hic vero laudanda est canonicorum huius ordinis diligentia et religio, qui suis destituti bene-

ficus, tamen non cessarint omnem dare operam, ne sacrorum ibi perfunctio desideraretur. In quo quidem libenter cognovimus, alumnos Almi Collegii Capranicensis, maxime in festis solemnibus, adiutores se eis dudum praebere consuevisse. At longe maius adiumentum, divino munere, eisdem oblatum est, cum dilectus filius, Paulus Buguet, Protonotarius Apostolicus ab ipsis impetravit, ut in Basilica statas supplicationes in expiationem defunctorum celebraret. Cuius enim pietate et industria institutum apud Gallos Opus Piaculare Dominae Nostrae *de Montligeon* tam praeclaros iam fructus ediderat, ipse per sacerdotes delegatos brevi effecit, ut divinus cultus in aede hospitali crebris supplicationibus sacrisque faciendis revocaretur ad splendorem pristinum; idem unam e cellis Basilicae, Dominae Nostrae *de Montligeon* dicatam, marmoribus picturisque excolunt; praeterea Basilicam continentemque domum multiplici opere reficiendam curavit. - Itaque ad sacrorum administrationem huius templi certa ac definita ratione constituendam in perpetuum, quandoquidem dilectus filius, Paulus Buguet subsidium tam liberale Nobis exhibet, ipsius ope atque opera placet uti. Atque, ut gratus in eum animus Noster appareat, tum Basilicam tum Opus Piaculare in singularem fidem tutelamque Nostram et successorum Nostrorum iam nunc recipimus. Quare haec Nos Motu proprio deque Apostolicae potestatis plenitudine statuimus, decernimus.

I. Basilica D. N. Mariae in Monte Sancto coniunctaque domus et quidquid nuper domui superstructum est, Nostra et successorum Nostrorum uti sunt, ita perseverent esse iure proprietatis: sed eiusdem Basilicae et domus usum dilectus filius, Paulus Buguet, ut moderator Operis Piacularis *de Montligeon,* et successores eius habeant.

II. Cura sacrorum Basilicae moderatori Operis Piacularis incumbet.

III. Ne quid Chorus Basilicae amittat splendoris pristini, sacerdotibus ibidem divina officia celebrantibus, quamquam nullo beneficio instructis, canonicorum veterum privilegiis iuribusque frui, eademque honoris insignia gestare liceat.

IV. Quod ad domum attinet Basilicae contiguam, pars eius inferior, in qua quidem extra sacrarium, parum superest loci, et contignatio prima, quibus rebus servierunt adhuc, serviant in posterum; id est, sacrae supellectili conservandae, eoe-

tibus habendis et habitationi aeditui. Contignationes autem superiores, id est altera, tertia et quarta moderatori Operis Piacularis et sacerdotibus, quibus ipse ministerium Basilicae mandaverit, ad habitandum reserventur.

V. Usus Basilicae et continentis domus sacerdotibus Operi Piaculari addictis competet, quoadusque sacra Basilicae procurent: iidem vero aut Opus Piaculare nunquam usu, ne saecularis quidem temporis et ultra, eius Basilicae et domus proprietatem capient.

VI. Pontificiae vel proprietatis ius vel iurisdictionis munia in eandem Basilicam adnexamque domum, Nostro Nostrorumque successorum nomine, Cardinalis vice sacra Antistes Urbis exercebit ; quem propterea huic muneri in perpetuum delegamus.

Ceterum, ne, qui reddere et praestare huic Basilicae quippiam debent, post ordinationem hic a Nobis factam ea se obligatione solutos putent, Nos eiusdem obligationis vinculum declaramus et edicimus integrum permanere. Quidquid autem proximo tempore instaurandis in Basilica divinis officiis actum est, id omne Nos irritum habemus atque inane et, quatenus opus sit, prorsus abolemus. Igitur has litteras, cum omnibus quaecumque in eis a Nobis Motu proprio decreta, declarata et sancita sunt, nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis sive intentionis Nostrae vitio aliove quovis defectu notari, infringi aut in controversiam vocari posse ex quavis, licet privilegiata causa, colore et nomine ; sed tamquam ex Pontificiae providentiae officio, matura deliberatione deque Nostrae Apostolicae potestatis plenitudine editas omnimoda firmitate perpetuo validas et efficaces exsistere et esse, suosque plenarios et integros effectus obtinere, atque ab omnibus cuiusvis gradus et praeeminentiae inviolabiliter in iudicio et extra observari debere decernimus, sublata cuicumque, etiam Cardinalitia dignitate fulgenti, quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate ; irritum et nullius roboris declarantes quidquid super his a quoquam in contrarium scienter vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus Nostris et Cancellariae Apostolicae regulis « de iure quaesito non tollendo » aliisque apostolicis constitutionibus, nec non quibusvis vel confirmatione apostolica aut quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus, praescriptionibus, privilegiis, etiam specialissima et individua mentione dignis, quibus omnibus ad praemissorum effectum expresse derogamús

et derogatum esse volumus, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xxin Octobris MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIVS PP. X.

LITTERAE APOSTOLICAE

L

REGALE TEMPLUM NEAPOLI ERECTUM B. IACOBO APOSTOLO AD BASILICAE MINORIS DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS PP. X.

Ad futuram rei memoriam. — Sacras illas aedes quae, amplitudine et artis operibus atque avitae praesertim pietatis studio praestantes, apud Christianum populum singulari sint in honore et pretio, de more Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum, praeclaris titulis ornare consuevimus. Harum in numerum merito est referendum regale templum quod Neapoli, medio circiter saeculo sexto decimo, Beato Iacobo Apostolo munifice erectum est, atque Nobilium Hispanorum Archisodalitati seu Monti, ut aiunt, Sanctissimi Sacramenti creditum. Peculiaribus deinde auctum privilegiis et Pontificium renuntiatum, Sanctae Sedi immediate subiectum evasit, cuius iura Delegatus Apostolicus inibi repraesentat. Laudabili studio et cura Sodalium, qui Patrono et Sodali principe utuntur ipso Hispaniae Rege, Augustissimi Sacramenti cultus aptissime ibidem fovetur, quum splendide celebrentur pompae, et sacra munia rite peragantur, Christifidelibus magna frequentia continentibus. Quo factum est ut Summi Pontifices, Purpurati Patres, Sacrorum Antistites aliique conspicui viri haud pauci Regiae illi Archisodalitati nomen certatim dederint. Itaque, quum huic Coetui et eiusdem Ecclesiae gubernationi praepositi Moderatores a Nobis vehementer flagitaverint, ut templum id Basilicam Minorem renuntiare mus, Nos, qui in numero tam illustrium piorumque Sodalium esse laetamur, eiusmodi vota, amplissimo commendationis officio suffulta dilecti filii Nostri Ioseph S. R. E. Presbyteri Cardinalis Prisco, de Apostolica dispensatione Archiepiscopi Neapolitani et Pontificiae memoratae Ecclesiae Delegati Apostolici, animo libenti explere decrevimus. Quapropter Apostolica Nostra Auctoritate, per has litteras Regale Templum Neapolitanum, Beato la-

còbo Apostolo Sacram ac de Hispanus appellatum, ad Basilicae Minoris dignitatem evehimus, illique privilegia omnia attribuimus, quae Minoribus Almae huius Urbis Nostrae Basilicis competunt; decernentes praesentes Nostras litteras firmas, validas, efficaces semper existere et fore, suosque plenarios effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis iudicandum esse, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis'auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari ; non obstantibus Constitutionibus Apostolicis ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xx Maii MDCCCCXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. S. *a Secretis Status.*

IL

INDULGENTIA PLENARIA PERPETUA UBIQUE TERRARUM PRO ASSOCIATIONE CATHOLICA INTERNATIONALI A PATROCINIO PUELLARUM.

PIUS PP. **X.**

Ad perpetuam rei memoriam. — Salutare illud Divini Magistri praeceptum animi repetentes, qui voluit ut diligamus nos invicem, sicuti et Ipse dilexit nos, Apostolici muneris partem esse censemus, pias societates ad mutuam inter fideles caritatem fovendam exercendam que institutas, non modo probare, debitoque laudis praeconio prosequi, sed etiam coelestibus illis thesauris, quorum dispensationem Altissimus Nobis commisit, ultro libenterque locupletare atque augere. Hac mente cum Praesides Consociationis catholicae internationalis Operum pro patrocinio puellarum, Nos enixis precibus flagitaverint, ut tum fidelibus adlectis in Comitatus associationis ipsius, tum sodalibus operis, tum profectis plenariam indulgentiam quotannis die festo B. M. V. a Bono Consilio largiri dignemur, Nos votis his piis annuendum quantum in Domino possumus existimavimus. Quae cum ita sint de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. Eius Auctoritate confisi, fidelibus in comitatu super enunciatae Consociationis ubique terrarum nunc et in posterum adlectis sive adlegendis, pariterque ubique terrarum praesentibus et futuris pii eiusdem operis tum sociis tum clientibus, qui, quovis anno admissorum confessione rite expiati atque angelorum dapibus refecti die festo B. M. Virginis a Bono Consilio, videlicet, die

vigesimo sexto mensis Aprilis, vel Dominica immediate sequenti, quodvis templum, vel oratorium publicum a meridie diei praecedentis usque ad solis occasum, tum super enunciati diei vigesima sexti mensis Aprilis tum sequentis Dominicae celebraverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Largimur insuper ut ipsis liceat, si malint, eadem plenaria indulgentia functorum vita labes poenasque expiare. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius notarii publici, seu personae in ecclesiastica dignitate munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die xix Iunii MCMXj, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. © S. *a Secretis Status.*

III.

ARCHISODALITAS A S. MISSA REPARATRICE, PRAGAE ERECTA, LIMITATUR AD MORAVIAM SILESIAM ET BOHEMIAM: NOVA AUTEM NOMINIS EIUSDEM ARCHISODALITAS IN AUSTRIA ERIGITUR PRO FIDELIBUS QUI UTUNTUR LINGUA GERMANICA.

PIUS PP. **x**

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex nativo Apostolatus Nobis divinitus commissi officio, ad fidelium societates pro pietatis caritatisque operibus implendis institutas, ex quibus societatibus uberrimos Ecclesia Dei fructus nanciscitur, oculos mentis Nostrae vigili studio ac paterna sollecitudine convertimus; simulque quae illarum bono atque incremento faciant, interposita suprema Nostra Auctoritate decernere maturamus. Frugiferas has inter sodalitates pluribus nominibus optime de re Christiana meritas, omni procul dubio accensenda est Archiconfraternitas a S. Missa Reparatrice appellata, quae intra claustra Praemonstratensis - Ordinis orta, ipsius potissimum Ordinis industria studioque propagata, nunc in universum terrarum orbem diffusa mirifice floret. Haec quidem Archiconfraternitas die xvin Decembris mensis anni MDCCCLXXXXIV Pragae in Ecclesia Strahoviensi canonice erecta est. Sed ne ex discrepantia linguarum difficultates oriantur, utque potiori Archisodalitatis ipsius

incremento consultum sit, Ordinis Praemonstratensis patres, nuper elapso mense Aprili, in Capitulum Provinciale Austriae, penes Abbatiam Strahoviensem coadunati, enixas Nobis preces adhibendas curaverunt, ut Archisodalitatem in Ecclesia Strahoviensi erectam ad Bohemiam, Moraviam et Silesiam circumscribere et continere; novam autem eiusdem tituli atque instituti Archisodalitatem in Austria erigere dignemur penes Ecclesiam Abbatiae Plagensis (Schlägl) pro fidelibus praecipue qui germanica lingua utuntur. Nos autem spem prope certam foventes, futurum ut ex huiusmodi divisione novaque erectione, uberiora eadem Archisodalitas incrementa suscipiat, super enunciati Capituli votis ultro libenterque obsecundandum existimavimus. Quae cum ita sint Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium vi, Archisodalitatem a S. Missa Reparatrice Pragae in Ecclesia Strahoviensi canonice erectam, ad Bohemiam dumtaxat, Mora viam ac Silesiam limitamus, ita ut eidem liceat societates cognomines tantummodo intra memoratarum provinciarum fines existentes, sibi aggregare. Novam vero a S. Missa Reparatrice Archiconfraternitatem, Apostolica pariter Nostra Auctoritate, praesentium tenore cum solitis privilegiis perpetuum in modum erigimus atque instituimus in Ecclesia Abbatiae Plagensis (Schlägl) in Austria pro iis, qui germanica lingua utantur. Decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat, et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque speciali licet atque individua mentione et derogatione dignis, quae in contrarium faciant quibuscumque. Denique volumus ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die xxx Iunii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. © S.

EPISTOLAE

L

AD D. FRANCISCUM EÍCHERT CETEROSQUE SODALES E SOCIETATE LITTERARUM « GRALBUND ».

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Deferendo nuper ad Nos quicquid erat adhuc editum Commentarii vestri « Der Gral », atque id officii adiecta epistola illustrando, praeclarum vos quidem dedistis pietatis fideique documentum, quo Nos mirifice deiectati sumus. Scitote autem hac vos re non solum vestro in hanc Apostolicam Sedem studio satisfecisse, verum etiam exspectationi Nostrae : iamdudum enim optabamus offerri Nobis occasionem aliquam declarandi et quanto opere institutum vestrum Nobis placeret, et quam vos ob merita haberemus caros. Equidem ex quo istam societatem coivistis, rerum vestrarum cursum singulari voluntate non cessavimus prosequi: libenterque agnovimus esse in nostris viros, ingenio abundantes et arte politissimos, qui non sic litteras maximeque poeticam colerent ut, temporibus plus aequo morigerantes, parum meminisse sui viderentur, sed qui sese catholicos, uti vivendo, ita scribendo palam aperteque ostenderent. Nam vos iure negatis, religioni, quae humanitatem hanc omnem peperit, quaeque, cum totum complectatur hominem, in omni hominis vita dominari debeat, nullum cum Musis esse commercium ; aut religionis afflatu, quae perfectam nullisque finibus circumscriptam speciem pulcritudinis exhibeat, poetarum debilitari spiritus, imo crescere potius atque inflammari. Quemadmodum autem pulcrum in Deo una et eadem res est ac verum et bonum, item recte contenditis, ut in christiana poesi artis venustas veritatis honestatisque splendori coniungatur atque adeo serviat ; itaque ex hisce studiis non ludiera tantum oblectatio quaeratur animi, sed solidus quidam fructus popularis utilitatis. Quare dandum vobis est laudi, quod traditam a maioribus hereditatem gloriae cum diligenter custodiatis, tum sollerter amplificetis: nemo enim aequus rerum iudex infitiabitur catholicos homines in hoc genere, sicut in omni studio doctrinae et litterarum, duxisse adeo, ut praestantissimis veterum commode comparentur. Vos itaque, dilecti filii, pergite constantes, ut facitis, christianae humanitatis in litteris tueri decus ; ac divini auspicem auxilii, paternaeque Nostrae caritatis testem, habete benedictionem apostolicam, quam vobis amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvi mensis Februarii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

IL

AD R. P. IOSEPHUM BOUBEE E SOC. IESU, MODERATOREM GENERALEM « APOSTOLATUS ORATIONIS ».

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Multa quidem sunt catholicorum studio utilissime instituta ad haec tanta et tam varia sananda mala, quibus humani generis societas est affecta ; at nihil utilius isto opere ac munere, cui te, dilecte fili, praeesse videmus. Quamvis enim solerter et acriter contendant nitanturque homines ad communem salutem, omnino perdunt operam, nisi eorum contentioni Deus adsit. Nam uti, quidquid sumus, quidquid habemus, omne ab eo proficiscitur, ita bonorum omnium, quibus indigemus, ipse unus fons est; ipsum vero nulla nobis via, nisi obsecratione humili, patere, ex Evangelii doctrina quis ignorat? Ac vos, cum divinae bonitatis fiduciam vulgo ardoremque comprecandi excitare studetis, tum maxime in id intenditis curas, ut amantissimum Redemptorem nostrum cognoscant, quoad possint, homines et diligant, eiusque amore conglutinatis quodammodo voluntatibus, rationes Ecclesiae sanctae impensius tueantur. Ad hoc autem tantae opportunitatis assequendum propositum, quo quidem singulorum et reipublicae salutem contineri iudicamus, optime a vobis quinquaginta iam annos illud tamquam instrumentum adhibetur, *nuntius* qui dicitur *Sacri Cordis Iesu.* Nos commentarium huiusmodi, variis confectum linguis, lateque diffusum, multis millibus hominum esse in manibus, ob eamque rem sodalium, qui *Apostolatum Orationis* profitentur, mirabiliter numerum crevisse comperimus vehementerque gaudemus ; facile est enim aestimare, quanto cum fructu christiani populi id fiat. Quare vobis gratulamur, vosque ut constanter in incepto perseveretis hortamur; atque auspicem divinorum munerum, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, ceterisque consociationis istius moderatoribus et sodalibus, iis praesertim, qui memoratis commentariis scribendis dant operam, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die ix mensis Aprilis MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

III.

AD R. P. D. ANDREAM HYACINTHÜM LONGHIN, EPISCOPUM TARVISINUM.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Peculiaris necessitudinis vincula, quae cum dioecesi Tarvisina Nobis inter-

cedunt, eftecere nuper, ut quas tu Glerusque tuus in Synodo auspicanda dederatis ad Nos communes litteras, eae singularem in modum Nobis placuerint : vestram enim cum summam fidem et observantiam in Apostolicam Sedem, tum pietatem in Nos plenam amoris egregie declarabant. Equidem gratulamur datum tibi, quod his ducentis annis tuorum decessorum contigit nulli, ut conventum id genus age res, ex quo tam praeclarae christianis populis peti utilitates solent. Rem autem prospere evenisse, et disputationum decretorumque commoditate optime istius dioecesis temporibus consultum esse, pro certo habemus. Novimus tuam praesertim prudentiam et diligentiam, venerabilis frater; novimus, ex eisque ipsis litteris apparet, sacerdotes tuos de animarum salute, maxime quod spectat ad integritatem Fidei catholicae et ad sanctimoniam vitae tuendam, in primis esse sollicitos. Qui quidem, arcte coniuncti, quemadmodum sunt et semper esse volunt, Vicario Iesu Christi, eiusque dicto omnibus in rebus audientes, profecto in fallacias exitialium errorum, qui hodie serpunt, nec ipsi incident nec suos labi patientur : iidem autem facile christianae plebis forma ex animo fient, si Nostram *ad Clerum exhortationem*, quam commemorant, saepe recolere diligenterque studeant sequi. Nos interea paterni animi caritate vos omnes amplectimur, et, auspicem divinorum munerum, tibi, venerabilis frater, universoque Clero et populo tuo apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die v mensis Maii anno MCMXI, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis SSmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet :

13 maii 1911, — Cathedrali ecclesiae Achadensi praefecit sacerdotem Patritium Morrisroe, decanum disciplinae in collegio Maynoothiano.

8 iunii 1911. — Cathedrali ecclesiae Dallassensi sacerdotem Iosephum Patritium Lynch, eiusdem dioecesis, rectorem ecclesiae S. Eduardi in urbe *Dallas.*

19 iunii 1911. — Cathedrali ecclesiae S. Agathae Gothorum Rmum Alexium Ascalesi, hactenus Episcopum Muranum.

— Cathedrali ecclesiae Zamboangensi sacerdotem Michaelem 0'Doherty, dioecesis Achadensis, rectorem collegii Hibernorum penes urbem Salamanticam.

1 iulii 1911. — Cathedrali ecclesiae Natchetensi sacerdotem Ioannem E. Gunn, Societatis Mariae, rectorem ecclesiae Ss. Cordis Iesu in civitate Atlanta, dioecesis Savannensis.

3 iulii 1911. — Titulari ecclesiae episcopali Comanensi Rmum Raphaelem Sandrelli, hactenus episcopum Burgi S. Sepulchri.

7 iulii 1911. — Titulari ecclesiae episcopali Scillitanae sacerdotem Ramirum Fernandez y Valbueno, archidioecesis Toletanae, ibidem canonicum poenitentiarum metropolitanae ecclesiae, quem constituit Auxiliarem Emi Cardinalis Iosephi Mariae Martin de Herrera y de la Iglesia, archiepiscopi Compostellani.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

L

DECRETUM ERECTIONIS PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE « SUMATRA ».

*

Suniatram insulam nec non eidem circum adiacentes minoris momenti insulas, quas inter et ea quae vulgo Billiton nuncupatur comprehenditur, a Vicariatu Apostolico Bataviensi separandam, eamque in novam Apostolicam Praefecturam erigendam R. P. D. Edmundus Luypen S. I. Vicarius Apostolicus huic S. Congr. a Christiano Nomine Propagando semel atque iterum proposuit.

Cum itaque haec Vicarii Apostolici petitio hoc unum obtinere cuperet, nempe uberiorem indigenarum qui frequentissimi praedictas incolunt insulas christianam institutionem, Eminentissimi Patres huic S. Congr. Praepositi, in plenariis comitiis die 29 p. e. mensis maii habitis, rebus omnibus mature perpensis censuerunt: a Vicariatu Apostolico Bataviensi Sumatram, eidemque adiacentes insulas, ea quoque quae Billiton vulgo dicitur comprehensa, separandas esse easque in Praefecturam Apostolicam a Sumatra nuncupandam erigere ; RR. Patrum Capulatorum Hollandicae Provinciae curis committendam.

Quam Emorum Patrum sententiam ab infrascripto huius S. C. Secretario SSmo Dno Nostro Pio div. prov. PP. X in Audientia diei 20 ver-

tensis Iunii relatam, eadem Sanctitas Sua benigne in omnibus adprobare dignata est, atque praesens ea super re Decretum confici mandavit.

Datum Romae ex aedibus S. Congr. de Propaganda Fide, die 30 Iunii, anno 1911.

FR. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

Aloisius Veccia, *Secretarius.*

II.

DECRETUM ERECTIONIS NOVAE PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE KATANGA SEPTENTRIONALI IN CONGO BELGICO.

Ut in amplissimo Congi Belgici territorio maiora fidei incrementa promoveantur, opportunum consilium visum est regionem, quae ad orientem versus Praefecturam Apostolicam Kassai superioris adhuc constituit, ab eadem dismembrare et in separatam Praefecturam erigere. Quam ob rem in plenario consessu die 29 superioris Maii habito Erui Patres huius S. Consilii Fidei Propagandae novam Praefecturam Apostolicam e territorio supradicto seiungendam et de Katanga Septentrionali denominandam, erigi atque alumnis Congregationis S. Spiritus et Immaculati Cordis Mariae concredi censuerunt, sequentibus statutis praefecturae quae erigitur limitibus, scilicet:

Ad septentrionem recta linea quae ab ostio amnis Elila ducitur ad oppidum Benakamba; ad occidentem Lomani fluminis cursus ab oppido praedicto ad eius fontes-ad meridiem Lo voi flumen; ad orientem denique Lualaba cursus ab ostio Lovoi ad Elila.

Hanc vero Erñorum Patrum sententiam SSmo D. N. Pio div. prov. PP. X ab infrascripto eiusdem S. Congregationis Secretario relatam, in Audientia diei 20 vertentis Iunii, Sanctitas Sua benigne adprobavit ac ratam habuit atque praesens ea de re Decretum fieri mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Prop. Fide die 30 Iunii 1911.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. S. Aloisius Veccia, *Secretarius*

III.

DECRETUM ERECTIONIS NOVAE PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE MATADI IN CONGO BELGICO.

Quo spiritualium fructuum ubertas in Apostolico Vicariatu Congi Belgici laetius augeatur, expedire visum est regionem, quae inter Congo flumen et meridianos limites Belgicae ditionis iacet ab eodem Vicariatu distrahere et in independentem Praefecturam erigere. Eiîii itaque Patres Sacrae huius Congregationis Christiano Nomini Propagando, in Plenario consessu habito die 29 superioris mensis Maii, novam Apostolicam Praefecturam de « Matadi » nuncupandam, erigendam esse decreverunt, cuius territorium a praedicto Vicariatu Congi Belgici dismembrandum sequentibus limitibus contineatur:

Ad Boream, flumine Congo ab ostio amnis Kodia ad ostium Binza, deinde Binza cursu usque ad eius fontes; posthac linea exinde ducitur ad ostium Binza - Nzau attingendo fontes trium amnium in Congo flumen parallelo cursu influentium; ac tandem flumine Congo usque ad Praefecturam Apostolicam de Kwango.

Ad Orientem, Limitibus Praefecturae Apostolicae de Kwango.

Ad Meridiem, Limitibus Belgicae coloniae.

Ad Occidentem, flumine Bidizi ab ostio ad eius fontes, et exinde linea quae per fastigia montium pervenit ad origines amnis Lukokote, demum cursibus Lukokote, et Kodia usque ad flumen Congo.

Porro novam Praefecturam curis alumnorum Congregationis Sanctissimi Redemptoris concredendam esse statuerunt. Quam Emorum Patrum sententiam per infrascriptum huius S. Congregationis Secretarium, in Audientia die 20 superioris Iunii habita, SSmo D. N. Pio div. prov. PP. X relatam, Sanctitas Sua benigne adprobare et ratam habere dignata est, praesensque ad id S. Congregationis Decretum confici mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Prop. Fide, die 1 Iulii 1911.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

Aloisius Veccia, *Secretarius.*

IV.

NOMINATIO EPISCOPI.

Brevi Apostolico nominatus est :

27 iunii 1911. — R. D. Ioseph Maria Aloisius Henricus Bigolet, e Seminario Parisiensi pro Missionibus ad exteras gentes, Episcopus titu-

laris Antiphrarum et Coadiutor cum iure successionis R. P. D. Petro Mariae Gendreau, Vicario Apostolico Tom-kim occidentalis.

V.

NOMINATIONES PRAEFECTORUM APOSTOLICORUM.

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominati sunt:

11 iulii 1911. — R. P. Fulgentius a Gerardo-Montes, Cappuccinus, Praefectus Apostolicus de Ubanghi Belgico.

25 iulii 1911. — R. P. Aemilius Callawaert, e Congregatione S. Spiritus, Praefectus Apostolicus de Katanga Septentrionali.

S. CONGREGATIO RITUUM

I.

URBIS ET ORBIS.

Evulgato *Motu Proprio* Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae X *De diebus festis,* diei 2 Iulii vertentis anni, nonnulli Sacrorum Antistites, ne accidat, ut dies Octava S. Ioseph, in Dominicis privilegiatis Quadragesimae occurrens, nullam in Officio et Missa commemorationem accipiat, et Officium dierum infra Octavam, Tempore Passionis adveniente, saepius omitti debeat, ab Ipso Sanctissimo Domino Nostro instantissime petierunt, ut ad augendum cultum erga S. Ioseph, Ecclesiae Universalis Patronum, Festum Eius die 19 Martii sine feriatione et sine Octava recolatur; Festum vero Patrocinii Eiusdem iuribus et privilegiis omnibus, quae Patronis principalibus competunt, augeatur, et sub ritu duplici primae classis cum Octava celebretur, prout iam in aliquibus locis et institutis recoli legitime consuevit; eo vel magis quod Tempus Paschale aptius recolendae solemnitati conveniat, et Festum idem in Dominica III post Pascha numquam impediri valeat.

Item Rmi Episcopi, quoad Solemnitatem Sanctissimi Corporis Christi, ab Eodem Sanctissimo Domino Nostro humillimis precibus postularunt, quod, remanente Feria V post Dominicam Ssmae Trinitatis

Eius Festo,, absque tamen feriatione, externa Solemnitas ad insequentem Dominicam transferatur.

Sanctissimus Dominus Noster, referente infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, audito Commissionis Liturgicae suffragio, huiusmodi votis clementer deferens, firmo remanente *Motu Proprio* quoad reliqua Festa, statuit et decrevit:

I. Festum Natale S. Ioseph, die 19 Martii, sine feriatione et sine Octava, sub ritu duplici primae classis recolatur, adhibito titulo : *Commemoratio Solemnis S. Ioseph, Sponsi B. M. V., Confessoris.*

II. Festum Patrocinii Eiusdem S. Ioseph Dominica III post Pascha, sub ritu duplici I classis cum Octava, addita Festi primarii qualitate, recolatur sub titulo : *Solemnitas S. Ioseph, Sponsi B. M. V., Confessoris, Ecclesiae Universalis Patroni.*

. III. Diebus infra Octavam et die Octava Solemnitatis S. Ioseph adhibeatur Officium, uti prostat in Appendice Octavam Romani.

IV. Festum Sanctissimae Trinitatis, Dominicae I post Pentecosten affixum, amodo sub ritu duplici primae classis recolatur.

V. Festum Sanctissimi Corporis Christi celebretur, absque feriatione, sub ritu duplici primae classis et cum Octava privilegiata, ad instar Octavae Epiphaniae, Feria V post Dominicam Ssmae Trinitatis, adhibito titulo: *Commemoratio Solemnis Sanctissimi Corporis Domini Nostri Iesu Christi.*

VI. Dominica infra Octavam huius festivitatis, in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis, recitato Officio cum relativa Missa de eadem Dominica, unica Missa solemnis cani potest, uti in Festo, cum *Gloria,* unica Oratione, Sequentia, *Credo* et Evangelio S. Ioannis in fine. Ubi vero non adsit Missae Conventualis obligatio, addatur sola commemoratio Dominicae sub distincta conclusione, eiusque Evangelium in fine. Hac vero Dominica peragatur solemnis Processio cum Ssmo Sacramento, praescripta in Caeremoniali Episcoporum, lib. II, cap. XXXIII.

VII. Feria VI post Octavam celebretur, ut antea, Festum Sacratissimi Cordis Iesu, sub ritu duplici primae classis.

Valituro praesenti Decreto etiam pro Familiis Regularibus et Ecclesiis, ritu latino a Romano diverso utentibus. Contrariis non obstantibus quibuscunque, etiam speciali mentione dignis.

Die 24 Iulii 1911.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

•L.*.S.

† Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

IL

DECRETUM

Ad quasdam liturgicas questiones de diebus Festis nuper propositas enodandas, inspecto *Motu Proprio* Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae X diei 2 Iulii vertentis anni 1911, una cum subsequenti Decreto *Urbis et Orbis* Sacrorum Rituum Congregationis diei 24 eiusdem mensis et anni, Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis Liturgicae suffragio, atque approbante Ipso Sanctissimo Domino Nostro, haec statuit ac declaravit:

I. Quum Festum Nativitatis S. Ioannis Baptistae in posterum celebrandum sit Dominica immediate antecedente Festum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, ac proinde duae Octavae simul occurrere possint; hoc in casu agatur Officium de Octava Nativitatis S. Ioannis cum commemoratione Octavae Ss. Apostolorum.

II. Vigilia Nativitatis S. Ioannis Baptistae affigatur Sabbato ante Dominicam quae praecedit Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli. Quando in hoc Sabbato simul occurrant Vigilia Nativitatis S. Ioannis et Vigilia Ss. Apostolorum, fiat Officium de prima, cum commemoratione alterius in Missa tantum. Si vero in hoc Sabbato incidat Festum sive Officium ritus duplicis aut semiduplicis, nona lectio erit de Vigilia Nativitatis S. Ioannis, et in Missa fiat commemoratio utriusque Vigiliae.

III. In Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis, in casu praecedenti, dicatur post Nonam Missa de Vigilia Nativitatis S. Ioannis cum commemoratione Vigiliae Ss. Apostolorum. Si vero occurrat Festum IX lectionum, dicantur duae Missae Conventuales, una de Officio currenti post Tertiam, altera de Vigilia Nativitatis S. Ioannis post Nonam, cum commemoratione Vigiliae Ss. Apostolorum.

IV. Si Festum Nativitatis S. Ioannis Baptistae incidat in diem 28 Iunii, secundae Vesperae integrae erunt de hac solemnitate, cum commemoratione sequentis Festi Ss. Apostolorum, iuxta Rubricas.

V. Quum ex Decreto supracitato diei 24 Iulii 1911 ad instar Octavae Epiphaniae sit privilegiata Octava Commemorationis solemnis Sanctissimi Corporis D. N. I. C, infra hanc Octavam prohibentur etiam, tum Missae votivae pro sponsis, tum Missae cum cantu de Requie pro prima vice post obitum, vel eius acceptum nuntium; die vero Octava prohibentur Missae privatae de Requie, quae die, vel pro die obitus alias cum exequiali Missa permittuntur.

VI. Missa cum cantu de Requie die, vel pro die obitus, aut depositionis, praesente, insepulto, vel etiam sepulto, non ultra biduum, cadavere, vetita est in sequentibus Festis nuper suppressis, nempe Commemorationis solemnis Sanctissimi Corporis Christi, Annuntiationis B. M. V., Commemorationis solemnis S. Ioseph, et Patroni loci.

VII. Item praedicta Missa inhibetur in Festis Solemnitatis S. Ioseph, Sanctissimae Trinitatis, et in Dominica in quam transfertur solemnitas externa Commemorationis Ssmi Sacramenti.

Contrariis non obstantibus quibuscunque, etiam speciali mentione dignis.

Die 28 Iulii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ® S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SIGNATURA APOSTOLICA

i.

SEGUSINA.

IURIUM ET RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

Inter Antonium Tonda, Praepositum Gathedr. eccl. Segusinae recurrentem, repraesentatum per legitimum procuratorem Antonium Lombardi advocatum; et Petrum Viglione, rectorem Ecclesiae a Suffragio nuncupatae, Segusii, repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi advocatum.

In subalpina civitate Segusii exequiae celebrari consuerant in ecclesia vulgo *delle Grazie*, coadiutrice Cathedralis ecclesiae ; quae postrema cum veteri eiusdem civitatis coemeterio continens erat. Verum anno 1890, publicae salutis ergo, Municipium Segusinae civitatis, veteri illo coemeterio everso, novum procul ab ea exstrui curavit. Inde necessitas designandae alterius ecclesiae, ubi Praepositus Cathedralis ecclesiae, qui in eadem parochi quoque munere fungitur, iusta funebria persolvere posset. Ad id operis delecta fuit ecclesia S. Caroli ; sed brevi tempore, quia Municipium illam non censuit idoneam. Tunc, quum idem Municipium hinc instaret, ut missae fúnebres praesente cadavere in Cathedrali ecclesia celebrarentur, inde autem Capitulum ei obsisteret;

R. P. D. Eduardus Iosephus Rosaz, episcopus Segusin., ad controversiam dirimendam, statuit, collata fidelium stipe, novam ecclesiam a fundamentis erigere sub titulo *S. Mariae a Suffragio* (vulgo *Madonna dei Suffragio).* Ita enim legitur in tabulis fundationis eiusdem : « *Mentre (questa chiesa) servirà alle funzioni funebri della città, sarà ad un tempo come un Santuario alla Madonna del Rosario* ». *Ista,* ecclesia intra fines territorii Cathedralis ecclesiae exstat, eique Rectoris nomine praepositus fuit r. d. Petrus Viglione, qui eam adhuc administrat. Quinque annorum decursu, scilicet donec episcopus Rosaz vixit, Rector Viglione nunquam Missas adventicias in eadem ecclesia celebrandi (de quibus nunc controvertitur) veniam sibi fecit. Etenim praefatus episcopus per decretum diei 15 Iulii anni 1885 in querela a rev. d. Petro Peynetti, Canonico-praeposito ecclesiae Cathedr. Segusinae, sibi delata contra Capellanos seu Rectores ecclesiarum confraternitatum Spiritus Sancti et Sanctissimi Nominis Iesu, declaraverat, consuetudinem in civitate Segusin. vigere, qua in ecclesiis non paroecialibus hasce Missas adventicias celebrare Rectores vetantur.

Adversus hoc decretum praefati Rectores interposuerunt recursum ad S. Congregationem Concilii, quae sub die 20 Maii 1886 respondit: « *Dilata et coadiuventur probationes quoad praescriptionem* ».

Post editum hoc responsum, desitum est a recursu.

Defuncto vero Episcopo Rosaz, rector Petrus Viglione a novo episcopo R. P. D. Carolo Marozzi facultatem poposcit sibi fieri canendi in sua ecclesia S. Mariae a Suffragio Missas adventicias sive pro vivis, sive pro defunctis absque consensu Praepositi Parochi ecclesiae Cathedralis. Episcopus hanc facultatem indulsit, monens tamen Rectorem fore ut Praepositus litem contra ipsum intentaret. Et revera Praepositus promovit actionem contra Rectorem Petrum Viglione penes Curiam Segusinam, quae lata sententia sub die 20 Iulii 1901 asseruit ius eiusdem Rectoris, quo posset canere Missas adventicias in ecclesia Suffragii absque Parochi venia. Iste appellavit ad S. Congregationem Concilii ; quum autem Pontificia constitutio *Sapienti consilio* promulgata fuisset, causa delata fuit ad Tribunal S. Rotae, quae proposito dubio : *An constet de iure sacerdotis Viglione, Rectoris ecclesiae a Suffragio, canendi Missas adventicias, etiam funeraticias, absque Parochi licentia in casu?* respondit sub die 6 Aprilis 1909 : « *Negative* » ; scilicet « *non constare de iure sacerdotis Viglione, Rectoris ecclesiae a Suffragio, canendi Missas adventicias etiam funeraticias absque Praepositi licentia* »

Adversus hanc Rotalem sententiam, propterea quod non esset con-

[1] Cfr. *Acta Apostolicae Sedis,* an. I, vol. I, num. 10, pagg. 422 et seqq.

firmatoria alterius sententiae pronunciatae circa eamdem causam penes Curiam Segusinam, praedictus Rector Petrus Viglione, iure suo utens iuxta can. 33, § 2 *Legis Propriae Sacrae Bomanae Botae et Signaturae Apostolicae,* appellavit ad turnum sequentem eiusdem S. Rotae Tribunalis cum formula dubii: *An confirmanda vel infirmanda sit sententia Rotalis in casu ?* Cui dubio Turnus Rotalis sub die 5 Martii ann. 1910 respondit : « *Infirmandam esse sententiam Rotalem in casu ?* » \

Contra postremam hanc sententiam alterius Turni, Praepositus Antonius Tonda, parochus ecclesiae Cathedralis Segusinae, recursum apud hoc Supremum Apostolicae Signaturae Tribunal interposuit, *ex capite suspicionis* atque *expostulationis restitutionis in integrum adversus Rotalem sententiam, quae in rem iudicatam transierit.*

Postquam iste recursus ab Emo et Rmo P. D. Cardinali Praefecto una cum R. P. D. Secretario huius Supremi Tribunalis, iuxta *Legis Bropriae* can. 40, § % iuridico examini subiectus fuit in ordinario Coetu seu Congressu habito die decima mens. Februarii curr. anni 1911, perlecto etiam cl. Consultoris voto, deliberatum est : *Visis et perpensis utriusque partis deductionibus in casu, recursus circa exceptionem suspicionis reiicitur ; circa restitutionem in integrum remittitur ad plenarium Coetum Eminentissimorum Iudicum.*

Causa igitur funditus pertractata est in Ordinaria Supremi Tribunalis Sessione habita in aedibus Vaticanis die decima septima mensis Iunii 1911, relatore Emo P. D. Sebastiano Card. Martinelli, propositoque dubio, iam antea inter partes concordato, scilicet : *An restitutio in integrum concedenda sit in casu ?*

Eminentissimi Iudices responderunt:

Affirmative.

De expensis autem iudicialibus Supremum idem Tribunal constituit, eas inter partes esse compensandas.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum atque definitive iudicatum; mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret atque ab omnibus ad quos spectet executioni mandaretur, non solum etc., sed et omni etc.

Datum Romae ex aedibus Supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis, die vigesima septima mensis Iunii ann. MDCCCCXI.

Ita est.

Nicolaus Marini, *a Secretis S. A. S. T.*

L. £g S. Iosephus Adv. Fornari, *S. T. A.*

[1] Cfr. *Acta Apostolicae Sedis,* ann. II, vol. II, n. 11, pag. 450 et seqq.

IL

NOVARIEN.

REFECTIONIS DAMNORUM.

Inter Melchiorem Barberis, recurrentem, repraesentatum per legitimum procuratorem Angelum D'Alessandri advocatum, et Iosephum atque Ioannem fratres Carbone repraesentatos per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi advocatum.

Initio anni 1906, sacerdos Iosephus Carbone Beneventanus, No variae, in qua civitate mathematicas disciplinas tradebat, a canonico Meichiore Barberis amice hospitio receptus, in eius familiaritatem venit. Interea idem sac. Carbone animo deliberare coepit quomodo Ioanni, fratri suo, in eadem Novariae civitate lucrandi copiam ex commercio faceret. Sed cum homo novus in illa civitate quid gerere oporteret ad suum consilium perficiendum prorsus nesciret, in hac animi perplexitate succurrit ei, nihil aptius fieri posse, quam ut de proposito suo cum amico can. Barberis communicaret. Adiit itaque canonicum Barberis eique suam mentem aperuit, cupere nempe se, ut frater Ioannes Carbone in aliquam negotiatorum societatem adsciseeretur, paratus ille in ea summam 15,000 libb. it. occupare. Tum canonicus Barberis, attenta praesertim pecuniae occupandae exiguitate, quae magnum sperare quaestum non sinebat, sacerdoti Carbone sciscitanti, quanam ratione id suum propositum perfici posset, respondit proponens constitutionem societatis cum Michaele et Friderico fratribus Pinto contrahendae, quae vendendis instrumentis, quibus opus est commercium rerum, ut aiunt, *industrialium* exercentibus, cum non parvi lucri spe, operam daret. Sed quoniam praedicti fratres Pinto non aeque ac eorum pater Adalgisus negotiorum periti erant, idem canonicus Barberis existimabat deferendam huic esse propositae societatis procurationem. Attamen can. Barberis Iosephum Carbone praemonuit ipsum Adalgisum Pinto, aliquot ante annis, creditoribus decoxisse, ideoque carcere fuisse detentum; quamquam in civitate communis opinio erat, id gravissimum facinus magis aemulorum improbitati et invidiae, quam eius inscitiae et dolo attribuì debere. Hortatus est autem Iosephum Carbone, ut, quo certior fieret, consuleret de huius negotii conficiendi utilitate dominum Dominicum Raspini, praesidem scholarum, in quibus Iosephus Carbone docebat. Iste canonici Melchioris Barberis propositionem adprobavit, confirmavitque suo iudicio.

Quamobrem sacerdos Carbone utriusque consilium ratum habens,

societatem a fratre suo cum negotiatoribus Pinto contrahi quamprimum curavit.

Res initio bene verterunt; sed aliquo post tempore, cum citra proprias vires atque facultatem, negotiationem provehere socii conarentur, Societas aere alieno oppressa et ad extremum adducta est discrimen. Exinde Ioannes Carbone ibi oleum et operam perdidit.

Primis tamen a Societatis collapsu diebus, sacerdos Carbone forti animo eversam fratris sui fortunam ferre visus est; deinde vero, secum ipse reputans damnorum sibi fratrique illatorum gravitatem, adversae fortunae remedium excogitare coepit. Tunc venit ei in mentem sibi forsitan ius favere vocandi in iudicium coram Novarien. Curia canonicum Melchiorem Barberis pro damnorum refectione, quippe qui consilium dedisset, unde illa provenere. Curia Novarien., rite instituto atque ad finem legitime perducto iudicio, canonicum Melchiorem Barberis reum conventum sententia diei 2 Octobris an. 1909 absolvit. Actor vero Iosephus Carbone ab ista sententia festinavit ad S. Rotae Tribunal appellare.

Ad S. Rotam delato appellationis iudicio, fuerunt concordata inter partes dubia die 31 mens. Ianuarii praeteriti an. 1910, assignatusque causae disceptationi Turnus Rotalis diei 20 mens. Maii eiusdem anni.

Hoc temporis intervallo, procurator appellantis sacerdotis Iosephi Carbone petiit et obtinuit, sub die 22 mens. Februarii, ut eligeretur Iudex Instructor ad hoc, ut testimonialibus probationibus demonstraretur canonicum Melchiorem Barberis auctorem culpabilem esse gravissimorum damnorum, quae perpessus est actor appellans. Proinde exhibiti sunt testes et articuli interrogatorii a procuratore ipsius actoris appellantis, reluctante tamen patrono canonici Barberis; qui, si initio non acriter huiusmodi probationibus testimonialibus restitit, sed potius vel invitus consensit, quum submissorum articulorum sequelam vidit, contra eos, quippe exorbitantes ex causa, animadversiones obiecit; sed incassum. Iudex enim statuit, sub die 10 mensis Iulii an. 1910, nedum introductae causae instructionem eadem ratione continuandam esse, sed omnes etiam ex adverso propositos admisit articulos, iis non exceptis quidem ad causam, iuxta defensorem conventi Barberis, non spectantibus.

Ab hoc actu iudiciali seu decreto (sic enim vocatum est) utraque pars, quae stabat in iudicio, appellavit. Scilicet, quae pars stabat pro can. Melchiore Barberis appellavit contra admissionem probationum testimonialium, quas ipsa recusaverat; pars vero, quae stabat pro fratribus Carbone propter reiectam petitionem, quod instructio in casu a persona Curiae Novarien, extranea peragenda esset. Sed utraque appellatio infelicem sortita est exitum. Cum enim incidentales huiusmodi quaestiones

Turni iudicio semel atque iterum propositae fuissent, is die 23 mensis Novembris an. 1910 edixit, quibusdam tantum verbis a propositis interrogatoriis deletis, eundem actum seu decretum diei 10 Iulii 1910 confirmandum prorsus esse.

Contra hunc novissimum actum iudicialem Turni Rotalis seu decretum, recursum interposuit apud Turnum patronus conventi canonici Barberis. Sed Ponens in causa, die 5 mens. Decembris 1910, simpliciter respondit: « Non esse locum novo recursui, et hinc reponatur ».

Exinde recursus ad Supremum hoc Signaturae Apostolicae Tribunal. Iamvero procurator fratrum Carbone totis viribus probare enititur, nequaquam a Supremo Apostolicae Signaturae Tribunali istum recursum excipi posse, propterea quod in casu non agatur de sententia interlocutoria, ast de incidentali controversia Iudicis Instructoris arbitrio per decretum seu rescriptum dumtaxat solvenda, iuxta S. Rotae Tribunalis regulas. Ex adverso procurator can. Melchiorris Barberi asseveranter sustinet, in casu agi de vera ac propria sententia interlocutoria, prouti haec in Iure definitur, siquidem ille actus diei 23 mens Novembris 1910 tangat, *faciens ad causam* incidentalem maximi momenti controversiam, ex qua gravamen, in sententia definitiva *irreparabile*, sui clientis in detrimentum possit oriri. Talis enim in casu censenda introductio elementorum causae naturam omnino immutandum, et viam sternentium iudicio, quod criminalis potius speciem quam civilis praeseferret; ideoque praedictus actus retinendus est utpote vera et propria sententia interlocutoria. Quandoquidem igitur huiusmodi actus seu sententia interlocutoria, non sit libello introductionis causae conformis , eiusdem causae naturam immutet, damnumque gravissimum cum can. Melchiori Barberis tum aliis, qui pertrahuntur hoc in iudicium illatura sit, - hisce omnibus de causis, patronus praedicti can. Barberis retinet actum illum seu sententiam interlocutoriam diei 23 mens. Novembris 1910 esse *iniustam*, ideoque *nullam.*

Quae quidem supradictarum partium argumenta longe lateque perpensa sunt in Ordinaria Supremi Tribunalis Sessione habita in aedibus Vaticanis die decima septima mensis Iunii 1911, relatore Emo P. D. Antonio Card. Agliardi, propositisque iam antea inter partes concordatis dubiis, scilicet:

I. *An actus iudicialis Turni Rotalis diei 23 mens. Novembris 1910 sit vera et propria sententia interlocutoria?*

Et quatenus affirmative:

II. An ipsa sententia sit nulla, et sitne locus eius circumscriptam?

Eminentissimi Iudices responderunt:

Ad I. Affirmative aequivalenter ad effectum appellationis;

Ad II. Demptis propositis interrogationum articulis, causam circumscribendam esse exclusive ad consilium a rev. Barberis prolatum mense Decembri 1906.

De expensis autem iudicialibus Supremum idem Tribunal constituit, eas inter partes esse compensandas.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum atque definitive iudicatum; mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret, atque ab omnibus ad quos spectet, executioni mandaretur, non solum etc, sed et omni etc.

Datum Romae ex aedibus Supremi Tribunalis die trigesima mens. Iunii 1911.

Ita est.

Nicolaus Marini, *a Secretis S. A. S. T.*

L. S. Iosepfhis Adv. Fornari, *S. T. A.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Il giorno 27 del mese di Giugno, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si tenne la Congregazione Generale dei Sacri Riti, per discutere il dubbio sulle virtù in grado eroico della Venerabile Serva di Dio Ludovica De Marillac, Vedova Le Gras, Confondatrice della Congregazione delle Figlie della Carità.

Il giorno 11 del corrente mese di Luglio, nel Palazzo Apostolico Vaticano, ebbe luogo la Congregazione Ordinaria dei Sacri Riti, per discutere i seguenti oggetti : •

1.° Introduzione della Causa di Beatificazione, o Dichiarazione di Martirio del Servo di Dio Giacomo Salès e Guglielmo Saitemouche, della Compagnia di Gesù.

2.° Revisione degli scritti nella Causa di Beatificazione o Dichiarazione di Martirio del Servo di Dio Natale Pinot, Sacerdote secolare, Parroco di Louroux-Beconnais.

3.° Revisione degli scritti nella Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Giovanni Battista Stoeger, Laico professo della Congregazione del SSmo Redentore.

Il giorno 25 del corrente mese di Luglio, presso l'Emo e Riño Signor Cardinale Domenico Ferrata Ponente della Causa, si è tenuta la Congregazione Antipreparatoria per discutere sopra un miracolo, attribuito al Beato Pietro Luigi Maria Chanel, Sacerdote della Società di Maria (Maristi), Protomartire dell'Oceania, e proposto per la sua Canonizzazione.

SEGRETERIA DI STATO

ONORIFICENZE.

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

18 Luglio 1911. — Al Sig. Capitano Onorevole Donald Forbes, destinato da S. M. il Re Giorgio V d'Inghilterra ad accompagnare ufficialmente la Missione Pontificia durante le feste dell' Incoronazione ;
— Al Signor Conte Giuseppe Ledóchowski.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa.

24 Luglio 1911, — Al Sig. Don Filippo Pedrell, Maestro di musica in Barcellona.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 Marzo 1911. — Al Sig. Edmondo Verley, dell'archidiocesi di Cambrai;
— Al Sig. Leone Thiriez, dell'archidiocesi di Cambrai ;
— Al Sig. Federico Tordeux, dell'archidiocesi di Cambrai.
6 Marzo. — Al Sig. Luigi Thiriez, dell'archidiocesi di Cambrai;
— Al Sig. Maurizio Gharvet, dell'archidiocesi di Cambrai.
15 Marzo. — Al Sig. Eugenio Rigot, dell'archidiocesi di Cambrai.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

21 Luglio 1911. — Al Sig. Gioachino Antonelli-Costaggini, Tenente della Guardia Palatina d'onore.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

21 Luglio 1911. — Al Sig. Avv. Giovanni Ingebrigtsen di Hammerfest, (Lapponia).

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons; Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari :

10 Luglio 1911, — Mons. Edoardo Endrici della diocesi di Trento.
11 Luglio. — Mons. Giuseppe Bellon, dell'archidiocesi di Algeri.
13 Luglio — Mons. Ferdinando de Schoemburg, della diocesi di Linz ;
— Mons. Carlo Edelmüller, della medesima diocesi ;
— Mons. Ruperto Buchmair, della medesima diocesi ;
— Mons. Antonio Polánsky della diocesi di Budweis ;
— Mons. Achille Carletti, della diocesi di Pesaro.

Camerieri segreti di spada e cappa soprannumerari:

6 Luglio 1911. — Il Sig. Cav. Alberto Giovanni M. Kubinzky.

U Luglio. — Il Sig. Barone Carlo Giuseppe Tommaso Becquet de Tégilìe.

Cameriere d'onore in abito paonazzo :

6 Luglio 1911. — Mons. Stefano Ghidini, della diocesi di Mantova.

Annus Ili. - Vol. III. Die 16 Augusti 1911. Num. 11.

AG^ARmiCAEIEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

CONSTITUTIO DE IEIUNII ATQUE ABSTINENTIAE LEGE IN DALMATIA SERVANDA.

PIUS PP. **x.**

Ad futuram rei memoriam. — Romani Pontifices Nostri Decessores, supremi Sacrarum disciplinarum custodes et vindices, quum gravis momenti rationes intercédèrent, spirituali non minus quam corporali christiani populi saluti paterno studio consulturi, ecclesiasticarum legum sanctiones immutare ac minuere consueverunt. Iamvero Venerabilis Frater Vincentius Pulitic, Archiepiscopus ladrensium, suo et suffraganeorum Dalmatiae nomine, qui nuper in Comitiis Episcopalibus Phariae habitis illius regionis populi necessitates vigili sedulitate perpenderunt, enixas Nobis preces humiliter adhibuit, ut ad praecavendam ecclesiasticae legis de ieiunio atque abstinentiae transgressionem, simulque ad necessariam medelam afferendam, non minus virium imbecillitati ob ciborum esurialium penuriam, quam domesticae oeconomiae ob ciborum eorundem et potissimum piscis in dies succrescens pretium, legem ieiunii atque abstinentiae, a Nobis per Decretum Congregationis S. Officii die v Septembris mensis, anno MDCCCCVII, pro universa Italia reformatam, nunc ad Dalmatiam extendere, mutatis mutandis, de Nostra benignitate velimus. Nos autem probe noscentes ex hac abstinentiae legis relaxatione plura illius regionis populo tum spiritualia tum temporalia bona fore feliciter obventura, superenunciatorum Archiepiscopi et Antistitum

vota libenter excipientes, haec, quae sequuntur, pro universa Dalmatia, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, perpetuum in modum edicimus. Mandamus videlicet: I.° Ut ieiunium servetur per abstinentiam strictam a carnibus et ab iis omnibus, quae ex carne originem ducunt, laete scilicet, butyro, caseo, ovis, et ex quocumque animali adipe condimentis, quotannis his quatuor diebus tantum: feria sexta Quatuor Temporum in Quadragesima; feria sexta in Parasceve ; vigilia Assumptionis B. Mariae Virginis ; vigilia Nativitatis Domini. II.° Ut ieiunium servetur per abstinentiam non strictam, idest a carnibus tantum et a iure a carnibus quomodocumque expresso, ita ut liceat pro lubitu in praecipua refectione vesci ovis et lacticiniis, et tum in eadem principali refectione tum in refectiuncula uti condimento ex quovis adipe, butyro, margarina et similibus, quotannis his, qui sequuntur, diebus: feria quarta Cinerum; feriis sextis et Sabbatis Quadragesimae; feriis quartis et sextis Adventus; feriis quartis, sextis et Sabbatis Quatuor Temporum; vigilia SS. Apostolorum Petri et Pauli; vigilia Annuntiationis B. Mariae Virginis, si in Quadragesimam inciderit; tandem vigilia Omnium Sanctorum. III.° Cum autem pluribus Dalmatiae civibus ob stomachi debilitatem onerosa valde ac molesta evadat in matutino ientaculo arabicae potionis sorbitio absque laete indulgemus, ut diebus superiori II° indiculo inscriptis, exclusis iugiter feriis quartis, sextis ac Sabbatis Quatuor Temporum, liceat mane in ientaculo vel lac arabicae potioni miscere, vel simplici laete uti. IV.° Edicimus praeterea, ut huiusmodi abstinentia a carnibus dumtaxat et a iure a carnibus expresso servetur in universa Dalmatia, etiam omnibus et singulis aliis per annum feriis sextis, absque tamen obligatione ieiunii, et consequenter nulla refectionum facta distinctione, quoad ovorum, lacticiniorum et condimentorum liberum usum. V.° Denique mandamus, ut in omnibus Dalmatiae Dioecesibus ieiunium servetur toto Quadragesimae tempore, praeter dies iam supra recensitos, ita ut liceat comedere carnes in principali refectione tantum, in refectiuncula vero condimentum adhibere adipis, butyri et similium. Quoad vero carnium et piscium permixtionem in eadem comestione, illam omnino interdicimus diebus, quibus ieiunium praecipitur, et durante Quadragesima, etiam diebus Dominicis; ideoque volumus, ut omnes, qui a carnis abstinentia dispensantur, nequeant uti huiusmodi permixtione solido Quadragesimae tempore, feriis quartis et sextis Adventus, (in Austria enim in Adventu Domini feriis quartis et sextis et non Sabbatis ieiunium praescribitur) ; tandem Quatuor anni Temporibus et vigiliis supra memoratis. VI.° Insuper Episcoporum Dalmatiae votis propensa voluntate obsecundantes,

concedimus illis facultatem, ut, excepto Adventus et Quadragesimae tempore, tum ieiunium, tum abstinentiam, vel pro tota Dioecesi, vel iuxta diversos casus pro determinatis locis, anticipare queant in alium liberum diem; aut etiam, instantibus gravissimis tamen causis sive sollemnitatis sive populi concursus, ab obligatione similiter tum ieiunii tum abstinentiae omnino dispensare fideles valeant. VII.° Tandem eorundem Antistitum optatis annuentes, largimur ut in Dalmatia existentes Regulares Familiae utriusque sexus, quae speciali abstinentiae sive ieiunii voto non adstringantur, eadem ac simplices fideles dispensatione uti frui licite ex Apostolica benignitate possint ac valeant. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent plenissime suffragari, sicque in praemissis rite esse iudicandum, irritumque ex tunc fieri atque inane, si secus quidquam super his a quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit. Tandem volumus, ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si fuerint exhibitae vel ostensae. Non obstantibus contrariis quibuscunque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die x Iunii MDCCCCXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L.)$(S. » *Secretis Status.*

IL

AEDES DEIPARAE VIRGINIS IN COELUM ASSUMPTAE OPPIDI GANDLNO DIOECESIS BERGOMENSIS BASILICAE MINORIS TITULO DECORATUR.

PIUS PP. X.

*

Ad perpetuam rei memoriam. — Conspicua tempia Dei, quae vetustate non minus quam artis operibus, atque imprimis eximia fidelium pietate aliisque laudibus excellant, amplissimis honoribus ac privilegiis libenter decoramus, ut in illis ex aucto cultus decore christiani populi celebritas ac reverentia augeantur. Cum itaque compertum sit Nobis, in oppido vulgo « Gandino » Dioecesis Bergomensis, Curialem Aedem extare* quae, ex huius Apostolicae Sedis concessione^ quatuor gaudens praecipuis coelestibus Patronis, atque ex sententia Sancti Praesulis Caroli

Borromei Caput Plebis renuntiata, iam antiquissimis temporibus est erecta, ac decimosecundo saeculo rite consecrata fuit: ideo gratum acceptumque habemus, praecipuis eam honoribus exornare. Hoc enim insigne religionis et avitae praesertim erga Deiparam Virginem sideribus receptam pietatis monumentum, nuper collata civium stipe affabre instauratum, Sacellum atque Altare nonnullis abhinc saeculis B. Mariae Virgini Lauretanae dicatum continet, quod Sancta haec Sedes, frequenti populorum propter miracula concursu, indulgentiarum thesauris saepenumero locupletavit. Huc accedit, quod sacra eadem Aedes, divite supellectile abunde instructa, exuvias S. Pontiani Papae, Valentini, Floviani et Quirini martyrum, ex veterum huius Almae Urbis Christianorum hypogeis translatas, in thecis urnisque argenteis munifice inclusas asservat, praeter corpora e Siculis oris eo devecta Sanctorum martyrum Placidi Monachi, eiusque sororis Flaviae, atque Eutychii et Victorini fratrum, quae omnia fideles ibidem summa religione venerantur. Praeterea decori huiusmodi templi Clerus quam maxime inservit, utpote qui privilegiis et insignibus semel atque iterum ab Apostolica Sede merito cohonestatus, ipsius Paroeciae munia studiose diligenterque faciat. Neque minore laude suam ibi confert operam pia Sodalitas ab Augusto Sacramento nuncupata; ea enim ex patriciis honestisque viris constans, ad divini cultus ornamentum et splendorem ita assidue intendit, ut soi licito Sacerdotum studio cumulate respondeat. Praetereundum denique non est, huius oppidi cives, quorum complures sive spectatis ecclesiasticis muneribus, sive bonis artibus, sive etiam bellica virtute praestiterunt, templi sui nitorem ac maiestatem omni tempore curavisse. Quae cum ita sint, enixas humilesque preces cunctae Civitatis nomine, tum a Clero, tum ab iis, qui eiusdem templi fabricae administrandae praesunt, Nobis adhibitas, ac Bergomensis Antistitis commendationis officio suffultas, benigne excipiendas censuimus, idemque templum dignum existimavimus, quod ad potiorem honoris gradum eveheretur. Apostolica igitur auctoritate Nostra, praesentium vi, parochialem, quam supra memoravimus, Aedem, Deiparae Virgini in Coelum Assumptae sacram, quae in oppido, cui vulgo nomen « Gandino » intra fines Dioecesis Bergomensis existit, Basilicae Minoris titulo perpetuum in modum augemus, illique omnia et singula conferimus iura, privilegia, praerogativas, honores, indulta, quae minoribus huius Almae Urbis Nostrae Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, plenissime suffragari, sicque in praemissis iudicandum esse, atque irritum fieri et inane, si secus

super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxvin Iunii MDCCCCXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. *ffc* S. *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD V. E. GREGORIUM MARIAM S. R. E. PRESB. CARD. AGUIRRE ARCHIEPISCOPUM TOLETANUM.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Nobis quidem non erat dubium, quin conventus Eucharisticus, qui proximis diebus actus est Matriti, prosperum esset exitum habiturus: verum ita feliciter ac splendide rem esse successuram, quemadmodum successit, non sperabamus. Omnino visa est Hispania catholica, eximiis viris ex omni orbe terrarum testibus, voluisse hoc ostendere, se in amore Iesu Christi et in cultu religionis Eius, quae tota spectat ad Eucharistiam, nemini cedere : id quod mirifice testatum apparuit, cum homines tam frequentes ex quovis ordine, tanto animorum impetu, tam praeclaras pietatis significationes in publico ediderint, cunctis in exemplum praeeunte Rege Catholico. Primum igitur Deo miserenti gratias maximas agimus, quod, necessario tempore Hispaniam respiciens, avitam gentis fidem ardore suae caritatis excitant; quaesumus autem, ut hoc ipsum non modo ad singulorum utilitatem, sed ad communem quoque salutem benignus dirigat. Deinde tibi, qui Legati Nostri ad istum conventum rite functus es munere, tum ceteris, qui, te praeside, una convenere, gratulamur; at praecipue Regi augusto, ex cuius maiestate honoribus Christo Domino habitis tantum decoris accessit. Gaudemus vero consiliorum communiter ceptorum insignem quemdam iam fructum exstitisse, institutis magna cum celebritate ad aedem *Escurialis* nocturnis piorum vigiliis Mysterio Eucharistico supplicandum : qua ipsa in re novimus augustae Domus religionem duxisse. Itaque alacritate pari, quae sunt reliqua, persequimini, divino freti auxilio : cuius Nos auspicem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili Noster, et Hispaniae universae amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x mensis Iulii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO CONCILII

i.

NULLIUS SEU MONTIS GASSINI

CURAE ANIMARUM.

SYNOPSIS DISPUTATIONIS. — Non longe a Monte Gassino, intra fines celebris Abbatiae, pervetusta existit civitas Atina nomine, cuius ecclesia praecipua, Sanctae Mariae in caelum Assumptae sacra, episcopali sede fuit olim insignita. Nunc vero eadem ecclesia licet Nullius sit, praeposituralis tantummodo exstat, eidemque ¡abbas ipse Montis Cassini praeest, qui idcirco Praepositus Apostolicus Atinensis etiam appellatur.

Cum eadem ecclesia parochialis etiam inde ab initio fuerit, ad annum usque 1767 cura animarum fuit penes capitulum, quod tamen eam primum singulis canonicis exercendam committebat, qui per vices in eiusdem exercitium succedebant, deinde vero habituali cura sibi retenta, idem capitulum curam actualem canonico etiam sub titulo vicarii concredidit, quem tamen singulis tribus annis deputare seu nominare solitum fuit.[1] At an. 1767 capitulum: « sia perchè da lungo tempo colla « continua esperienza si è andato conoscendo che la qualità di vicario-cu- « rato temporaneo riesce alle anime di non pieno vantaggio, giacché non « sempre nè tutti s'investono di quello zelo che si conviene, e di cui per « ordinario sono investiti i parrochi perpetui, perchè non mercenari, ma « dichiarati veri pastori, ed inoltre si scorge ancora che *messis multa ope- « rariipauci »,* uti in actis capitularibus legitur, habituali cura, aut saltem iure deputandi vicarium-curatum se abdicavit, et curam spiritualem totius civitatis et adnexi territorii canonicatui, qui primus inter quatuor ditiores esset vacaturus, adnectendam in perpetuum decrevit, si ita, uti par erat, Praeposito Abbati visum pariter fuisset.

Reditus autem canonicatus cui animarum cura erat adnectenda, inter duos partiendi erant canonicos-curatos, eligendos « dai Revmi Preposti *« pro tempore, praeviis edictis et concursu,* nella stessa maniera che eon- « feriscono tutte le altre chiese parrocchiali *iuxta praescriptum et for- « mam S. G. Tridentini* ». Quare ex uno canonicatu duae efformandae erant praebendae canonicales et parochiales, nam capitulum iisdem canonicis-curatis in posterum eligendis reditus quoque alterius beneficii simplicis, a sancto Rocho nuncupati, attributus voluit.

Iidem vero canonici-curati non in solidum animarum curam in universo territorio, capituli iurisdictioni iam subiecto, exercere debebant, sed territorium ipsum bifarium dividi oportebat, ut unusquisque proprium populum haberet.

At capitulum dum ex una parte ad maiorem Dei gloriam, et ut in posterum meliori quam antea ratione animarum curae fuerit provisum, « cede volontariamente alla cura abituale, che presso di lui risiedeva e « risiede, e contentasi che in avvenire invece di eligersi i vicari-curati « da esso stesso capitolo, vengano provveduti dal solo Monsignore Pre- « posto *praevio concursu* », eorumdemque canonicorum-curatorum sustentationi congruenter uti expositum est, providit, ex altera sibi quoque, iuribus, praeeminentiis, praerogativis, atque emolumentis, quibus super vicariis-curatis in antecessum potitum erat, consulere non omisit. Quasdam proinde statuit conditiones, sub quibus duarum perpetuarum curarum erectio fieri debebat, quas conditiones Praeposito-Abbati approbandas subiecit, quasque ex integro referre operae pretium duco, cum tota quaestio de qua agitur, tandem aliquando circa rationem versetur, qua conditiones eaedem a capitulo propositae, et ab Abbate deinde approbatae, interpretari debeant.

Hae autem sunt prout sequitur :

« 1. Che siccome essi canonici-curati potranno in detta chiesa « amministrare i Sagramenti, ed avervi il pieno e libero esercizio della « Cura, ritenendo anche le chiavi dei Sagramenti e Sagramentali, così « nel resto non vi acquistino verun speciale dritto, ne maggioranza, e spe- « cialmente nel Coro ove avranno il luogo e lo stallo *iuxta antianitatem* « in ordine nella qualità dei canonici.

« 2. Che le funzioni spettino, come è stato solito di farsi sempre, « al can. eddomadario, e nei giorni solenni al decano, e rispettiva- « mente ai maggiori, tutto che fossero funzioni cui avesse ad esporsi « il Venerabile per le quarantore, o anche di *ius* mero parrocchiale, o « che *de iure* spettassero al parroco. Così di fare processioni per la città « spetti al capitolo, salva 1' autorità di Monsignor Preposto, senza che « vi voglia consenso di essi curati. In oltre circa il battezzare non « potranno impedire che talvolta facciasi da ciascuno dei canonici, « secondo loro accaderà la contingenza, o saranno da altri in particolare « richiesti.

« 3. Che anche nelle associazioni dei cadaveri l'onore di portare « la stola rimanga come tuttavia si costuma all' eddomadario, che allora « per tal insegna ha la precedenza a tutti i canonici, talché il canonico « curato dovrà andare al solito luogo in ordine come se fosse un sem-

« plice canonico, e così a chi porta la stola si apparteneràncora il « benedire e levare il cadavere dalla casa del defunto, e fare l'associa- « zione in chiesa *super eodem cadavere,* tanto nella chiesa collegiata, « quanto in ogni altra regolare, o secolare di detta città.

« 4. Che circa le Messe da cantarsi *super cadavere,* ed altresì in « *3, 7, et 30, et anniversaria die* anco si appartenga *prout de more* al « can. turnario, essendo solito tutte le Messe cantate, e Messe lette dei « funerali celebrarsi da canonici *per turnum,* siccome anco nelle Messe « avventizie per pietà dei devoti. In guisa talché il can. curato abbia « luogo in tali funzioni ed onoranze in sola qualità di mero canonico, « e quando appunto gli spetterà quale eddomadario o turnario.

« 5. Che affine il capitolo non resti aggravato nei suoi emolumenti « o distribuzioni provenienti da terreni, case, censi e mola che ritiene « indiviso e in comune, e servono per massa delle distribuzioni quoti- « diane, e sopra delle quali ha partecipato il canonico-curato in qualità « di canonico, e non già due, così i due futuri canonici-curati sopra « dette attuali rendite dei cennati beni, parteciperanno per una parte « sola, cioè metà per ciascheduno, e questo *tam in honoribus quam in « oneribus.*

« 6. In quanto ai legati pii futuri che si lasciassero al capitolo « dopo l'effetto di detta erezione di due canonici-curati siccome altresì « nelle distribuzioni minute, o manuali delle Messe cantate avventizie, ed « anco all' accompagno dei cadaveri, o cose simili, siano compresi essi « due novelli canonici-curati non solo per una, ma per due parti cioè « una per ciascheduno eguale ad ogni altro canonico.

« 7. Che essi curati siccome si divideranno le rendite di detto « canonicato primo vacaturo, sopporteranno ciascheduno bensì *pro me- « dietate* i pesi, ed a suo tempo del detto beneficio semplice, così si « divideranno ancora le decime, che suol dare il popolo in grano, grano « d'India o altro, ed altresì 1' emolumento della benedizione delle case « nella vigilia dell' Epifania, e Sabbato santo, senza che vi partecipi il « resto dei capitolari, salva la porzione solita a darsi al sagrestano, tal- « che dopo anche diviso il territorio della città fra loro due, di tali emo- « lumenti se ne faccia un solo cumulo per mantenere l'eguaglianza pel « guadagno fra essi stessi due curati, i quali però in tal titolo nulla « potranno pretendere in tutte le altre oblazioni che si facessero in chiesa « come specialmente di grano, legumi, ed altro che da devoti si offerisce « nel dì della Commemorazione dei Morti. Inoltre resterà in vantaggio « di essi curati la contribuzione solita a farsi dalla comunità e dallo « spedale di Atina in annui ducati sei per la dottrina cristiana, e dalla

« Cappella dei Rosario in altri annui ducati sei per la pubblica recita « del Rosario tre volte la settimana, e lo stesso d'ogni altro emolumento « di estratti dai loro libri parrocchiali, ma per contrario niente potranno «pretendere sopra le cere de'funerali ossia dentro la collegiata, ossia « nelle altre chiese regolari, dovendo tutte le prime, e la quartana delle « seconde, *prout de more,* restare a beneficio della chiesa.

« 8. Che essi due canonici-curati abbiano a servire in Coro quando « non abbiano impedimento attuale all' esercizio della Cura, ma inoltre « ciascuno di essi abbia a sopportare l'intera rata della Messa conven- « tuale, dell'altra *pro populo diebus festis,* come la sopporta ogni altro « canonico, ed insomma in qualità di canonici avranno a fare e soppor- « tare tutti gli altri pesi, che si sopportano dagli altri capitolari, giacche « ambedue essi futuri curati si ricevono ed ammettonsi nel corpo capi- « tolare, e col diritto d'intervenire e votare in capitolo, e con tutti gli « altri iussi, insegne, e prerogative che godono gli altri canonici.

« 9. Che tali curati niente mai di particolare pagamento possano « pretendere dalj capitolo per detto peso della Cura, e neppure di *Ius « Campanae* o *Ius Stolae* o consimile, tanto più che il capitolo li am- « mette al godimento di un' intera parte per ciascuno di essi delle distri- « buzioni manuali di associazioni di cadaveri, di Messe cantate avven- « tizie, ed altro come sopra, e di più si addossa il peso della Messa *pro « populo,* che si ripartirà come sopra, e che dovrebbe piuttosto soppor- « tarsi da essi due soli canonici-curati.

« 10. Che il ripartimento del territorio si stima farsi così : Ad « uno la cedola di S. Carlo, e l'altra della vigna, all'altro poi la cedola « di Santa Maria, della Fontana, e di S. Giovanni, ed anco Selvapiana, « e Colle. Che il resto del territorio non abitato rimanga in comune, « e promiscuo, siccome promiscuo resterà il quartiere abitato di Ro- « sanisco.

« 11. Che quando si darà l'effetto della presente erezione delli due cu- « rati, resti in libertà al Preposto di far prima l'editto per una di esse, ed « in un altro giorno per l'altro, oppure in un giorno medesimo, ed a « suo arbitrio destinar uno a quella metà di territorio, che gli piacerà, « ed un altro alla porzione rimanente.

« 12. Così la divisione delle rendite del canonicato, e beneficio- « possa il Preposto farla per mezzo di periti *ante concursum,* ed asse- « gnare. una per uno, e l'altra per un altro dei futuri curati, oppure dopo « il concorso permettere, che i due eletti se la dividono fra loro.

« 13. Così ad arbitrio del prelato rimanga di far prendere possesso « prima ad uno, poi ad un altro dei due, che gli parrà.

« 14. Che di essi due curati ciascuno porti la Cura privativamente « di quel popolo che si ritroverà dentro quella metà del territorio della « città che gli verrà assegnata, e sopra di esso eserciterà i suoi iussi « parrocchiali. Bensì dentro la chiesa amministreranno la Cura ora pro- « miscuamente ora partitamente, ritenendo ciascuno una chiave del Sacro « Ciborio, del Battistero, e simili, facendo insieme la dottrina cristiana, « ed in quanto alla spiegazione del Vangelo, chi predicherà nell'alba, e « chi tra i solenni della Messa cantata, o in altra maniera a disposi- le zione di Monsignor Preposto. Bensì ognuno predicherà al popolo i « matrimoni o cose simili di rispettivi filiani, e circa al portare agi' in- « fermi la sacra Comunione anco ognuno la porterà ai rispettivi filiani, « ma trovandosi un curato ad uscire colla Communione debba portarla « agi' infermi anche dell' altro curato, senza intendersi acquisti giuri- « sdizione.

« 15. Che quante volte essi due curati, che già non avranno altro « titolo che di canonici-curati come sopra, avessero bisogno di aiuto nel- « f amministrazione della Cura, abbiano a provvedersi di altri coadiu- « tori *approbandi* dal Preposto a loro spese rispettivamente, e io stesso « s'intende in ogni altro caso, che essi canonici-curati si rendessero, per « infermità, vecchiaia o altro, inabili o impotenti a sopportare in tutto « o in parte il peso della rispettiva Cura, perchè ogni sostituto correrà « a loro carico. Bensì in ogni caso che vi sia bisogno di coadiutore, pos- « sano essere anche costretti da Monsignor Preposto.

« 16. Resteranno anche a beneficio di essi vicari curati le Messe « cento da celebrarsi (siccome è stato solito di soddisfarsi dal vicario « curato) che si desumono dalle cappelle erette dentro la collegiata per « i loro legati, e delle quali ne riceveranno la limosina manuale di un « carlino l'una, ma coli'obbligo di applicarle per detti legati, e celebrare « la Messa dell'aurora in detta chiesa *diebus festis pro commoditate populi.*

« 17 Che nel darsi poi la vacanza per morte, risegna o altro di uno « di essi canonici curati o di ambedue, resti a Monsignor Preposto la «facoltà di approvare l'economo per l'amministrazione della ripetuta « cura, ma essi non abbiano alcun diritto d'intervenire m coro, ed altre « funzioni del capitolo, e tanto meno partecipare della massa, e delle • « distribuzioni quotidiane, nè in altra qualunque cosa che riguardi il « dritto, e la qualità canonicale, ma le dette distribuzioni, ed altro durante « tal vacanza resteranno a favore del capitolo, e si accresceranno agl'in- « teressati, e l'istesso s'intenda ancorché a sostituto venisse eletto un «capitolare, il quale di tali distribuzioni della cura vacante parteciperà « come gli altri *iuxta servitium* ».

Supplices hasce preces seu has conditiones praepositus Atinensis, qui tunc erat Hyacinthus Sardi, Episcopus Aquinatensis et Pontiscurvi benigne in sacra visitatione excepit, et decreto, dato die 10 Iunii anno 1767, firmavit. In hoc decreto, inter alia haec leguntur: « Attentis narratis etc. « nos volentes saluti animarum providere, et pro bono regimine earum- « dem ita exspedire iudicantes, duas curas perpetuas in praefata nostra « insigni collegiata ecclesia S. Mariae in coelum Assumptae huius nostrae « civitatis Atinae erigere statuimus prout, auctoritate nostra, ac a sac. «Concilio Tridentino et Constitutionibus Apostolicis nobis attributa, et « omni alio meliori iure quo possumus, pro duobus Presbyteris perpe- « tuis futuris canonicis curatis, qui inibi personaliter residere et curam « animarum praefatam exercere, ac illius intuitu seu causa eidem in Di- « vinis deservire, et parochianis respective ecclesiastica sacramenta mini- « strare, D ee non omnia et singula quae debeant.... perpetuo erigimus et « instituimus. Propterea ex eo quod idem capitulum curam habitualem « et antiquum ius eligendi vicarium curatum ad maiorem animarum uti- « litatem desuper cessit, curas praedictas.....in certam praebendam primo « vacaturam perpetuo transferendas duximus, ac propterea ex nunc pro « tunc, et cum casus vacationis advenerit primi canonicatus dictae colle- « giatae ecclesiae ex quatuor etc.... easdem binas animarum curas per viam « unionis perpetuo transferimus, annectimus et incorporamus: qui qui- « dem canonici-curati populo omnia sacramenta ministrare, et in ecclesia « inservire teneantur, prout tenebatur vicarius curatus triennalis, rema- « nente in reliquis ecclesia in statu solito, eodemque capitulo in omni- « bus et singulis antiquis praeeminentiis, praerogativis et iuribus privative « quoad DD. canonicos curatos et cum pactis, conditionibus, et reserva- « tionibus in relatis precibus contentis, quas approbamus, in suo robore « permanere decernimus et mandamus ».

Haec quidem satis bene constituta fuisse videntur; at infeliciter contigit ut nonnisi post longum tempus eadem exequutioni demandari potuerint. Siquidem unus ex quatuor canonicatibus designatis, ex cuius redditibus binae constituendae erant praebendae parochiales, nonnisi anno 1801 vacavit. Interea autem temporis et praecise anno 1792 canonicatus omnes Praeposituralis Ecclesiae Atinensis Regio patronatui subiecti fuerunt. Quare accidit ut anno tantum 1804, postquam Rex illum nominaverat, constitui potuerit primus Canonicus curatus secundum supra relatum decretum a. 1767 die 10 Iunii editum. Hic autem fuit canonicus Iacobus Sabatini, idem qui iam ante annum 1804 uti vicarius-curatus designatus a Capitulo animarum curam ad triennium exercuerat. Etenim ad annum usque 1804 animarum cura in civitate Atina eiusque

territorio gesta semper fuit uti iam ante annum 1767, a vicario nempe curato, quem singulis trienniis capitulum ad illam exercendam deputabat.

Uti patet non ex integro anno 1804 ea quae anno 1767 statuta fuerant, exsequutioni demandata sunt. Non enim binae erectae fuerunt curae, nec duo constituti canonici curati, sed unus tantum, adeo ut opinio communis sit Iosephum De Mellis Aquinatensem Episcopum et praepositum Atinensem, qui sacerdotem Iacobum Sabatini nominavit vel confirmavit in canonicum curatum, decretum antea emisisse, quo quae a decessore suo anno 1767 sancita fuerant, immutavit; quod tamen decretum, incendio forte absumptum, non amplius reperitur.

Dum hisce in rerum adiunctis primi canonici curati electio facta est, ipsemet canonicus curatus sac. Iacobus Sabatini ita se gessit, veluti si sua conditio eadem omnino permansisset ac antea erat. Proinde uti vicarium curatum se habere perstitit et nuncupare, et functiones omnes parochiales, funeribus etiam, uti videtur, non exceptis, quae contra iuxta decretum anno 1767 editum, capitulo reservata erant, peragere. Eius successores qui tres tantummodo fuerunt, antea quam curam obtineret qui actu eam exercet, sac. Maximinus Corsi, a Rege uti canonici curati nominantur; at non raro et ipsi a Montis Cassini Curia, cui interea temporis, anno nempe 1835, ecclesia pra eposi turali s Atinensis a Gregorio PP. XVI adnexa fuit, publicis in actis vicariorum curatorum titulo designantur. Adeo autem circa saeculi elapsi medietatem tum Abbatialis Montis Cassini Curia, tum canonicus-curatus, tum iidem canonici incerti fuisse videntur quaenam revera iura circa animarum curam respective aut canonico curato aut capitulo spectarent, ut orta quaestione inter sacerdotem Martini actualis canonici curati praedecessorem et ceteros canonicos, praesertim quoad ius deferendi stolam in funeribus, eadem persolvendi, ac praecedentiam iisdem in funebribus processionibus habendi, Rmus Abbas Celesia sub die 23 Maii anno 1851 in sacra visitatione ad quaestionem dirimendam sequens ediderit decretum :« Ad « evitandum dissidiorum causas inter capitulum et canonicum vicarium « curatum in propriis iuribus servandis, visum est Nobis in Domino sta- « fuere atque decernere, ut ea omnia quae ad curam pertinent anima- « rum, nempe sacramentorum administratio, cadaverum benedictio et « serotina visitatio SSmi Sacramenti, per vicarium curatum perficiantur, « ita tamen ut in cadaverum sive adultorum sive parvulorum associa- « tione vicarius curatus stolam induat, servet autem locum suum in « ordine canonicorum. In sacerdotum vero funeribus servetur consuetudo « ut parochiales functiones perficiantur a canonico, ad quem per tur-

« num spectant. Reliqua vero quae proprie functiones capituli sunt, neque « ad curam animarum referuntur, uti novenae et processiones sive de « rubrica, sive de consuetudine, sive pro quacumque necessitate et alia « huiusmodi, perficiantur a capitulo, sive per canonicum decanum, sive « per hebdomadarium iuxta ecclesiae consuetudinem. Et in supradictis « processionibus semper uti ex antiqua consuetudine, etiam cum capi- « tutum incedit solis insignibus canonicalibus, vel dignior de choro vel « hebdomadarius stolam induant. Item si aliquando vel ex devotione, « vel quacumque alia de causa, triduus, cum sacrae Pyxidis expositione « celebretur, debet id tamquam functio capitularis reputari. *Denique decla- « ramus nullam esse intentionem in Nobis iura alterutrius partis prae- « senti Nostro decreto laedendi, ita ut quocumque tempore, si melior habeatur « causae cognitio, rectior possit ferri de quaestione sententia ».*

Res magis magisque implexae factae sunt postquam anno 1861 a legibus patrimonii ecclesiastici eversivis proscriptio decreta fuit bonorum ad collegiatas ecclesias pertinentium, quae curatae non fuissent; tunc enim capitulum, ut se adversus Gubernium protueretur, ita sin minus defunctus Abbas et actualis canonicus curatus contendunt, declarationes seu testimonia sive a Curia abbatiali sive ab Atinensi Municipio obtinuit, quibus ipsi paroecialia iura recognoscuntur.

Hisce accedit quod actualis canonici curati decessor sac. Martini ad extremam usque senectutem per sexaginta ferme annos canonicatu a Sanctis Marciano et Stephano nuncupato, cui animarum cura est adnexa, potitus est. Facile proinde potuit evenire, et dum ipse senio confectus ac caecitate laborans, ad suum munus gerendum inhabilis iam evaserat, canonici quaedam gesserint, quae per se ad canonicum parochum pertinuissent, eo vel maxime quod eodem tempore una simul cum canonico parocho unus etiam ex duobus oeconomis curatis, eiusdem canonici parochi coadiutoribus, valetudine laborabat.

Haec vero, non alium in finem praenotanda visa sunt, nisi ut origo quaestionis de qua iudicium est in praesens ferendum, nota fieret, et insuper rationum momenta aestimari possent, quae hinc inde a partibus adducuntur.

Cum igitur res ita se haberent prouti^ hucusque enarratum est, nil mirum si ubi primum anno 1903 sac. Maximinus Corsi novus canonicus curatus renuntiatus fuit, eaedem inter ipsum et capitulum exortae sint quaestiones, quae plus vel minus iam saeculo elapso mediante inter idem capitulum et actualis canonici-curati praedecessorem, exarserant. Iam, ut ita dicam, ad has quaestiones iterum movendas occasionem praebuit et viam aperuit ipsum capitulum. Siquidem anteaquam novus

canonicus-curatus in sui canonicatus possessionem immissus fuisset, declarationem ab ipso capitulum exegit, qua profiteri debuit in animarum cura exercenda non aliter nisi ut vicarium curatum se gessurum fore, idque licet in litteris quibus ab Abbate ad paroeciam regendam electus fuerat, uti canonicus-parochus designatus fuisset. At vel adactus a Capitulo, vel potius ad quamlibet suorum iurium imminutionem praecavendam, in fine suae declarationis novus parochus haec addidit quasi ad ipsius declarationis commentum: « In questo senso, uniforman-« domi pienamente agli statuti, intendo di ricevere possesso della par-« rocchia ».

Ad quaestiones igitur sedandas quae iam imminebant, et ad concordiam iterum restituendam inter novum canonicum-parochum et ceteros canonicos, defunctus Abbas Montis Cassini Bonifacius Maria Krug, Abbatis Celesia decessoris sui vestigiis inhaerens, et ipse a. 1906 die 5 Octobris decretum edidit, quo quae sequuntur statuit:

Decreto circa le relazioni tra il parroco ed il capitolo della Prepositura di Atina.

« Nel dì 8 Dicembre 1904 sorse questione nella chiesa cattedrale di « Atina tra il parroco e decano del capitolo sui diritti parrocchiali che « quegli tenne manomessi dal decano, perchè questi si era recato, con-« tro suo divieto, ad amministrare il S. Viatico ad una inferma peni-« tente di esso stesso decano. Si ricorse allora a noi. Noi vedemmo « che col tempo, calmati gli animi, le cose non avrebbero avuto biso-« gno del nostro intervento. Ma ecco che il 15 Settembre corrente anno « sorse altra questione sul diritto di portare la stola nell'accompagna-« mento dei cadaveri: laonde a terminare una volta per sempre le « questioni di simil genere ci siamo determinati ad ordinare, ed ordi-« niamo col presente nostro Decreto che: 1. *Nelle funzioni, in cui inter-« venga il Capitolo,* ogni atto anche se parrocchiale si compia dall' ed-« domadario, e tanto più che nell'atto di erezione della parrocchia nella «chiesa capitolare di Atina del 10 Giugno 1767, alle riserve fatte ed « accettate al n. 1 è detto: " Le funzioni spettino, come è stato solito « di farsi sempre, al can. eddomadario, e nei giorni solenni al de-« cano ". Al n. % pure è detto: " Nelle associazioni dei cadaveri l'onore « di portare la stola rimanga all'eddomadario, talché il canonico-curato « dovrà andare al solito luogo in ordine, come se fosse semplice cano-« nico. E così a chi porta la stola si apparteneră il benedire, e levare « il cadavere dalla casa del defunto ". Al n. 4 finalmente è detto: " Circa «le Messe da cantarsi sopra cadavere, ed altresì in *3, 7 e 30 et anni-*

« *versaría die* anco si appartenga al canonico turnario, siccome anche « le Messe avventizie per pietà dei devoti". Tutto ciò s'intende per « rispetto al corpo capitolare *unito insieme.*

« E ben vero poi che il parroco ha scritto in una sua del 23 Set- « tembre^corrente anno e nella sua difesa del 17 Febbraio 1905, n. XII[Ms] « che per consuetudine e legge contraria è cessato nel capitolo e quindi « nell'eddomadario il diritto dell'onore di portare la stola nell'associa- « zione dei cadaveri, ma fino a che la consuetudine contraria e la legge « indicata non venga provata in contrario, resterà quanto è detto nel- « l'atto ricordato di erezione della parrocchia. Va però da sè che siccome « neh' intervento del capitolo solo *honoris causa* indosserà la stola « nera Feddomadario o turnario nell'associazione dei cadaveri, come è « detto sopra al n. 3, esso capitolo dovrà pure stabilire le cose in modo, « che salvo il compenso conveniente all'opera dei singoli capitolari tra « cui è il parroco come canonico, il parroco non resti privo del suo « emolumento ordinario e relativo all'avventizio di stola nera in simili « circostanze. Difatti attesa la maggior solennità con cui l'associazione « vien compiuta quando interviene il capitolo, conviene che anche il « parroco risenta della solennità con un emolumento maggiore. E ciò « pare siasi voluto pure nell'atto di erezione della parrocchia al n. 6 « dalle riserve, ove si stabilisce che il parroco abbia quanto ogni cano- « nico, nulla dicendosi dell'emolumento *speciale* della *stola nera* che si « fosse potuto avere, e lasciando quindi che esso sia del parroco esclu- « sivamente, quando gli fosse stato attribuito.

« In quanto poi alle *funzioni in cui non intervenga il corpo capitolare,* « esse spetteranno unicamente, e con ogni diritto esclusivo al parroco «*pro tempore,* eccetto solo l'amministrazione del battesimo in qualche « caso, perchè questo solo, e *talvolta,* quindi non sempre, è stato riser- « bato che potesse essere amministrato da alcuno dei capitolari. Infatti « al n. 2 del suddetto atto di erezione di parrocchia è detto cosi : " Circa « il battezzare non potranno (i parroci) impedire che talvolta facciasi da « ciascuno dei canonici ". Ma anche qui a salvar la pace e l'ordine e la « dignità capitolare, e ad evitare inconvenienti possibili, ordiniamo che « da ora in poi, chiunque canonico non possa prestarsi a tale atto, se « non per qualche suo consanguineo od amico, e di più sempre *de intel- « ligentia parochi praevia,* come nelle stesse parole ricordate dell'atto di « erezione appare insinuato. Anche qui però va da sè che devono essere « salvi pel parroco i diritti di stola bianca ».

« Pel resto poi dei Sacramenti e Sacramentali in fuori del battesimo « ninno dei capitolari si immischi ; ricordando che nello espresso citato

« atto di erezione della parrocchia è detto ai n. 1 che solo i canonici-« curati, o'parroci sostituiti che siano, " potranno in chiesa amministrarvi « i Sacramenti ed aversi il pieno e libero esercizio della cura, ritenendo *« anche le chiavi dei Sacramenti e Sacramentali ".*

« Questo nostro Decretò sia affisso in Sacrestia e pienamente osser-**vi** vato fino a nuove disposizioni *sub poenis arbitrio nostro reservatis.*

« Dato dalla nostra curia di Monte Gassino addì 5 Ottobre 1906.

« Bonifacio Maria, O. S. B.,
« Abate ordinario di Monte Cassino e Preposto di Atina.

« Faustino Cavalliere di Meo ».

Contra hoc decretum plures post menses, mense nempe Februario anni 1907, capitulum recursum habuit primum ad ipsum Abbatem, deinde ad S. G. EE. et RR., a qua postea quaestio S. H. G. iudicio dirimenda remissa fuit, cum interea temporis Constitutio *Sapienti Consilio* fuerit promulgata.

Ipse defunctus Abbas in primis, et deinceps Sacra etiam haec Congregatio sub initio, quaestionem obortam de bono et aequo componendam curarunt, maxime cum decretum diei 5 Octobris anni 1906 haud fuerit irrevocabiliter promulgatum, sed et ipsum, uti illud Abbatis Celesia, tantummodo editum « fino a nuove disposizioni ».

Ut autem quomodo revera res se habeant notum sit, non inutile forsan ea referre, quae circa hos conatus rem de bono et aequo componendi. Abbas Krug, observationibus quibusdam a capituli patrono exaratis reponens, S. H. C. litteris die 23 Iunii anno 1908 datis significabat : « Va poi errato l'avvocato - ita ille - quando venendo a questa « nostra osservazione dice che il capitolo da parte sua è stato sempre « ben disposto ad un accomodamento bonario. Basti sapere che nel « Luglio del 1907 fui pregato dal parroco di Atina che in occasione « della mia visita per la festa del patrocinio di S. Marco Galileo... fossi « andato qualche giorno prima per tenervi la santa cresima. Verso il « 2 Settembre il canonico decano don Michelangelo Elia (che agisce come « capitolo sebbene qualche volta insciente capitolo) era venuto da me... « Mi parlò pure del decreto del 5 Ottobre 1906, ed io dissi che nella mia « andata avrei tenuto riunione, in cui avrei preso conto dei *desiderata,* « Che capitolo e parroco ragionevolmente in iscritto mi avessero rilevato « modificabili. Si mostrò il detto canonico contentissimo... Andato là ogni « capitolare fuggiva la riunione. Chiestala infine al decano Elia, questi «non la voile, in previsione che il risultato non sarebbe stato quale lo

« desiderava lui, e solo senz' altro chiedeva che avessi soppresso nel « decreto quanto sembra favorevole al parroco ».

Cum itaque conatus omnes rem componendi in irritum cesserint, cumque res ipsa ea visa sit, quae matura indigeret discussione, adsueto decreto : « *Ponatur in folio* », eam esse Patrum Emorum iudicio subiiciendam, statutum est :

Haec siquidem ad trutinam revocanda sunt:

1.° An penes capitulum resideat adhuc cura habitualis ita ut canonicus qui actu curam exercet, vicarius curatus nuncupandus sit in casu.

2.° An capitulo seu hebdomadario ius sit peragendi omnes functiones ecclesiasticas etsi parochiales in casu.

3.° An canonico-curato ius sit in cadaverum associationibus stolam induendi ac exsequias persolvendi, itemque praeter illud singulis canonicis commune, aliud peculiare percipiendi emolumentum in casu.

4.° An et quomodo canonicis liceat sacramentum baptismi administrare, et an percipere ipsi possint oblationem ea occasione a fidelibus factam in casu.

5.° An canonicis liceat iure proprio fidelibus extremam unctionem et sacrum Viaticum administrare in casu.

Modo igitur de more ea resumenda sunt, quae ab utraque parte in causa ad proprium tuendum ius afferuntur. Capituli procurator ut capitulo eidem inesse adhuc habitualem curam ostendat, in medium ea affert quae in actis leguntur anno 1767 exaratis, ubi capitulum duarum curarum perpetuarum institutionem proponens, ait se hac institutione nullum velle praeiudicium afferre ecclesiae conditionis et suis praeeminentiis. En verba : « Dall' altra parte esso capitolo non intende che con ciò punto « si alteri lo stato della chiesa, nè egli venga pregiudicato in quei diritti, « preminenze, prerogative ed emolumenti, che ha per il passato avuti e « tuttavia gode sopra i vicari-curati *pro tempore* ». Iamvero arguit procurator, haec omnia non ad aliud nisi ad habitualem curam referuntur et referri debent, utpote qua capitulum relative ad vicarios curatos potiebatur, tum cum iidem aderant vicarii-curati triennales.

Id vero ex iis confirmat quae, licet per se ad actualem curam spectent, reservata tamen sibi capitulum voluit, de quibus tamen inferius redibit sermo. Quare concludit : « Ma il diritto di amministrare il batte« simo, la celebrazione delle Messe *pro populo,* il *ius funerandi,* le fun« zioni di mero diritto parrocchiale non possono non spettare che solo « a chi è parroco, sono anzi tali funzioni che nella maggior parte dei « casi determinano la natura parrocchiale o meno di un beneficio. Con« viene dunque ritenere senza ombra di dubbio che nell'atto del 1767 il

« capitolo non fece che delegare stabilmente ai due canonici quelle fun- « zioni, che prima venivano esercitate da un canonico per la durata di « un triennio ... la cura cioè attuale. Al che va aggiunto il diritto di nomi- « nare i coadiutori del vicario-curato e l'onere di stipendiarli » quo pariter fruitur et gravatur capitulum.

Neque oratorem movent verba satis perspicua, quae in iisdem actis habentur anni 1767 : « Il capitolo per la maggior gloria di Dio e pel « migliore accudimento e profitto delle anime cede volontariamente alla « cura abituale, che presso di lui risiedeva e risiede, e contentasi che « in avvenire invece di eleggersi i vicari da esso stesso capitolo, vengano « provveduti dal solo Monsignor Preposto *praevio concursu* etc. ». Nam haec verba eum tantum in sensum interpretantur ab ipso, quod capitulum iuri renunciaverit quovis triennio deputandi vicarium-curatum.

Quae quidem interpretatio adeo procuratori plana videtur ut si secus verba illa interpretarentur, ad absurda esset deveniendum, ceterae enim omnes reservationes, actualem et quidem curam spectantes, in sui favorem a capitulo statutae inexplicabiles fierent, cum nullo niterentur fundamento.

Hinc est, pergit procurator, quod qui post annum 1767 ad haec usque nostra tempora animarum curam in civitate Atina actu exercuerunt, vicarii-curati dicti sint; quod idem canonicus Maximinus Corsi, actualis canonicus-curatus, huic denominationi, sibi in litteris collationis beneficii attributae, anteaquam in eiusdem beneficii possessionem fuisset immissus, quodammodo renunciaverit, et se uti vicarium-curatum gessurum fore spoponderit ; et quod capitulum utpote cura animarum praeditum ab Abbate-Praeposito et ab Atinensis municipii praesidibus fuerit apertis verbis declaratum et recognitum.

Cum vero tum defunctus Abbas Krug tum canonicus-cüratus Maximinus Corsi contra haec testimonia et declarationes, quae in actis prostant, exceperint, quod eadem data tantum fuerint ut capitulum a civili proscriptione eriperetur, capituli procurator respondit admitti in primis non posse « che le curie si prestino ad attestare il falso, esponendosi a gravi sanzioni », et insuper, quod facta iisdem in testimoniis adducta ut earumdem attestationum auctoritas confirmaretur, vera sunt, unde et consequens ipsum, quod ex iisdem infertur, verum sit oportet.

Deinde procurator licet eumdem in finem, ut ostendat nempe capitulo inesse adhuc habitualem curam, ad alia tamen reapse deflectit, contendit enim a fortiori quasi arguere volens, capitulum seu canonicos de facto et alia exercuisse paroecialia iura, praeter ea iam sibi in pluries rememoratis actis anno 1767 exaratis reservata, contendit nempe, testi-

moniis adductis, canonicos eosdem non modo baptismi sacramentum de quo infra, sed extremam etiam unctionem et viaticum parochianis infirmis administrare consuevisse : « La Giunta municipale di Atina certifica « che il capitolo di S. Maria Assunta in Cielo attualmente e da tempo « immemorabile elegge e paga due economi coadiutori del parroco, e « qualora mancassero questi, i canonici sarebbero neh' obbligo di fare « essi quello che, fanno gli economi, cioè essere curati insieme al par- « roco. Che i canonici dicono per turno la messa *pro populo.* Che i cano- « nici possono amministrare il battesimo, ed alla lor volta esercitare le « funzioni parrocchiali nella benedizione e sepoltura dei morti. Che in « tutte le solennità in cui nelle chiese parrocchiali funziona il parroco, « in Atina funziona il decano dei canonici, e mentre nelle chiese par- « rocchiali il parroco dispone di tutte le opere del culto, in Atina queste « sono ordinate dal capitolo ». Ita sane a. 1862 Atinensis municipii praesides. Nec aliter can. Achilles Di Paolo unus e duobus oeconomis-curatis, qui anno 1907 testatus est : « Io qui sottoscritto fo fede che nel « corso di 7 anni, che sono stato vice-parroco in questa città di Atina « i canonici ... a richiesta o pur no dei malati, alle volte hanno loro « portato la S. Comunione, mai avendo io considerato tale atto una <' usurpazione dei diritti parrocchiali, per avermi il defunto parroco « detto che non potendo lui agire per causa della sua tarda età, i cano- « nici erano tenuti ad aiutarmi nei servizi della parrocchia, come pure « fo fede che nel trasporto dei cadaveri al cimitero tutte le volte che « vi è intervenuto il capitolo, mai io ho indossato la stola nera ».

Exinde id consequi autumat procurator, capitulum in vim praescriptionis iura iterum sibi comparavisse, quibus ante annum 1767 fruebatur, quin contra iurium paroecialium impraescriptibilitas adduci possit, cum iura paroecialia praescribi utique nequeant extinctive, sed non translative, ita ut de uno in aliud transeant subiectum. Non modo proinde capitulo habitualis adhuc inest cura, sed de actuali etiam ipsum participat.

Deinde procurator ad trutinam revocat ius stolae, emolumentum nempe peculiare, quod in Abbatis decreto parocho dandum edicitur in cadaverum associationibus, tum etiam cum hae cum capituli interventu persolvantur: « Esso capitolo dovrà pure stabilire le cose in modo che, « salvo il compenso conveniente all' opera dei singoli capitolari tra cui « è il parroco come canonico, il parroco non resti privo del suo emo- « lumento ordinario e relativo all' avventizio di stola nera in simili cir- « costanze ». Quam quidem decreti abbatialis dispositionem iis quae art. 6 et 9 actorum, quibus a. 1767 duae curae perpetuae erectae sunt,

repugnare omnino censet procurator. Sane art. 6 haec habentur: « In « quanto ai legati pii.... siccome altresì nelle distribuzioni minute o ma- « nu ali delle Messe cantate avventizie ed anco nell'accompagno dei cada- « veri o cose simili siano compresi essi due novelli canonici-curati non « solo per una, ma per due parti, cioè una per ciascheduno eguali ad «ogni altro canonico». Art. autem 9 ita statuitur: «Che tali curati « niente mai di particolare pagamento possano pretendere dal capitolo « per detto peso della cura e neppure di *ius campanae* e *ius stolae* ». Cum igitur peculiare aliquod emolumentum parocho in funeribus tribuitur, praeter illud eidem uti canonico debitum, evidentissime iuxta procuratorem, quae anno 1767 constituta sunt, violantur.

Id vero eo magis evidens fit, instat orator, quod capitulum rationem seu causam adleget, qua parochis-curatis denegat ut ipsi peculiare sibi aliquod emolumentum in cadaverum associatione tribuant, quae quidem ratio haec est: « Tanto più che il capitolo li ammette al godi- « mento di una intiera parte per ciascuno di essi delle distribuzioni «manuali di associazioni di cadaveri, di Messe cantate avventizie ed « altro come sopra, e di più si addossa il peso della Messa *pro populo* « che si ripartirà come sopra». Ex hisce duo deducit procurator: quod emolumenta omnia massae capitulari cedere debeant, inter omnes canonicos pari ratione distribuenda; et quod proinde canonicus-curatus qua parochus nil ultra percipere possit. Cum itaque emolumenta omnia in cadaverum associationibus capitulo consignanda sint, frustra, ait procurator, defunctus Abbas, ad suum tuendum decretum, ad effugium recurrit, quod emolumentum peculiare eodem decreto canonico-curato qua parocho tributum, non a capitulo sed a fidelibus sit suppeditandum. Rem insuper confirmat orator ex eo quod art. 10 eorumdem actorum anni 1767 ubi cetera emolumenta canonico-curato debita numerantur, de incertis funerariis nulla fit mentio.

Expendit deinde procurator exceptionem ex consuetudine depromptam, quam parochus hac de re in sui favorem adlegat. Siquidem usus inolevisse videtur, quo parochus, ut ipse contendit, pro cadaveris benedictione L. 1,05 percipiat a Sodalitate, quae onus expensarum de more occasione funerum faciendarum sibi assumit. Hanc tamen consuetudinem procurator abusum vocat, eamque flocci faciendam existimat, utpote quae necessariis careat dotibus, et legitima proinde demonstrata non sit.

Ad decretis abbatialis dispositiones examinandas deveniens tandem orator, quibus ius functiones omnes, sive parochiales sint sive non, celebrandi, quibus tamen capitulum collegialiter non interveniat, parocho

recognoscitur, animadvertit duplici ëx capite per hasce dispositiones capituli ius fuisse laesum :

« 1.° Perche per certe funzioni parrocchiali e specialmente per il « battesimo il capitolo è in diritto di farle promiscuamente.

« 2.° Perchè il capitolo ha il diritto esclusivo alle funzioni non « parrocchiali, anche quando non vi intervenga il corpo capitolare ».

Id vero ostendit procurator tum ex iis quae in memoratis actis anni 1767 art, 2, 3, 4 habentur, tum ex praxi. Revera relatis articulis et praesertim art. 2 haec leguntur: « Che le funzioni spettino come è « stato solito di farsi sempre al canonico eddomadario e nei giorni « solenni al decano, e rispettivamente ai maggiori, tutto che fossero « funzioni in cui avesse ad esporsi il Venerabile per le quarantore, o « anche di *ius mero parrocchiale,* e che *de iure* spettassero al parroco. « Così di fare processioni per la città spetti al capitolo, salvo l'autorità « di Monsignor Preposto, senza che vi voglia consenso di essi curati. « Inoltre circa il battezzare non potranno impedire che talvolta facciasi « da ciascuno dei canonici, secondo loro accadrà la contingenza, o sa- « ranno da altri in particolare richiesti ».

In duobus aliis articulis canonico pariter hebdomadario, ad parochi exclusionem qua talis, ius et honor pariter tribuitur sive stolam deferendi in cadaverum associationibus iisdemque cadaveribus benedicendi, sive Missas 3, 7, 30 et anniversaria die celebrandi, « essendo solito « tutte le Messe cantate e Messe lette dei funerali celebrarsi dai cano. « nici *per turnum,* siccome anco nelle Messe avventizie per pietà dei « devoti. In guisa talché il canonico-curato abbia luogo in tali funzioni « ed onoranze in sola qualità di mero canonico, e quando appunto gli « spetterà quale eddomadario o turnario ».

Ex praxi insuper, ex qua praeter ea quae testimoniis adductis, iam supra adnotata sunt ad probandum quod canonici extremam etiam unctionem et viaticum infirmis ad eorum postulationem administrare soliti fuerunt, eruitur etiam ex plurium testium attestationibus quod capitulum :

«a) nelle circostanze speciali *pro re gravi* solennemente comunicò « i fedeli, come di fatto avvenne quando nel principio di questo secolo « Leone XIII dispose che si potesse ricevere l'Eucaristia nella notte di « capo d'anno;

« b) nel mese Mariano, nel mese del Rosario il canonico che fa le « funzioni di rito, impartisce la Comunione generale di chiusura, come « fa anche per il termine dei 15 Sabbati, l'8 Maggio e la prima Dome- « nica di Ottobre ;

« c) nelle novene e nei tridui F esposizione del Santissimo spetta « al canonico eddomadario ».

« Cosicché ben sette testi di cui sei di età provetta, l'ultimo sagre- « stano della chiesa, poterono in forma di atto notorio deporre innanzi « al sindaco che i canonici espongono sempre il Santissimo, celebrano « Messe solenni ed altre funzioni ecclesiastiche in'giorni ordinari e fu- « neri ». Distinctio proinde inducta ab Abbate, concludit orator, intra functiones quibus capitulum collegialiter intervenit, et alias quibus non intervenit, ita ut illae celebrandae sint ab hebdomadario, et alterae a canonico-curato, nulla prorsus innititur fundamento, cum et actis contradicat erectionis duarum curarum perpetuarum, et a praxi excludatur.

Circa vero baptismi administrationem, statuta ab Abbate suo decreto duplici ex causa capituli procuratori non arrident, quia nempe ipse nimis hac super re canonicorum facultatem coarctavit, et insuper quia constituit quod emolumentum exinde obventurum canonico-curato fuerit semper dandum. Sane Abbas statuit « che da ora in poi chiunque cano- « nico non possa prestarsi a tale atto *(baptismi nempe collationi)* se non « per qualche suo consanguineo ed amico, di più sempre *de intelligentia « parochi praevia* . . . . Anche qui però va da sè che devono essere salvi « per il parroco i diritti di stola bianca ». Iamvero, contendit orator, licet in actis anno 1767 exaratis dicatur quod canonici-curati « circa il « battezzare non potranno impedire che talvolta facciasi da ciascuno « dei canonici, secondo loro accadrà la contingenza, o saranno da altri « in particolare richiesti » ; haud tamen determinantur coetus personarum seu personae, quibus tantum iidem canonici baptismi sacramentum conferre possint. Praeterea cum canonicis eiusdem sacramenti administratio de iure quodammodo spectet, praemonito ad summum canonico-curato, ratio prorsus non videtur ob quam ipsi emolumento relativo privari debeant: «Giacché il provento, - ita sane idem procurator,- « non può scindersi dalla sua causa ossia dalla funzione esercitata per « diritto proprio. Ed erra l'Abbate quando, a sostenere la riserva del- « F emolumento al canonico-curato dice, volere convenienza che 1' emo- « lumento resti a chi in via ordinaria ha il diritto e dovere di com- « piere la funzione relativa, e non a chi la compie in via straordinaria. « Questo ragionamento che infatti molto bene si applica a chi da un «parroco ottenga la licenza di amministrare un battesimo, non fa punto « al caso nostro, cui si tratta invece di diritto che compete ai singoli « canonici, e che questi compiono *iure proprio,* previo semplice avviso « al canonico-curato ».

Eo vel magis autem capituli procurator instat ut Abbatis decretum rescindatur omnino, quod per ipsum reditibus non paucis privatur capitulum, iam ex proscriptione bonis fere omnibus destitutum. Quapropter prosequitur: « E queste ultime considerazioni son tali che dimostre- « rebbero la necessità di revocare il decreto appellato, quando anche « l'Abate avesse inteso di riformare le relazioni del capitolo col curato, « come sembra avere l'Abate accennato in una lettera a questa S. C, « quantunque ciò contrasti con la lettera del decreto stesso. Ma dato « del resto che si fosse voluto mutare le condizioni delle cose nella « chiesa di Atina, sarebbe portare nottole ad Atene, dimostrare a voi, « maestri di diritto, che ciò non avrebbe l'Abate potuto fare senza osser- « vare le formalità volute dal diritto per le deroghe agli atti di fonda- « zione. Tanto più che queste regole di fondazione costituiscono un atto « bilaterale emanato non *motu proprio* dal Preposto, ma ad istanza del « capitolo.... Adunque non sarebbe oggi lecito volere mantenute le ces- « sioni, alterando a danno del capitolo le clausole, alle quali furono con- « dizionate. Infatti mutate queste clausole, la cessione cadrebbe, il capi- « tolo avrebbe diritto di domandare il ritorno alla pratica anteriore ».

Denique cum idem procurator resciverit canonicum-curatum in sui favorem adducturum esse Abbatis Gelesia decretum, anno 1851 editum, et iam supra hac in relatione memoratum, ait hoc decretum illi nocere potius quam favere. In eo enim decreto, qui animarum curam in Atinensi capitulo exercet, vicarius-curatus appellatur, et insuper eodem decreto functiones omnes non parochiales celebrandas esse statuitur ab hebdomadario seu a capitulo, aut ipsum collegialiter interveniat, aut non. Quod si Abbas Geiesia suo decreto ius stolam deferendi in associationibus cadaverum ac exsequias peragendi canonico-curato attribuit, recolit orator, decretum ipsum fuisse ita ab Abbate Celesia promulgatum, ut immutari quocumque tempore posset, cum primum nempe melior haberetur de causa cognitio.

Haec quidem Capituli procurator. Canonicus-curatus vero actualis, sac. Maximinus Corsi contra, quae sequuntur animadvertit. In primis ipse ad habitualem curam quod attinet, non denegat quod revera praesertim in actis a Curia Cassinensi exaratis, qui ad normam actorum anni 1767 canonicus-curatus dicendus fuisset, et in litteris nominativis a Rege missis ita de facto appellatur, titulo contra designetur vicarii-curati perpetui. At id ex errore vel ex aequivocatione factum fuisse arbitratus Nam ita ipse ratiocinatur: In iure admitti nequit aliquem esse vicarium-curatum ad animarum curam actu exercendam, nisi alter adsit eiusdem paroeciae rector principalis, cuius vices ille gerat, et

penes quem principalem rectorem sit cura habitualis; atqui, uti ex actis eruitur anni 1767, capitulum Atinense manifestissime curae habituali renunciavit et iure eligendi vicarium-curatum. Qui igitur animarum curam in civitate Atina modo exercet, non vicarius-curatus, sed aut parochus, aut canonicus-curatus nuncupandus est. Minorem autem huius ratiocinationis orator facile probat notis verbis, quae revera in iisdem actis anni 1767 leguntur, et iam supra relata sunt, quibus capitulum « per maggior gloria di Dio e per miglior accudimento e profitto delle « anime cede volontariamente alla cura abituale, che presso di lui risie- « deva e risiede, e contentasi che in avvenire invece di eleggersi i vicarî- « curati da esso stesso capitolo, vengano provveduti dal solo Monsi- « gnor Preposto ».

Quare prosequitur: «Essendo l'erezione del 1767 la nuova ed ulti- « ma costituzione della collegiata di Atina circa i futuri rapporti tra « curato e capitolo, costituzione eseguita nel 1804, essa rimase e dovrà « rimanere fino ad una legittima trasformazione. Se quindi a volte, spe- « eie nei primi tempi, si trova scritto vicario-curato, certamente è un « errore, perchè non corrisponde alla parola designata nel 1767, ed alla « natura giuridica dell'ufficio. Forse il Sabatini F usò perchè prima del « 1804 già era stato per molti anni vero vicario-curato, e continuò dopo « il 1804, usando la stessa firma. D'altronde per poco meno d'un secolo, « nei registri parrocchiali non solo, ma anche nelle sedute capitolari, il « curato si firma senza interruzione canonico-parroco, ed il capitolo « così lo chiama nelle sedute. Il popolo, i canonici stessi hanno sem- « pre chiamato me ed i miei antecessori col nome di parroco. Perchè « adunque si dovrebbe oggi tornare al controsenso di vicario? Se errori « vi furono da parte di chi non conosceva la verità, specie nei docu- « menti sospetti preparati dopo il 1860 per cause civili, e si usò il nome « antico legittimo fino al 1804, il decreto cassinese ha agito corretta- « mente eliminando F errore e le incertezze, e usando il titolo ufficiale « dell' erezione del 1767 ».

Ad aliud deinde quaestionis argumentum gradum facit canonicus-curatus, atque de functionibus sacris agit, quas defunctus Abbas, suo decreto, a parocho celebrandas edicit, quoties tamen capitulum collegialiter non interveniat. Iamvero de hisce functionibus aperte sacerdos Maximinus Corsi fatetur consuetudinem hac super re esse sibi contrariam. En eius verba: « In questa parte esiste la consuetudine contraria, « cioè che l'eddomadario fa i tridui e novene, anche quando non è pre- « sente il capitolo. E la consuetudine è conforme agli statuti capitolari

« ed anche al decreto del Celesia del 1851. Ed io vorrei attenermi alla «consuetudine anche per contentare, dove è possibile i canonici ».

Rationum autem momenta quibus defunctus Abbas hac in parte decretum a se emissum defendere conatus est, hic resumere opportunum non videtur. Modo enim quaestio parochum inter et capitulum, ne dicam decanum, vertit, nam qui in praesens Atinensis Praepositus est, nempe R. P. D. Gregorius Diamare, Abbas Montis Cassini, in causam sibi interveniendum non esse censuit, ac rem definiendam omnino remisit huius Sacrae Congregationis iudicio.

Quamvis canonicus-curatus pro sacris hisce peragendis functionibus minime instet, nihilominus votum exprimit, ut ipsi si fieri possit, mensis marialis et mensis Octobris B. M. V. sub titulo SSmi Rosarii sacri, celebratio tribuatur. Siquidem hi duo menses modo non a canonico hebdomadario, sed ab alio canonico, a decano nempe absque ulla capituli venia vel delegatione celebrantur, quam praxim non immerito forsan orator abusum vocat. Unde ait: « A togliere abusi sarebbe op- « portuna una disposizione conciliare. E siccome il parroco è obbli- « gato a quell' ora a fare la visita, e potrebbe pure predicarlo il mese « (mariano) abolendo una sterile lettura, in mancanza di leggi pare indi- « cato proprio lui a quella funzione, come si costuma in tutte le colle- « giate. Per ragione della visita serotina pare abbia qualche diritto, « almeno più degli altri, al mese mariano, e forse anche al mese di Ot- « tobre, perchè negli statuti capitolari del 1759 e nell'erezione del 1767 « si assegna un piccolo emolumento, oggi non più pagato, al parroco « per la recita pubblica del SSmo Rosario alcuni giorni della setti- « mana ».

Notatu dignum videtur quod, uti idem canonicus-curatus observare non omittit, expensae pro mensis marialis celebratione a fidelibus sustinentur, quorum oblationibus iisdem providetur.

Verum, dum canonicus-curatus haud instat pro sacris peragendis functionibus huc usque, ut ipse fatetur, a capitulo per hebdomadarium celebratis, ad exsequiarum celebrationem seu cadaverum associationem eiusque cadaveris benedictionem quod attinet, consuetudine innixus eam sibi tribuendam esse contendit, idque licet in postremo abbatiali decreto, anno 1906 promulgato, ius iisdem in exsequiis stolam deferendi et cadaveribus benedicendi capitulo seu hebdomadario recognoscatur.

Revera hac super re acta anno 1767 exarata clare disponunt art. 3 : « Che anche nelle associazioni dei cadaveri F onore di portare la stola «rimanga, come tuttavia si costuma, all' eddomadario.... e così a chi

« porta la stola si apparterrà ancora il benedire e levare il cadavere « dalla casa del defunto e fare l'associazione in chiesa *super eodem « cadavere* tanto nella chiesa collegiata, quanto in ogni altra regolare « o secolare di detta città ». Haec autem suo decreto defunctus Abbas non immutavit nisi in hoc, quod canonico-curato peculiare concessit emolumentum libell. 1.05, praeter illud singulis canonicis commune.

At canonicus-curatus et funebrem associationem peragere vult et emolumentum percipere, consuetudine, ut iam innui, innixus. « L'erezione « del 1767, *ita ipse;* così aveva disposto, e si era uniformata agli sta- « tuti del 1759, dai quali si rileva che tutto il capitolo *ex iure,* e mezzo « capitolo, se la famiglia era povera e non pagava nulla, recitava l'uf- « ficio in casa del defunto, e quindi l'eddomadario, che certamente diri- « geva l'ufficio, alla fine benediceva il cadavere, e con tutto il capitolo « l'accompagnava alla chiesa. Ma quest'uso di recitare l'ufficio in casa « del defunto è finito da tempo immemorabile, e rarissimamente oggi « il capitolo accede alla casa del defunto. Tanto più che un dispaccio « di Ferdinando IV, Re di Napoli, il 28 Die. 1792 tolse ai capitoli il « diritto preteso di prender parte ai funeri, lasciandolo solo ai parroci. « Questo dispaccio reale pertanto trasforma il disposto dell'erezione del « 1767, apre il nuovo uso d'indossare il parroco la stola e di benedire « il cadavere nella casa. Questa disposizione fu confermata dal Sinodo « diocesano Cassinese del 1845.

« Questa consuetudine è centenaria, giacche rimonta per lo meno « al primo curato, il can. Giacomo Sabatini, e fu continuata dai succes- « sori Laudazi, Salvucci, Martini. Difatti il decano Coppola, quasi ottua- « genario, in un manoscritto di suo pugno, contro il Martini nel 1847 « accetta che la stola nera fu indossata dai curati Sabatini e Laudazi ; « ma ognuno stette al posto suo di anzianità senza precedenza sui più «anziani, come pretendeva il Martini. Questo diritto per i parroci è « sancito nel decreto dell'Abate Celesia nella santa visita del 1851.... E « questo decreto del 1851 non fu più mutato fino all'Ottobre del 1906, « e fu osservato ».

Hinc in huius consuetudinis vim vult parochus ut hoc ipsi ius recognoscatur, sicut eadem consuetudine vult uti ipsi ius recognoscatur percipiendi emolumentum peculiare libell. 1.05, absente aut praesente capitulo, nam hoc emolumentum non a capitulo eodem suppeditatur, sed, ut iam supra adnotatum fuit, a sodalitate seu spirituali Congrega- tione, quae funeris sumptibus providet, quaeque etiam ecclesiae fabricae solvit, titulo iuris campanae, peculiarem aliquam taxam. « La lira 1.05, *« ita parochus,* non è proprio *ius stolae,* ma diritto di benedizione del

« cadavere nella sua casa, come apparisce lucidamente dai documenti « seguenti. Il canonico-parroco percepisce la lira 1.05 per consuetudine « immemorabile confermata dal Sinodo diocesano del 1845, p. 69: " Pa- « rochus cadaveris benedictionem peraget in eius domo, pro qua asses « viginti quinque recipiet ". Qui trattasi di 25 grana napolitani equiva- « lenti a L. 1.05 di oggi. E la consuetudine è comune agli altri paesi « della diocesi di Montecassino, e confermata e forse principiata in forza « del dispaccio di Ferdinando IV, Re di Napoli emesso il 28 Die. 1792 « (inserito nel Sinodo diocesano, pag. 111). Questo decreto uscì appunto « per eliminare per sempre le pretensioni dei capitoli, i quali accam- « pando la cura abituale od altro, volevano *de iure* intervenire a tutti « i mortori, come accenna lo stesso dispaccio. Esso adunque dice così : « " Num. 7. *Al solo parroco o a colui che sostiene la cura attuale, com- « pete l'intervento per la benedizione del cadavere.* Num. 8. *Che nei rispet- « tivi luoghi debba ogni parroco per il suddetto accesso o benedizione del « cadavere, continuare ad esigere grana venticinque, cioè L. 1,05* " ». Quod decretum, animadvertit parochus, ab ecclesiastica auctoritate probatum et in memorato Synodo dioecesana insertum, cum vulgatum postea fuerit, quam duae erectae fuerunt perpetuae curae, nil mirum, quod acta huius erectionis immutaverit. Ceterum hoc emolumentum annuatim summam libellarum quadraginta vix attingere orator asserit.

Denique canonicus-curatus de administratione agit Sacramentorum, quam sibi unice spectare et tribuendam esse pro viribus contendit. Attamen quoad baptisma perpensissimum se declarat ad concedendum ut illud canonici quoque conferant, licet sub conditionibus in abbatiali decreto statutis, ut nempe veniam ab ipso petant, eidemque emolumentum cedant, quod ipsis obtingat. Revera in notis actis erectionis duarum perpetuarum curarum art. I° haec habentur: « Che siccome essi « canonici-curati potranno in detta chiesa amministrare i sacramenti ed « avervi il pieno e libero esercizio della cura, ritenendo anco le chiavi « dei Sagramenti e Sagramentali, così del resto non vi acquistino verun « speciale diritto, nè maggioranza, e specialmente nel coro, ove avranno « il luogo e lo stallo *iuxta antianitatem in ordine*, nella qualità di « canonici ».

Quod si iisdem in actis canonicis facultas conceditur quandoque baptismi sacramentum conferendi, ita id fit, ut non ius ipsis tribuatur, sed indultum. En sane verba: « Inoltre circa il battezzare non potranno « (canonici-curati) impedire che talvolta facciasi da ciascuno dei cano- « nici secondo loro accadrà la contingenza, o saranno da altri in par- « ticolare richiesti ». At, exclamat orator, dum canonici-curati quodam-

modo deprecantur ne ceteris canonicis, quominus baptisma administrent, impediant, ius illis recognoscitur id faciendi, eo rei magis quod iuxta disposita in articulo I°: « Le chiavi dei Sagramenti e Sagramentali » penes ipsos remanere debent. Et insuper, si absolute loquendo impedire possent, praemonendi ergo sunt; ea etiam de causa quod parochi est de eorum dignitate iudicare, qui infantes in baptismo suscipiunt. De emolumento vero notat canonicus-curatus illud a se suisque praedecessoribus fuisse semper perceptum ac aequis partibus cum sacrista seu sacellano divisum, prouti in capitularibus statutis anno 1759 probatis constitutum reperitur.

Sed pergit orator, si tolerari potest ut baptismatis collatio praedictis sub conditionibus fiat quandoque a ceteris canonicis, aliorum sacramentorum administratio, canonico-curato reservanda omnino est, sicut reservata fuit, uti supra visum est, tum in actis erectionis duarum curarum perpetuarum, tum in decreto ab Abbate Gelesia anno 1851 edito. « E sarebbe enorme pensare diversamente - ait sac. Maximinus Corsi - « in un capitolo che non ha neppure più la cura abituale, e quando l'aveva, « il curato (vicarius-curatus) amministrava i sacramenti con indipendenza « dagli altri canonici. Abusi poterono introdursi nella lunga vecchiaia « del mio predecessore che resse la cura per circa sessant'anni; ma nel « 1847 scriveva che aveva sì dato il permesso di battezzare, ma non « riconosceva alcun diritto nei canonici, e sempre nei registri scrisse di « averne dato il permesso. Per molti anni egli non uscì più di casa, ed « ebbe per molto tempo per economi un suo fratello perfettamente cieco « ed un altro bizzarro e volubile. Può essere che in quel tempo qual« che canonico amministrasse i sacramenti agi' infermi senza permesso « del parroco. Ma era tempo fuori legge, e non si può neppure par« lare di consuetudine, ad allontanar la quale stava forte il decreto del « 1851. E d'altronde portarono i Sacramenti agl'infermi anche semplici « sacerdoti o frati minori.

« Se nelle bolle degli altri canonici non si parla mai di cura d'ani« me, se essi non hanno potuto mai predicare nè confessare senza per« messo dell' Ordinario da rinnovarsi ogni anno, se sono stati puntati « tutte le volte che hanno confessato in tempo corale, come si può fan« tasticare in loro l'esercizio della cura d'anime cumulativa col parroco? « Abusi forse vi furono nella vecchiaia del mio predecessore; ma giu« stamente il decreto Cassinese gli ha tolti per il bene delle anime, « togliendo almeno nella cura di anime la confusione che regna in que« sto capitolo ». Ultimo loco animadvertendum censeo denegari omnino a parocho missam pro populo celebrari in praesens a capitulo. Hanc

siquidem missam, ait, postremis hisce temporibus, etiam cum suus decessor paroeciam regeret, fuisse semper a canonico-curato celebratam.

Hisce expositis quae a partibus adducta sunt, quod ex iisdem explanata sint omnia, et difficultates omnes solutae, quae ex discrimine exurgunt inter ea quae fuerunt constituta, et ea quae in praxim deducta sunt, dicere, forsan dicere nemo posset. Certe ex documentis a parocho productis plura explanantur, sin minus intelligitur, quare hac in quaestione tot inveniantur res, quae facile inter se componi nequeunt, quaeque proinde dissensionibus occasionem praebere debebant, maxime cum communis sit opinio, statuta anno 1767 immutata fuisse a Praeposito De Mellis, altero edito decreto, quod tamen non amplius reperitur.

Eapropter, ni fallor, in propositis dirimendis questionibus ita forsan erit procedendum, ut quae certo constiterint, ita disponantur prouti ea constituta fuisse demonstratum fuerit, in reliquis vero si quae dubia maneant, ita haec constituantur prouti fieri debuissent, prae oculis praesertim iis habitis, quae anno 1767 acta sunt, ac attentis spiritualibus fidelium necessitatibus, quae suprema lex esse debent, quibusque qui anno 1767 Atinenses erant canonici, meliori qua fieri poterat ratione occurrere voluerunt. Hac de cetero mente se gerere voluit defunctus Abbas, qui declaravit suum decretum haud habendum esse veluti « sen« tenza definitiva di un atto giudiziale, ma disposizione di un atto legis« lativo ».

Quae cum ita sint, quae sequuntur diluenda sunt

Dubia. — I. *An penes capitulum praeposituralis Ecclesiae Atinensis resideat adhuc cura habitualis, ita ut canonicus qui actu curam exercet, vicarius-curatus nuncupandus sit in casu.*

II. *An eidem capitulo seu hebdomadario ius sit peragendi omnes functiones ecclesiasticas etsi parochiales in casu.*

III. *An canonico-curato eiusdem capituli Atinensis ius sit stolam induendi ac exsequias persolvendi in cadaverum associationibus : itemque an praeter illud singulis canonicis commune, iisdem in associationibus, ius ipse habeat aliud peculiare percipiendi emolumentum in casu.*

IV. *An et quomodo canonicis liceat sacramentum baptismi administrare, et an percipere ipsi possint oblationem ea occasione a fidelibus factam in casu.*

V. *An canonicis liceat iure proprio infirmis Extremam Unctionem et Sacrum Viaticum administrare in casu.*

Decisio. — Emi Patres S. Congregationis Concilii in generalibus comitiis diei 29 Aprilis 1911 respondendum censuerunt:

R. Ad 1.um *Standum conventioni anni 1767, et qui curam animarum habet nuncupandum esse canonicum-curatum.*

Ad 2.um *Affirmative, ad formam eiusdem conventionis sub JN. 2.*

Ad 3.um *Negative ad primam partem, si capitulum collegialiter intervenerit; negative ad secundam partem, salva tamen canonico-curato oblatione quae a Gonfraternitate S. Mariae Gratiarum solvi solet.*

Ad 4.um *Affirmative ad primam partem, iuxta conventionem anni 1767 et semper de intelligentia canonici-curati: negative ad secundam.*

Ad 5.um *Negative in omnibus.*

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L. © S.

Basilius Pompili, *Secretarius.*

IL

AD R. P. D. IOSEPHUM BILCZEWSKI, ARCHIEPISCOPUM LEOPOLIENSEM (LEMBURG) RITUS LATINI.

Revme Domine uti Frater,

Relatis in S. C. Concilii ab A. T. propositis dubiis: - 1.° An scilicet sufficiant pro erigenda in parochia confraternitate tres sorores religiosae, quae veritates religionis christianae docent, et insuper una persona civilis, quae pueros invigilat tempore discendi ?

%° An sit conditio sine qua non ad lucrifaciendas indulgentias, ut omnes, qui inter membra confraternitatis doctrinae christianae in paroecia admitti volunt, in speciali libro inscribantur, et ut habeant cartulam admissionis in confraternitatem ?

Emi Patres respondendum censuerunt:

Ad I. Pro erigenda quacumque confraternitate nullus est praescriptus numerus adscribendorum.

Ad II. Negative nisi confraternitas erecta sit ad modum organici corporis ita ut haberi debeat uti confraternitas sumpta stricto sensu.

His notificatis eidem A. T. cuncta fausta precor a Domino.

Die 10 Novembris 1910.

uti frater,

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L. S.

Basilius Pompili, *Secretarius.*

III.

ROMANA ET ALIARUM.

DUBIA CIRCA DIES FESTOS - .
RECENTI MOTU PROPRIO « SUPREMI DISCIPLINAE » SUPPRESSOS.

Sacrae Congregationi Concilii circa interpretationem eorum quae nuperrimo Motu Proprio *De **diebus** festis* a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa X die 11 mensis Iulii hoc anno 1911 edito constituta sunt, dubia quae sequuntur enodanda proposita fuerunt:

I. An in festis nuperrimo Motu Proprio suppressis quoad forum, nempe Ssmi Corporis Christi, Purificationis, Annuntiationis et Nativitatis B. M. V., S. Ioseph Sponsi eiusdem B. M. V., S. Ioannis Apostoli et Evang., et Patroni cuiusque loci vel dioecesis, obligatio remaneat Sacrum faciendi pro populo.

II. An in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis omnia in praedictis festis suppressis servanda sint prout in praesenti sive quoad officiaturam choralem, sive quoad solemnitatem tum Missarum tum Vesperarum.

III. An festa ex voto vel constituto, auctoritate etiam ecclesiastica firmato sancita, a numero festorum cum obligatione sacrum audiendi vigore novissimae huius legis expungantur.

IV. An eadem lex novissima de diebus festis servandis immediate vigeat.

S. C. Concilii omnibus mature perpensis, ex speciali facultate a SSmo D. N. Pio PP. X tributa, ad omnia haec dubia respondendum censuit: *Affirmative.*

Datum Romae ex Secretaria S. C. Concilii, die 8 Augusti 1911.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L. © S.

B. Pompili, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECRETUM.

Superiorissae Societatis, quam Sancta Angela Meri cia, sicut coelesti voce ac visione mandatum sibi fuerat, sub certa disciplina sanctisque vivendi regulis constituit, quamque Sanctae Ursulae invictae Virginum ducis patrocinio ac nomine insignivit, Sanctissimo Domino nostro Pio

Papae Decimo preces porrexerunt, ab Emo Cardinali Archiepiscopo Mediolanensi et ab aliis plurium locorum Ordinariis commendatas, ad. obtinendas per specialem favorem Indulgentias et privilegia Franciscani Ordini concessa.

Sanctissimus vero Dominus noster, in Audientia habita ab infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis Religiosorum Praefecto, die xx Iunii anno MCMXI, attento praesertim quod Fundatrix Ursulinarum Sancta Angela Mericia habitum et regulam Tertii Ordinis Franciscalis amplexa sit, eaque de causa in universo Seraphico Ordine gaudeat officio duplici maiori ; ad augendum iuxta spiritum Beatae Fundatricis inter eiusdem filias studium in promovenda vita christiana et in curandis apud privatas familias et in ipsa societate bonis operibus, praesentis Decreti tenore, canonicam aggregationem Tertio Franciscali Ordini, ad instar aliarum Congregationum Seraphico Ordini pariter aggregatarum, concedere dignatus est, quatenus opus sit, et iuxta preces, salva semper eiusdem Societatis autonomia et independentia ad normam iuris.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 30 Iunii 1911.

Fr. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. © S.

f Donatus Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

i.

QUEBECEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI SOR. MARIAE AB INCARNATIONE FUNDATRICIS MONASTERII URSULINARUM IN CIVITATE QUEBECEN.

Maria Guyart, cui ab Incarnatione nomen, Turonibus nata est v Kalendas Novembres anno MDXCIX patre Florentio, negotiatore sericario, matre Ioanna Michelet. Parentibus ab ipsa infantia valde probata Deoque cara, vix dum adolescentiam ingressa est, inter sacras virgines cooptari se studuit: attamen tradita, matris suasu, in matrimonium Ioseph Claudio Martin, filium edidit, quem statim, quantum in se erat, Deo sacravit. Tertio ab initis nuptiis anno, quum vir mortuus esset, Paulae

Romanae exempla instauravi!, de qua S. Hieronymus scripsit : « Ita virum planxit, ut pene ipsa moreretur; ita se convertit ad Domini servitutem, ut eius mortem videretur optasse ». Plures ea tempestate molestias perpessa, tandem, quod iamdiu cupiebat, castitatem vovit: mox filio Claudio duodecim annos nato amantissimae sororis curae sedulo commisso, ipsoque frustra obsistente, Ursulinarum religionem professa est. Quae res feliciter evenit : nam Claudius, in Patrum Societatis Iesu disciplina probe educatus, monasticae S. Benedicti familiae se adiunxit et, sacerdotio auctus, piissimae Matris vitam, post huius obitum, in aureo libello exposuit. Ipsa vero prudentium virorum, confessarii praesertim, consilium sequuta, hortatu Archiepiscopi Turonensis, una cum Domina De la Peltrie et Sorore a S. Iosepho divino instinctu ad Canadenses regiones tendens, mari se commisit, magnisque perfuncta periculis, Quebecum denique pervenit. Ibi, Ursulinarum domo constituta, quum omnes vinceret cura, vigilantia, patientia et abstinentia, multa praeclare gessit. Attamen postea pene ab omnibus derelicta, habens foris pugnas intus timores, Sorore a S. Iosepho demortua, siccis oculis domum ipsam, quam magis sumptibus aedificaverat, subito incendio absumi conspexit. His in angustiis Dei virtuti usque confisa et charitate succensa, tenacem propositi se praebuit. Itaque ampliore domo in Urbe Quebecensi brevi excitata, plures virgines denuo congregavit. Quibus cum duodeviginti annis praefuisset, ita tamen semper se humilitate deiecit, ut et veste, et habitu, et incessu, minima omnium videretur. Incredibile dictu est quanta alacritate vacaverit puellis barbarorum instituendis ad Fidem et christianos mores, et miseris opem iugiter tulerit, optime de Religione et Patria merita, usque ad supremum diem, quem sanctissime obiit III Kalendas Maias anno MDCLXXII, aetatis suae LXXII. Tota ad eius funus Quebecensis civitas convenit, quasi sacrilegus omnibus videretur qui non tali foeminae supremum officium tribuisset.

Sanctitatis eius opinio cum fama prodigiorum adeo in dies percrebuit, ut in Sacrorum Rituum Congregatione, omnibus de more absolutis, tandem de Virtutibus Ven. Servae Dei, ter fuerit instituta quaestio^ Primo nimirum in Aedibus Rmi Cardinalis Sebastiani Martinelli, Causae Relatoris, IV Idus Martias anni MCMVII; tum ad Vaticanum, Kalendis Marths MCMX : denique in generalibus Comitiis coram SSmo D. N. Pio Papa X habitis III Kalendas Décembres eodem anno. In quibus a Rmo Cardinali Relatore proposito dubio : *An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe et Charitate in Deum ac proximum; idem de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia ac Fortitudine iisque adnexis Ven. Servae Dei* Mariae ab Incarnatione *in gradu heroico, in casu*

et ad effectum de quo agitur, singuli qui convenerant Rmi Cardinales et Patres Consultores sententiam dixerunt. SSmus Vero Dominus Noster in aliud tempus, divini luminis copiam impetraturus, sententiam suam ferre distulit.

Hodierna vero die, oblato Sacrosancto Missae Sacrificio in hanc Vaticanae Aedis aulam accivit Rmum Cardinalem Sebastianum Martinelli, Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum ac Causae Relatorem, una cum R. P. D. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore et me infrascripto Secretario, quibus adstantibus solemniter edixit : *Constare de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe et Charitate in Deum ac proximum; item de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine Usque adnexis Ven. Servae Dei* Mariae ab Incarnatione *in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur, ita ut procedi possit ad discussionem quatuor miraculorum.*

Hoc autem Decretum promulgari et in acta Sacrorum Rituum Congregationis referri mandavit xiv Kalendas Augustas anno MCMXI.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *lraefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

IL

PARISIEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI LUDOVICAE DE MARILLAC VIDUAE LE GRAS CONFUNDATRICIS CONGREGATIONIS FILIARUM A CHARITATE.

Mulierem fortem invenimus, decus et ornamentum Galliae catholicae, Ludovicam De Marillac, quae anno reparatae salutis MDXCI Parisiis summo loco nata, diligenter quidem mentem bonarum artium et philosophiae studiis excoluit, at multo diligentius animum christianis virtutibus ; ut, generis nobilitate opibusque contemptis, paupertatis praesertim humilitatis charitatisque exercitatione admirabilis exstiterit. Patre orbata, quum, auctore confessario cuius ad nutum se gerebat, anno MDCXIII Antonio Le Gras viro nobilissimo riupsisset, filium edidit Michaelem Antonium, quem ad christianos mores accuratissime instituit. Biennio post, viro defuncto, viduitatem alacris vovit et, re familiari optime constituta, pauperum calamitatibus sublevandis totam se dedit. Cum enim S. Vincentio a Paulo vitae magistro uteretur, in eius virtutum imitationem, praesertim charitate erga calamitosos, adeo exarsit, ut

et magno illi praesidio fuerit et eum laboribus pene aequiparaverit. Itaque, summa miseros omnes benignitate complectens, cum facultates suas ad usum pauperum destinasset, piis quibusdam suae provinciae matronis suasit, ut, certis sibi statutis legibus, aegrotantibus, pauperibus, puerulis derelictis non pecunia tantum sed et opera adessent. Quod cum praeter opinionem minus apte proposito fini responderet, studiosa Mulier, S. Vincentio morem gerens, Filiarum a Charitate sodalitium excitavit, in quo Dei gratia quid efficere possit videtur experta. Agitur enim de puellis - hisce nostris temporibus ad triginta quinque millia - quae, sexus et fragilitatis immemores, Matris spiritu eruditae, non modo puerulis et adolescentulis educandis in collegiis et orphanotrophiis operam navant, sed et in nosocomiis inservientes, aegris purulentam vulnerum saniem lavant, cibos propria manu praebent, lectulos sternunt et, quod caput est, animos verbo et exemplo reiiciunt, idque et intra carcerum parietes et vel in ipsis castris inter volantes pugnantium globos. Quibus in operibus cum Ven. Ludovica reliquis documento esset, quamvis adversa valetudine fere semper laboraret, tandem, mense Februario anno MDCLX, morbo graviter conflictata, mortem sibi imminentem sentiens, misit qui amantissimum Patrem S. Vincentium advocarent. Sed venerabilis Vir, senio morboque confectus, cum ne gradum quidem facere posset, ea verba protulit quae tum Magistri tum Discipulae singularem virtutem produnt: *Dicite* Ludovicae : « *quod ad te attinet, nunc obi : mox te sequar in caelum* ». Itaque Serva Dei, omni humano solatio destituta, Idibus Marths sanctissimo fine quievit et elata est comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia.

Cuius virtutum fama cum percrebuisset in dies, apud Sacram Rituum Congregationem eiusdem causa, quae temporum iniuria diu praetermissa fuerat, promoveri coepta est. Collectis igitur probationibus ceterisque ad normam iuris exactis, triplex de virtutibus heroicis Ven. Servae Dei Ludovicae De Manilae Viduae Le Gras instituta est actio. Primum in antepraeparatoriis Comitiis v Kalendas Apriles MCMX Aedibus Rmi Cardinalis Dominici Ferrata, Causae Relatoris; deinde in Coetu praeparatorio ad Vaticanum convocato Nonis Maiis insequenti anno ; denique in generali Conventu nuper habito v Kalendas Iulias coram SSmo D. N. Pio Papa X, in quo ab eodem Rmo Cardinali Relatore proposito dubio : *An constet de Virtutibus Theologalibus, Fide, Spe et Charitate in Deum ac proximum, necnon de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Ven. Servae Dei* Ludovicae De Marillac *Viduae* Le Gras *in gradu heroico et ad effectum de quo agitur?* Revmi Cardinales et Patres Consultores singuli suffragia tulerunt. SSmus vero

Dominus Noster supersedendum duxit, hortatusque est adstantes ut caeleste lumen ad rite iudicandum precibus impetrarent.

Hodierno vero die natali S. Vincentii a Paulo qui dies festus habetur a Filiabus a Charitate, libentissimo animo occasionem amplexus, Sacro facto, ad hanc Aulam Vaticanam accedens, Rmos Cardinales accersivit Sebastianum Martinelli, Sacrae Rituum Congregationis Praefectum, et Dominicum Ferrata, Causae Relatorem, itemque R. P. D. Alexandrum Verde Sanctae Fidei Promotorem, et me infrascriptum Secretarium, quibus adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Ita constare de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe et Charitate in Deum ac proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servae Dei* Ludovicae De Manilae *Viduae* Le Gras> *Confundatricis Filiarum a Charitate, in gradu heroico et ad effectum de quo agitur, ut procedi possit ad discussionem quatuor miraculorum.* Quod Decretum vulgari et in Acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit XIV Kalendas Augustas MCMXI.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. « S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

III.

DUBIUM.

Expostulatum est a Sacrorum Rituum Congregatione: Utrum liceat, iuxta prudens Ordinarii iudicium, tempore expositionis privatae vel publicae, interiorem partem Ciborii cum lampadibus electricis in ea collocatis illuminare, ut Sacra Pixis cum Sanctissimo Sacramento melius a fidelibus conspici possit?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis Liturgicae suffragio, praepositae quaestioni respondendum censuit : *Negative.*

Atque ita rescripsit, die 28 Iulii 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. « S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

IV.

DUBIUM.

Quum ex *Motu Proprio* Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae X diei 2 elapsi mensis Iulii, Festum Nativitatis S. Ioannis Baptistae, a die 24 Iunii perpetuo translatum, assignatum fuerit Dominicae ante Solemnia Ss. Apostolorum Petri et Pauli, tamquam in sede propria, nonnulli Rmi Episcopi, paragraphum quartum eiusdem *Motus Proprii* perpendentes, quo cautum est in locis peculiari Indulto Apostolico utentibus nihil esse innovandum inconsulta Sede Apostolica, huic dispositioni obtemperantes, ipsam Sanctam Sedem adierunt, reverenter postulantes a Sacra Rituum Congregatione:

Utrum Dioeceses ubi hucusque Festum Nativitatis S. Ioannis Baptistae quotannis celebratum est die 24 Iunii cum Apostolica dispensatione a Feriatione, possint hunc diem retinere, vel potius debeant sumere praefatam Dominicam in Kalendario Universali nuper assignatam Nativitati Sancti Praecursoris Domini ?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, attento novissimo *Motu Proprio* « De diebus festis » una cum subsequentibus declarationibus, propositae quaestioni rescribendum censuit: *Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.*

Hanc vero resolutionem Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X ratam habuit, probavit atque servari mandavit.

Die 7 Augusti 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII - DU BREUIL DE ST. GERMAIN - DÉNISON.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die ***13*** *Iunii* ***1911,*** *RR. PP. DD. Franciscus Heiner* Ponens, *Ioannes Prior et Aloysius Sincero Auditores de turno, in causa* Parisien. - Nullitatis Matrimonii, *instante pro appellatione* ***Dno*** *Ioanne du Breuil de St. Germain actore adversus sententiam Curiae Archiepiscopalis Parisien, inter eumdem Ioannem du Breuil de St. Germain, repraesentatum per procuratorem Philippum Pacelli advocatum, et Mariam Dénison, contumacem, interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Ioannes du Breuil de St. Germain, catholicus et nationis gallicae, et Maria Dénison-Winslow, sectae « ecclesiae episcopalis » addicta et nationis americanae, die 8 novembris 1904 in ecclesia S. Augustini Parisiis, legitime servata forma Tridentina, mutuum sibi consensum matrimonialem dederunt, obtenta prius dispensatione ab impedimento mixtae religionis. Paulo post vitae coniugalis consortium abruptum est ob dissidia inter coniuges orta, et mulier divortium civile petiit obtinuitque. Mater sponsi, volens filio succurrere et suspicans nurum suam nunquam fuisse baptizatam, ac proinde matrimonium nullum et invalidum fuisse, inquisitionem instituit in locis ubi habitabat Maria Dénison a nativitate ipsius usque ad diem contracti matrimonii. Documentis et argumentis collectis fretus sponsus die 16 Martii 1907 petiit a Curia Archiepiscopali Parisiensi, ut matrimonium nullum declaretur ob impedimentum disparitatis cultus. Die 10 Ianuarii 1910 prodiit sententia qua definitum fuit non constare de nullitate matrimonii. Ab hac sententia actor ad H. S. O. appellationem interposuit. Hinc novo examini causa subiicitur proposito dubio: *an constet de nullitate matrimonii in casu?*

Ius quod spectat. - Quamvis nullus textus iuris adduci possit, tamen notissimum est in iure canonico matrimonium inter partem baptizatam et non baptizatam valide non posse contrahi, nisi legitima dispensatio ab hoc impedimento obtenta fuerit. « Oggidì, (ita Benedictus XIV), simili « matrimoni fatti fra due contraenti, uno cristiano e l'altro non cristiano, « uno battezzato e l'altro non battezzato, sono nulli, e per conseguenza

« sono sempre ancora illeciti . . . .. Quanto alla nullità di questi matri-
« moni, cercasi, se sia stata indetta dal *ius* naturale, o dalla legge cano-
« nica. In una lettera da Noi scritta sotto il giorno 9 di febbraio del 1749
« al Card. Duca di York, che fu data alle stampe, e che è la seconda
« nel tom. 3 del nostro Bollario, esaminammo a lungo questa contro-
« versia, e dimostrammo, non esservi testo della Divina Scrittura, con
« cui si provi la nullità di simili matrimoni; non esservi canone della
« Chiesa, con cui si provi la predetta nullità ; doversi questa ascrivere
« ad una comune consuetudine, ed universale disciplina della Chiesa,
« le di cui vestigia s'incominciano a riconoscere nel sesto secolo ». (Benedicti XIV Papae opera inedita pag. 431). Idem affirmant Sánchez, *de Matrim, lib. VII, disp. LXXI, n. 8;* Scotus, *in IV, dist. XXXIX, art. 2;* Reiffenstuel, *lib. IV, Decret., n. 355 ss.,* et alii communiter.

Singularis autem et sat gravis est difficultas, si post matrimonium contractum oriatur dubium, an revera uni ex duabus partibus baptismus vere valideque collatus sit necne. Sed post tot responsa SS. Congregationum pro praxi tribunalium res non est iam tantae difficultatis, quae non facile superari possit. Constanter enim SS. Congregationes sequuntur principium : « Baptismus dubius sive dubio iuris sive facti in ordine
« ad validitatem matrimonii habendus est ut validus, si dubium post
« accuratum et diligens examen- simpliciter tolli nequeat, vel propter
« circumstantias per accidens existentes non visum sit opportunum sol-
« vere dubium » (S. C. Inquisit. 7 Iul. 1880, 18 Sept. 1890, 4 Febr. 1891 aliaeque decisiones multae). Praeterea H. S. O. semper sequutus est regulam in una Romana, 2 Maii 1727, A. Ratto n. 1, ita enunciatam:
« Omnis praesumptio militare debet pro validitate matrimonii, nullaque
« ratio habenda est de oppositis exceptionibus, quando illae non sunt
« adeo perstringentes et efficaces, ut in continenti et concludentissime
« evincant praesentem nullitatem ». Si igitur post matrimonium contractum dubium oriatur de baptismo vere valideque collato, matrimonium nunquam ut nullum et invalidum declarari potest, nisi non-collatio aut invaliditas baptismi ita concludenter probata sit, ut omne dubium prudens in contrarium prorsus exclusum sit.

Complures iique graves auctores in praesenti materia aliter sentiunt. Ita v. g. docet Santi - Leitner, *Proel, iur. can. tom. IV, pag. 71 :*
« Quoties matrimonium contrahebatur cum certitudine vel praesum-
« ptione baptismi, matrimonium validum erat. Et quia validum erat,
« postea - *detecta invaliditate baptismi* - non *redditur invalidum;* quia
« matrimonium semel validum, semper validum. S. C. inquis. enim non
«distinguit inter iudicium de baptismo ante matrimonium et post ma-

« trimoníum, sed simpliciter declarat: "Censendum est validum bapti-
« sma in ordine ad validitatem matrimonii " ».

Mandat ergo quodammodo matrimonium contracturis qui dubii sunt de ipsorum baptismo : « Sic contrahite uti ceteri christiani, et validum erit matrimonium vestrum ». Si vera aut saltem solide probabilis est haec doctrina, in praesenti casu dicendum est matrimonium validum, quin aliud factum perpendatur. Sed haec doctrina non facile conciliari posse videtur cum nonnullis declarationibus authenticis S. C. S. Officii. In Instructione S. Officii diei 5 Iunii 1889 enim dicitur:

« Quando agitur de impedimento disparitatis cultus, et evidenter
« constat unam partem esse baptizatam et alteram partem non fuisse....
« matrimonium poterit ab Ordinario declarari nullum ».

Decretum S. Officii diei 5 Februarii 1851 de protestantibus coniuiugatis, qui ad fidem catholicam convertuntur, haec habet:

« Generatim loquendo, qui in Hollandia convertuntur ad catholicam
«fidem, habendos esse, ex capite baptismatis, tamquam valide coniuga-
« tos, *nisi* forte certe et evidenter constet in aliquo casu particulari,
«haereticum de quo agitur, fuisse revera nulliter baptizatum ». Sed quidquid sit de hac controversia, matrimonium in praesenti casu declarandum est validum, utcumque se habet res.

Ad factum quod attinet. - RR. PP. adverterunt ex actis nullatenus constare Mariam Dénison non fuisse baptizatam, imo id tantum abesse, ut ex documentis et testimoniis exhibitis concludi deberet probabilius eam fuisse baptizatam.

Praesumptio pro suscepto baptismo adest imprimis ex eo, quod parentes Mariae Dénison addicti erant cuidam sectae protestanticae, in qua baptismum et quidem validum conferri usu venit. Hinc Mariae Dénison applicari potest illa regula iuris in cap. fin. *De praesbyt. non bapt.X* (III, 43) ubi praesumitur baptizatus, qui inter christianos natus et educatus est. Quae praesumptio maiorem vim sumit ex producta fide baptismatis suscepti a Maria Dénison, iisdem a parentibus orta ac sponsa actoris, anno 1861. Nam ista Maria Dénison vel est actoris sponsa, et causa finita est ; vel est eius soror, et tunc probatur parentibus curam fuisse de baptizanda prole. Alia praesumptio desumitur ab antecedenti matrimonio Mariae. Nam ipsa anno 1883 nupsit Richardo Winslow protestanti, coram ministro sectae episcopalis, id quod baptismum praesupponit, prout officialis sectae episcopalis ipse indubitanter praesumpsit.

Equidem, ut testatur A. W. Sevin: « Le ministre qui marie dans
« une église anglaise, n'a pas du tout besoin de certificat de baptême ». Requiruntur tamen aequipollentia saltem argumenta; nam, prosequitur

ipse: « On procède: 1.° par bans; .2.° par certificat de délégué; 3.° par « licence de l'évêque ou de l'archevêque ».

Praeterea Baron de Gharetta iureiurando praestito testatus est: « Je ne sais pas où Madame Winslow est, née. Je n'ai entendu parler «de son baptême, que dernièrement par elle-même. Lui demandant, « si elle avait été baptisée, elle m'a répondu que oui, mais sans me « donner aucun autre détail. Je ne sais donc ni où, ni comment elle « l'aurait été ».

Quod Maria Dénison explicite huic testi dixit, id post divortium civile obtentum implicite confessa est, scribens marito suo hasce litteras:

« Je ne me souviens pas, où j'ai été baptisée. Je n'ai jamais eu, « entre les mains mon acte de baptême ». Nescit igitur, *ubi* baptismum susceperit, sed *factum* suscepti baptismi aperte supponit, secus scripsisset: Nescio, *an* baptizata sim. Actor denique ipse edixit: « La sœur « de Madame Winslow, qui était son ainée et qui remplaçait ainsi sa «mère, m'a affirmé, un jour, sans que je lui demandasse, que Made- « moiselle Dénison n'avait pas été confirmée ». Iamvero etiam hic supponitur Mariam Dénison baptismum suscepisse. Confirmatio enim apud protestantes baptismum necessario supponit, ideoque soror certe primo loco maiorem defectum, sci. defectum baptismi, commemorasset, si illa ne baptizata quidem fuisset. Et reapse Maria Dénison ea fere aetate, qua confirmationem recipere debuisset, Parisiis vivebat apud quasdam mulieres, quibus nulla cura de religione puellarum sibi creditarum erat. « À l'institution Devienne, on ne s'occupe nullement de la religion « des pensionnaires », ait Sacerdos Thirion. Hac una de causa igitur Maria Dénison non fuit confirmata, quia, ut loquitur ipsa mater actoris, « les circonstances ne s'y étaient pas prêtées », et non ob defectum baptismi.

Sed habetur argumentum eliam gravius pro eo, quod de suscepto baptismo in casu prudenter dubitari non possit. Henricus Iones enim, minister protestanticus in oppido Wilkes-Bane, iuramento praestito, edixit de registris parochialibus suae sectae, « qu'il y est fait mention, que « Marie Hulings Dénison, fille de Charles et Hélène Dénison, est née « le 20 Maii 1861 et *a été baptisée le 6 Octobre 1861* ». Actor utique affirmat ibi sermonem esse de sorore natu maiore, cui prorsus idem cognomen sit, et non de illa Maria Dénison, quam ipse duxit uxorem, cum haec nata sit die 20 Maii 1867. Idem affert nonnulla exempla ad probandum, nihil extraordinarii in eo situm esse, quod istae duae sorores eodem die calendarii, sed diversis annis natae sint cum simile quid aliquoties iam apud alias familias acciderit. Quamvis non negetur Ma-

riam Dénison habere sororem natu maiorem, cui idem cognomen Mariae sit, tamen in illo documento, ministri protestantici sermo esse videtur *de illa Maria Dénison,* quae in praesenti causa est rea, licet ipsa viro suo semper dixerit sese natam esse anno 1867. Ackman Wilson enim Rector ecclesiae S. Ioannis in oppido Ryde sitae, in qua Maria Dénison primum suum matrimonium contraxit, testatur: « J'ai trouvé l'acte de « mariage de Richard Winslow et Marie Dénison, à la date du 4 Octobre 1883. « Il n'y a toutefois aucune preuve montrant, qu'un certificat de baptême ait « été produit (ce qui n'eût été aucunement nécessaire); je ne puis non plus « trouver aucun acte de baptême de Marie Dénison à l'église de Saint Jean, *« 21 ans plus tôt* ». Iste Rector igitur, qui habuit ante se notas scriptas de primo matrimonio inito anno 1883, quaesivit testimonium de baptismo Mariae Dénison collato « *21 ans plut tôt »,* ex quo omnino colligendum esse videtur ipsum scivisse annum, quo Maria Dénison genita sit. Sed illud « 21 ans plus tôt » (ante annum 1883) demonstrat eam non anno *1867,* sed 1861 natam fuisse. Atqui documentum primi matrimonii, in quo praesupponitur contineri annus natalis sponsae, non invenitur in actis, quamvis iudex primae instantiae id petierit. Patronus actoris ita removere studet difficultatem ortam ex hoc capite: « Nihil vero actoris magis « esset in votis, quam hoc documentum in acta referre, ut aetatis Mariae « Dénison-Winslow veritas melius elucescere posset. Sed cum documen- « tum istud in eius potestate esset, quando, in defectu fidei baptismatis, « causae Instructori illud exhibuit ad dispensationem mixtae religionis « consequendam, nec aliunde obtineri potest, utpote qui *non extraneis* « quibuscumque, sed iuxta consuetudinem tantummodo *interesse habendi tibus* ab ecclesiis protestantibus relaxantur,.idcirco impossibile est illud « hodie denuo vel exhibere vel in acta deferre ». Quis vero negare poterit actorem, qui cum Maria Dénison contraxit matrimonium, esse unum ex illis « *interesse habentibus?* » Immo ex ipsis actis patet actorem accepisse illud documentum, cum Ackman Wilson in epistola, cuius mentio iam supra facta est, ita prosequatur: « J'ai l'honneur *de vous* envoyer, comme « vous le demandez, *un certificat* de mariage, extrait des registres de « l'église »•

Cur non istud documentum actor exhibuit Tribunali? Diffidendum prorsus est relationi actoris de inquisitionibus peractis, si illos tantum investigationis fructus producere velit, qui fini suo, declarationi nempe nullitatis matrimonii inservire videntur.

Ante secundi matrimonii celebrationem producta fuit fides primi matrimonii viduae Winslow, necnon declaratio mortis authentica prioris mariti. Posterius documentum Maria Dénison-Winslow manibus tradidit

futuri sponsi, non item prius. Ita enim deponit actor: « Je sais seule- « ment, qu'on a produit l'acte du premier mariage de madame Winslow, « qui avait été célébré à l'Isle de Wight en 1883. Je suis persuadé, qu'on « a produit aussi *l'acte de décès du mari* de Madame Winslow. Je suis « venu à l'officialité, et là on m'a demandé et *j'ai produit cette même « pièce* ». Et mater sponsi : « *C'est Madame Winslmv elle même qui s'est « procurée cet acte* (l'acte de *mariage religieux protestant* de Madame « Dénison et de Monsieur Wmslow), nous n'avions pas à nous en « occuper ». Cur non etiam hoc documentum sponso commisit, nisi quod forte ibi describeretur (ut soror ipsius, in fide matrimonii in actis exhibita, ex eadem insula de Wight proveniente) tamquam *majorennis* (full age) *anno 1883* i. e. saltem 21 annorum, dum ipsa voluit se fuisse illo anno tantum annorum *sexdecim?*

Hisce in circumstantiis nec ipsa affirmatio Mariae Dénison nec attestationes advocatorum evincere possunt eam natam fuisse anno 1867.

Cum enim Ioannes du Breuil natus esset anno 1873, Maria Dénison, vidua Winslow, facile potuit adduci, ut sese juniorem fingeret, quando anno 1904 res tractabatur de novo matrimonio ineundo. Documenta vero actui matrimonii civilis adnexa fundamentum suum habere videntur solummodo in assertionibus ipsius Mariae Dénison. Ita enim testatur Carolus Loeb, advocatus americanus, qui Parisiis commoratur: « La représentation d'une copie, ou extrait du registre des naissances n'est pas «obligatoire d'après les lois des dits États de Pensilvanie et de New- « York pour établir l'état civil d'une personne, à défaut d'acte de nais- « sance; *ses éléments essentiels* peuvent être fournis par tous moyens « de preuve et notamment par une déclaration, sous foi de serment « (affidavit) dans la forme ci-jointe : une telle déclaration fait foi des allé- « gâtions, qu'elle contient ».

Petente ipsa muliere, in ordine ad nuptias ineundas, et ipsa consentiente, facta est illa declaratio de anno nativitatis ipsius, ac proinde contra ipsam, non vero in ipsius favorem, ut a crimine mendacii liberetur, adhiberi potest. Error circa annum nativitatis, in tali declaratione de statu civili alicuius facienda, non est *substantialis,* nec necesse erat, ut qui sub iuramento eam subditam esse Statuum Foederat. Americae Septentrionalis testati sunt, annum natalium mulieris aliunde quam ex eiusdem assertione sciverint.

Nec omittendae sunt duae aliae circumstantiae, quae augent vel confirmant suspicionem fundatam, sponsam non adduxisse *verum* nativitatis suae annum. « Quand il s'est agi », ita ipse actor « d'obtenir la « dispense de religion mixte, on nous a demandé l'acte de baptême

« de Mademoiselle Dénison. Cette domande a paru la *contrarier très « vivement,* et elle a déclaré, qu'il serait très difficile, si non impossible, « d'obtenir ce genre de pièce en Amérique. C'est alors qu'on supposa, « que l'acte de son premier mariage protestant remplacerait cet acte de « baptême ».

Cur vexatam se exhibuit mulier, nisi timuisset, ne per fidem baptismi vera sua aetas fuisset revelata? Praeterea nullibi in actis indicatur sororis natu maioris dies natalis, dum in acto iuramento coram Notario publico obsignato, ipsa muliere consentiente, declaratur diem natalem ipsius, sci. sponsae actoris fuisse diem 20 Maii. Cur igitur nullum documentum productum est ad probandum sororem illam natam fuisse revera die 20 Maii 1861?

Ex factis et documentis, quae ab actore producta sunt, nequit ergo argui defectus baptismatis mulieris, cum ea potius contrarium probare vel confirmare RR. PP. persuasum habeant. Item nihil sequitur ex eo, quod uxor actoris prorsus areligiosa et in rebus religiosis omnino indifferens erat. Tale quid enim sub nullo respectu supponit Mariam Dénison a parentibus suis non fuisse praesentatam ad baptismum suscipiendum. Multo magis potest ita argumentan : Quia Mariam Dénison prorsus areligiosam fuisse constat, eius assertioni, utcumque solemni, sese natam esse anno 1867 non est credendum, si aliae circumstantiae - uti in casu revera accidit - omnino contrarium probare videntur.

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, solumque Deum prae oculis habentes, Nos, infrascripti Auditores pro tribunali sedentes, ad propositum dubium, dicimus, decernimus atque definitive sententiamus: *negative,* seu *non constare de matrimonii nullitate in casu,* ideoque confirmandam esse sententiam Curiae Parisiensis, statuentes praeterea actorem Ioannem du Breuil de St. Germain ad omnes iudicii expensas teneri.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam SS. Canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV de Beform.* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Die 13 Iunii 1911.

Sac. Franciscus Heiner, *Ponens.*
» Ioannes Prior.
» Aloysius Sincero.

L. jjg S.

Sac. T. Tani, *Notarius S. B. Rotae.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD R. P. D. rULIUM MARINUM MARBEAU, MELDENSIUM EPISCOPUM, OB INAUGURANDUM IN ECCLESIA CATHEDRALI MELDENSI MONUMENTUM INSIGNI MEMORIAE J. BOSSUET DICATUM.

Monseigneur,

Notre Saint Père le Pape Pie X applaudit de grand cœur au noble projet que Vous avez conçu d'inaugurer avec solennité le monument élevé dans l'Eglise Cathédrale de Meaux à la très illustre mémoire de Bossuet, grâce à la pieuse initiative de S. Gr. Monseigneur de Briey et au généreux concours des Catholiques de France et des autres nations.

Sa Sainteté ne peut que se réjouir du couronnement d'une entreprise déjà louée et encouragée par le Souverain Pontife Léon XIII, dans sa lettre du 4 Décembre 1898 au Cardinal Perraud. Avec son Prédécesseur d'heureuse mémoire, le Saint Père se félicite des honneurs qui vont être rendus au Grand Evêque, qui mérita d'être appelé « l'Aigle de Meaux », et dont le génie chrétien fut la gloire de la France, de l'Église, et l'on peut dire, de l'humanité toute entière.

C'est avec raison que Votre Grandeur veut convier à la fête prochaine, avec les catholiques Français, les Évêques et les Corps savants: les uns et les autres seront à leur place auprès des cendres de ce Pontife, Pasteur zélé de son peuple, et, tout ensemble, l'honneur des lettres chrétiennes. Les uns et les autres méditeront avec fruit les enseignements de celui qui, après avoir rappelé aux puissants de la terre, avec l'incomparable éloquence de sa parole, les *grandes et terribles leçons* de la Providence, savait se faire petit avec les petits, pour catéchiser les humbles et les pauvres, et distribuer à tous le pain de la Vérité.

Au pied de ce monument, fidèles et pasteurs apprendront à aimer davantage la divine vérité de l'Église et sa hiérarchie. Les défenseurs du Dogme se rappelleront les arguments invincibles des immortels ouvrages de ce Docteur, qui dépensa ses forces et sa vie à défendre la doctrine Catholique. Les incroyants eux mêmes ne pourront pas se soustraire à une salutaire émotion, en face de ce noble génie qui a élevé la raison humaine jusqu'à sa plus haute perfection, et qui n'a pas craint

dë rehausser la sublimité de son intelligence, en acquiesçant de plein cœur aux enseignements et aux divins préceptes de la Foi.

D'avance, à tous ceux qui, sur votre appel et votre invitation, prendront part à cette fête : membres du Clergé et de l'Episcopat, représentants des sciences et des lettres, le Souverain Pontife accorde bien volontiers, ainsi qu'à Votre Grandeur et à ses diocésains la Bénédiction Apostolique.

Je suis heureux de saisir cette occasion pour Vous renouveler, Monseigneur, les assurances de mon parfait dévouement en Notre Seigneur.

Le 8 Juillet 1911.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Il giorno 8 del corrente mese di Agosto, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si tenne la Congregazione Ordinaria Particolare, nella quale sono state sottoposte al giudizio degli Emi e Rmi Sigg. Cardinali componenti la medesima, le seguenti cause:

I. Intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Ven. Servo di Dio Ludovico Edoardo Gestae, Fondatore della Congregazione delle Serve di Maria.

II. Intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costruito nella Curia di Alicante sopra la fama della santità della vita, delle virtù e dei miracoli in genere della Ven. Serva di Dio Giovanna Guillen, Monaca professa dell'Ordine degli Eremitani di S. Agostino.

III. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari costruiti per la Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Giovanna Delanoue, Istitutrice delle Sorelle di S. Anna della Provvidenza.

IV. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari costruiti per la Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Luigi Maria Baudoin, Sacerdote Fondatore della Congregazione dei Figli di Maria Immacolata e delle Orsoline di Gesù, dette volgarmente «de Chavagnes ».

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE.

11 Santo Padre, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato si è degnato di nominare :

Vescovo Assistente al Soglio :

28 Luglio 1911. — L'illmo e Rmo Mons. Giovanni Grimes, Vescovo di Ghristchurch.

Protonotari apostolici ad instar participantium:

6 L/uglio 1911. — Il Rev. Alessandro Kluczynski, Decano del Capitolo Cattedrale della diocesi di Kielce.

21 Luglio. — Mons. Giovanni Maria Viviani, Vicario Generale della diocesi di Vicenza.

1 Agosto 1911. — Mons. Vincenzo Tesar, Canonico dalla Metropolitana di Olmütz.

Prelati domestici di S. S.:

5 Luglio 1911. — Il Rev. Antonio Lopes de Araujo, Parroco nell'archidiocesi di Rio Janeiro.

6 Luglio. — Il Rev. Giuseppe Antonowicz, Vicario Generale della diocesi di Sejna.

— Il Rev. Egidio Radziszewski, Rettore del Seminario della diocesi di Wladislavia.

— Il Rev. Felice Drzewiecki, Professore nell'Accademia Ecclesiastica di Petropoli nella diocesi di Wladislavia.

12 Luglio. — Il Rev. Martino Kheberich, Vicario Generale della diocesi di Scepusio.

— 11 Rev. Dionisio J. Murphy, Vicario Generale della diocesi di Nashville.

1 Agosto 1911. — Mons. Emanuele Bidwell, Cancelliere Arcivescovile dell'archidiocesi di Westminster.

— Il Rev. Eugenio Széchényi, Canonico della diocesi di Gran Varadino.

— Il Rev. Vincenzo Bunyitay, Canonico della medesima diocesi.

2 Agosto. — Il Rev, Anselmo Bourke, Missionario nella diocesi di Perth, in Australia.

ONORIFICENZE.

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro:

11 Luglio 1911. — Al Sig. Antonio Chiramel Tharagan, del Vicariato dei Siri Soriani di Triehoor.

La Commenda con placca dell' Ordine di S. Gregorio Magno, ci. civile :

7 Agosto 1911. — Al Sig. Luigi Alfonso Maria Nicolas, Console Generale di Francia a Tauris.

La Commenda dell'Ordine Piano:

I Luglio 1911. — Al Sig. Conte Rogero Pomian Lubienski, dell'archidiocesi di Varsavia.

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

19 Luglio 1911. — Al Sig. Giacomo Guerin, Sindaco di Montréal.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa ;

28 Luglio 1911. — Al Sig. Giovanni Folie, Direttore del Dipartimento Contabile presso *Y* I. e R. Luogotenenza di Trieste.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

5 Luglio 1911. — Al Sig. Giovanni Giuseppe Lambert, della diocesi di Denver.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

II Luglio 1911. — Al Sig. Pietro dei Conti Colonna Czosnowski, della diocesi di Luceoria e Zytomierz.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE.

La Santità di nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri d'onore in abito paonazzo :

25 Luglio 1911, — Mons. Pietro Bagarotti, della diocesi di Cotrone.

— Mons. Pasquale Fuzzolini, della medesima diocesi.

— Mons. Germano Lamberto Sloots, della diocesi di Haarlem.

— Mons. Nicolò Giovanni Smeulders, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

16 Luglio 1911. — Mons. Vittorio Onesimo Laurans, Vescovo di Gahors.

21 Luglio. — Mons. Luigi Bonetti, già Vescovo di Montalto.

— Mons. Emmanuele Merra, Vescovo di S. Severo.

29 Luglio. — Mons. Giulio Marsili, Vescovo titolare di Antigonea.

6 Agosto 1911, — S. E. Rma il Sig. Card. Antonio Giuseppe Gruscha, Arcivescovo di Vienna.

7 Agosto. — Mons. Luigi Veccia, Segretario della Congregazione di Propaganda.

15 Agosto. — S. E. Rma il Sig. Card. Francesco Patrizio Moran, Arcivescovo di Sydney.

Annus lii. - Vol. Hi. Die 15 Septembris 1911. Num. 12.

AGTATAPommm

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

CONFRATERNITAS S. MISSAE REPARATRICIS IN TEMPLO S. CRUCIS VULGO " DEI LUCCHESI " IN URBE ERIGITUR IN ARCHICONFRATERNITATEM CUM FACULTATE AGGREGANDI.

PIUS PP. **x.**

Ad perpetuam rei memoriam. — In templo S. Crucis vulgo « dei Lucchesi » in Urbe, apud moniales Societatis Mariae Reparatricis, compertum Nobis est mense Iulio superioris anni canonice institutam esse Confraternitatem S. Missae Reparatricis hoc quidem consilio ut congregati, statis religionis exercitationibus fungentes, iniuriam resarcire studeant, quam inferunt Deo ii omnes, qui nulla iusta causa gravissimum illud Christianorum officium praetermittunt Sacro adstandi diebus festis. Itaque, cum laudabile huiusmodi studium vehementer Nobis probetur utpote nostris hisce temporibus maxime opportunum, quumque Consilium Moderatorum eiusdem Confraternitatis enixas Nobis preces adhibuerint, ut illam titulo ac privilegiis Archisodalitatis augere velimus; Nos ad ubertatem fructuum provehendam, quam in dies abundatiorem futuram esse et Moderatorum eorundem solertia et ipsa rei apta ratio animo praesagire sinunt, supplicandum votis, amplissima fultis commendatione dilecti filii Nostri in hac alma Urbe Vicarii in spiritualibus Generalis, satisfacere ultro statuimus. Apostolica igitur Nostra auctoritate, per has Litteras, perpetuumque in modum, Confraternitatem S. Missae Reparatricis in Templo S. Crucis vulgo « dei Lucchesi », apud moniales Societatis Mariae Reparatricis in Urbe rite institutam, in Ar-

chiconfraternitatem erigimus, evehimus, constituimus, ac consuetis honoribus privilegiisque ornamus. Archisodalitatis autem huius, sic per Nos erectae, Moderatoribus atque officialibus praesentibus et futuris, item auctoritate Nostra, hisque litteris concedimus, ut ipsi alias sodalitates eiusdem nominis et instituti, quae exoriturae sint intra Italiae atque insularum adiacentium fines, servatis forma Constitutionis Clementis PP. VIII, Decessoris Nostri fel. rec, aliisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis, sibi aggregare et cum illis omnes ac singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes eidem Archisodalitati a Sede Apostolica concessas, quae sint communicabiles, communicare licite possint ac valeant. Decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas, efficaces semper existere et fore, suosque plenarios effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoslibet iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum' Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxx Iunii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. ✠ S.

II.

ECCLESIA AUGUSTAE TAURINORUM IN HONOREM VIRGINIS CHRISTIANORUM ADIUTRICIS ERIGITUR IN BASILICAM MINOREM.

PIUS PP. **X.**

Ad perpetuam rei memoriam. — Anno reparatae salutis MDCCCLXXXVI pietate ac religione insignis vir, venerabilis Dei famulus Ioannes Bosco, Salesianae familiae pater ac legifer, Augustae Taurinorum ab imis fundamentis splendidum in honorem Deiparae Virginis Christianorum Adiutricis templum excitandum curavit, corrogata undique stipe, quam Catholici Orbis fideles ob innumera divinitus accepta benefacta, grati animi ergo, libentes contulerunt. Haec Aedes ingenti mole insignis, decora fronte, geminisque turribus et augusto fornice ornata, intuentium admirationem exterius sibi facile conciliat, interius autem et auro et marmore,,

et omnigenae artis operibus renidet. Illuc non modo e Subalpinis, verum etiam e cunctis fere regionibus Italiae, necnon ab exteris quoque nationibus, frequentes fideles saepe turmatim Opiferae Dei Genitricis inclytam imaginem, quae ipsa in Aede recolitur, deprecaturi, quotannis solent confluere. Etenim quemadmodum ephemerides luculenter testantur, quae ibi singulis mensibus novem conscriptae linguis in vulgus prodeunt, Beatissima Virgo Christianorum Auxiliatrix, ex hac pia Aede, veluti e suo maiestatis solio, abunde gratias munifica largitur. Ipso in templo copiosa ac praedivite supellectile instructo, Clerus, idest sacerdotes e Salesiana familia, cuius domus Princeps ipsi sanctuario continens est, divinis sacrisque muniis pietate *in* exemplum adducenda funguntur. Memorare insuper iuvat, canonice ibidem erectam archisodalitatem esse sub titulo et auspiciis Deiparae Virginis Adiutricis, ducentasque et amplius per totum orbem conditas eiusdem nominis et instituti societates eidem Archisodalitati legitime esse aggregatas, et quinquagies centena millia sodalium iisdem Societatibus inscripta enumerari. Nec silentio quidem praetereundum arbitramur, quadringentas Ecclesias similiter per universum orbem in honorem ipsius Adiutricis Deiparae aedificatas huius Imaginem praeferre, illi similem, quae in enunciati templi Taurinensis ara Principe summa fidelium religione asservatur. Privilegiis etiam et spiritualibus muneribus atque indulgentiis singularibus Apostolica haec Sedes inclytum idem templum locupletavit : et ipse Decessor Noster Leo PP. XIII rec. mem. Cardinali Antistiti Taurinensium facultatem commisit, ut sexto Kalendas Iunias anno millesimo nongentesimo tertio, pluribus adstantibus Episcopis atque ingenti civium multitudine, thaumaturgae ipsius Virginis Adiutricis Imagini aureum diadema solemni ritu ipsius nomine et auctoritate imponeret. Haec animo repetentes, cum sacerdotes Salesianae familiae supremi Moderatores Nos supplicibus votis flagitaverint, ut ad Opiferae Virginis cultum ipsiusque templi decus adaugendum, super enunciatum Taurinense templum titulo ac dignitate Basilicae Minoris ornare dignemur, optatis his piis annuendum existimavimus. Quae cum ita sint, permoti etiam amplissimo commendationis officio dilecti filii Nostri Augustini S. R. E. presbyteri Cardinalis Richelmy, ex dispensatione Apostolica Archiepiscopi Taurinensium, Apostolica Nostra auctoritate, tenore praesentium, Sacram Aedem Augustae Taurinorum, Deo in honorem Deiparae Virginis Christianorum Adiutricis dicatam, ad Basilicae Minoris dignitatem evehimus, omnibus et singulis eidem privilegiis atque honorificentiis attributis, quae Minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque pie-

narios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, sive in posterum spectare poterit, plenissime suffragari, sicque in praemissis iudicandum esse atque definiendum, irritum que ex tunc et inane fieri, si secus super his a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xin Iulii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

R. Card. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. © S.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis SSmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet :

11 iulii 1911. — Cathedrali ecclesiae Spalatensi praefecit R. D. Antonium Gjivoje, presbyterum archidioecesis Iadrensis, rectorem Seminarii theologici centralis.

17 iulii 1911. — Ecclesiae archiepiscopali Kingstoniensi R. D. Michaelem Iosephum Spratt, rectorem ecclesiae S. Michaelis in oppido *Belleville* eiusdem archidioecesis.

21 iulii 1911. — Ecclesiae cathedrali Reginensi R. D. Oliverium Eleazarum Mathieu, ex-Rectorem Universitatis Quebecensis.

27 iulii 1911. — Ecclesiae cathedrali Monasteriensi R. D. Felicem De Hartmann, decanum Capituli Monasteriensis et Vicarium Capitularem eiusdem vacantis dioecesis.

28 iulii 1911. — Titulari ecclesiae episcopali Hemesensi R. D. Georgium De Lucchi, canonicum theologum ecclesiae cathedralis Vicentinae.

11 augusti 1911. — Cathedrali ecclesiae Caliensi R. D. Eladium Perlaza, Vicarium Generalem in civitate vulgo *Gaii.*

— Ecclesiae cathedrali Divionensi R. D. Iacobum Ludovicum Monestès, canonicum cathedralis ecclesiae Agennensis.

— Ecclesiae cathedrali Toletanae in foederatis statibus Americae

Septen. R. P. D. Iosephum Schrembs, hactenus Episcopum titularem Sophenensem.

— Ecclesiae archiepiscopali Dubuquensi R. P. D. Iacobum Ioannem Keane, hactenus Episcopum Cheyennensem.

Mandavit autem idem SSmus Dominus ut hac de re Litterae Apostolicae sub plumbo ad tramitem iuris expediantur.

SACRA ROMANA ROTA

I.

THEATINA

IURIUM.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die 23 Martii 1911, RR. PP. DD. Ioseph Mori, Ponens, *Fridericus Cattani et Antonius Perathoner, Auditores de Turno, in causa* « Theatina-Iurium » *inter Venerabilem Sodalitatem SSmi Sacramenti loci Arcismontisplani actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem Philippum Pacelli, advocatum, et Caietanum Ciccarone, parochum praefati oppidi, reum conventum, repraesentatum per legitimum procuratorem Henricum Benvignati advocatum, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Ob partialem montis Maiella ruinam an. 1765 secutam, oppidum ad eius radices existens, vulgo nuncupatum « *Roccamontepiano* », fere disparuit. Hinc factum est, ut infelices illius incolae inde palantes, domos alibi in planitie sibi construerent, non exclusa paroeciali matrice ecclesia, quae aedificata iterum fuit sub titulo B. M, V. de Lapide in suburbio, quod audit *Terranova,* inter paroeciae fines. A praefata ruina tamen illaesum evasit Oratorium quoddam S. Rocho et B. V. in coelum assumptae dicatum et a paroeciali ecclesia distans.

Anno 1840 cum dictum Oratorium vetustate fatisceret, nonnullae piae personae, collecta ex oblationibus stipe, illud restaurandum curarunt; ut inscriptio in fronte capellae exteriori apposita testatur. Id peractum fuisse assentiente parocho S. Mariae de Lapide et sub eius dependentia, quamvis ex coaevo documento non possit probari, tamen ex sequentibus legitime coniici potest.

Re quidem vera, porrectae petitioni ut inibi Sodalitas a suffragio erigeretur, Vicarius Generalis Curiae Theatinae respondit, ut praeter Ar-

chiepiscopi beneplacitum, etiam parochi S. Mariae a Lapide exquireretur consensus: « Dovendo la Congrega erigersi nella Chiesa appartenente al « parroco locale è di necessità richiederlo se vi annuisca o pur no, « onde non violarsi i suoi diritti.... » At parochus petitae erectioni utpote suis iuribus praeiudiciali refragatus est: « Tale lotta ha per fine di abo- « lire la Chiesa madre, di portare la tumulazione a S. Rocco e di farvi « seconda parrocchia ». Anno 1859 ad instantiam nonnullorum devotorum, praevio regio assensu obtento die 30 Martii, in Arce Montisplani sub die 28 Iulii canonice erecta fuit Sodalitas a SSmo Sacramento, quae suam sedem fixit in memorato sacello. Verum cum Sodalitas in ecclesia non sua resideret, anno 1862 preces obtulit Archiepiscopo ut sibi traderetur pro functionibus exercendis altare dicatum B. M. a Carmelo; quod indultum fuit, salvis iuribus parochialibus.

Anno 1865 ab Archiepiscopo eidem Sodalitati concessum fuit ex speciali gratia (in via eccezionale) ut in dicto sacello servari posset SSmum Eucharistiae Sacramentum, quo facilius fideles, qui ab Ecclesia paroeciali longe aberant, religiosis obligationibus satisfacere valerent. Anno 1892 die 18 Iunii quaedam conventio inter capellanum Sodalitatis et parochum Tracanna iam senio confectum intercessit, vi cuius capellano Sodalitatis facultas fiebat omnes functiones internas celebrandi, incerta ex festo S. Rochi aequa lance inter parochum et capellanum partiebantur, parocho tantum erant reservata funera praesente cadavere defunctorum non adscriptorum sodalitati, et oblationes seu donaria occasione festi S. Rochi in custodia manebant apud capellanum sub dependentia cuiusdem commissionis, cuius membra efformabantur a capellano, parocho et alio sacerdote. Anno 1905 paroeciam S. Mariae a Lapide obtinuit Caietanus Ciccarone, qui nullam rationem habere voluit initae ut supra transactionis utpote iurium parochialium laesivae. Exinde iurgia inter parochum et capellanum.

Ad exortas discordias compescendas, Archiepiscopus decreto diei 4 Ianuarii 1907 sequentia statuit: « 1.° Il parroco è libero di celebrare « nella detta Chiesa qualsiasi funzione ed in qualunque altare, meno « quello del Carmine, che è di patronato della Congrega. A lui inoltre « spettano tutti i funerali, *praesente cadavere* senza distinzione di sorta « fra ascritti e non ascritti alla Congrega. 2.° Il cappellano ha diritto « di fare tutte le funzioni della Confraternita secondo gli Statuti della « medesima, ma nell'altare del Carmine, e col permesso che il parroco « non negherà certamente, anche in altro altare. 3.° Per evitare ogni « questione circa F orario delle funzioni nella stessa Chiesa, Fattuale eco- « nomo curato ed il cappellano faranno di comune accordo una tabella

« d'affiggersi nella sagrestia e dentro un mese dalla data del presente « decreto la sottoporranno all' approvazione della Curia. 4.° La novena « di S. Rocco con i relativi vespri e messa parata e processione nel «giorno della festa sono di diritto del parroco. Però dovrà prestare la « sua assistenza anche il cappellano, il quale avrà diritto a percepire « un terzo degl' incerti comprese le messe, rimanendo gli altri due al « parroco. Degli incerti consistenti in litanie, responsorì e simili, tranne « le messe, il parroco ed il cappellano rilascieranno ciascuno un quinto « che depositato in un libretto di risparmio sarà consegnato in Curia « per i bisogni della Chiesa. 5.° I donativi saranno conservati dal cap- « pellano, a condizione però che egli ed il parroco uniti insieme entro « giorni dieci dalla celebrazione della festa del Santo, ne redigano un « inventario, e lo mandino firmato da ambedue alla nostra Curia, insieme « al rendiconto degli introiti ed esiti della festa ».

Contra hoc decretum Sodalitas a SSmo Sacramento recursum interposuit apud S. Congregationem Concilii. Verum cum nuper ex Constitutione « *Sapienti Consilio* » fuerit S. R. Rotae Tribunal in pristinum restitutum, eidem ex Commissione SSmi amandata fuit diiudicanda praesens quaestio, quae modo sub sequenti dubii formula inter partes concordata proponitur scilicet: « An et quae iura competant Sodalitati « SSmi Sacramenti loci " *Boccamontepiano* " sive supra Ecclesiam S. Ro- « chi, sive supra functiones et funera in ea peragenda, sive supra incerta « ex eisdem provenientia ac oblationes in casu? »

In facto. - Prima et potior quaestio est de pertinentia Ecclesiae S. Rochi in qua sedem habet Sodalitas SSmi Sacramenti et circa quam versatur prima dubii pars, scilicet disceptatur utrum Ecclesia S. Rochi pertinuerit et adhuc pertineat ad parochum S. Mariae a Lapide vel potius ad dictam sodalitatem. Revmi Patres omnibus documentis sedulo cribratis nec non adductis a Confraternitate rationibus concluserunt non satis ab ea probari praetensam proprietatem vel patronatum super dicta ecclesia. Revera eiusdem procurator primo invocat contra parochum principium iuris, quod ex facto quod aliqua ecclesia sit intra fines paroeciae non recte arguitur illam ecclesiam esse parocho subiectam vel ab eo dependentem. At ex hoc necessario non sequitur consequens eamdem esse adiudicandam Sodalitati, cum ad alium rectorem praeter parochum et Sodalitatem spectare possit. Sodalitati in themate utpote actrici onus incumbit probandi se habere legitimum acquisitionis titulum seu legitime acquisivisse patronatum quem sibi vindicat supra ecclesiam, quod non praestat neque praestare valet. Enimvero Confraternitas non probat illum obtinuisse modis originariis neque derivatis: non modis ori-

ginariis iuxta versiculum « patronum faciunt dos, aedificatio, fundus » quia priusquam Confraternitas institueretur, Ecclesia S. Rochi iam erat extructa, et a nemine est dotata. Neque denique ab eadem Confraternitate collabens Ecclesia fuit restituta , sed a quibusdam devotis ante Sodalitatis Institutionem, uti in principio fuit animadversum. De coetero etiamsi collabentem vel collapsam ecclesiam restaurasset, ex hoc facto non sequeretur eam patronatum lucratam fuisse iuxta ea quae tradit Santi in *Praelect. can., lib. 3, tit. 38, n. 15:* « non sufficit unus titulus « ad acquirendum ius patronatus, si reliqui tituli in aliena persona non « concurrant ».

Item non suffragantur tituli originarii extraordinarii quales sunt apostolicum privilegium et praescriptio: non privilegium apostolicum, quia de eo non constat ; non praescriptio, quia ex Sacra Visitatione an. 1883 eruitur omnia fere altaria ecclesiae esse patronata, non excluso maiori altari super quo patronatum exercet Congregatio localis Charitatis; non denique allegari possunt modi derivati, qualis in casu esset concessio Ecclesiae facta ex parte Archiepiscopi praefatae Sodalitati, quia uti ex documentis liquet, eidem anno 1864 tantum concessus fuit patronatus super altari B. M. V. a Carmelo. Si itaque iura sodalitatis restricta sunt ad hoc altare, in comperto est eam nullum ius vindicare sibi posse super aliis altaribus et multo minus super tota ecclesia.

Secundo procurator Sodalitatis enitur eidem adscribere pertinentiam ecclesiae ex facto quod anno 1865 die 10 Novembris Sodalitati concessa fuit facultas adservandi Eucharistiam in Ecclesia S. Rochi. Verum cum ex iure communi Eucharistia tantum asservari possit in Ecclesiis parochialibus, Cathedralibus, et Ecclesiis Regularium solemniter professorum et in aliis Ecclesiis sit necessaria Papae concessio, uti probat Ferraris, *Biblioth. can. v. Eucharistia* art. 1, nn. 45-46, pluribus allatis Romanarum Congregationum decisionibus, concessio huiusmodi facta ab Archiepiscopo de Marinis potius quam bonum Confraternitatis ius portendere, eidem adversatur, et aliqualem in Ecclesia S. Rochi parochialitatis characterem designat: ipse enim unice motus est a bono fidelium, cui via extraordinaria consulere voluit : et reapse in huiusmodi concessione elargienda respexisse ad spirituales fidelium necessitates ab ecclesia paroeciali distantium plane conficitur ex epistola ab eodem directa ad praesidem Sodalitatis qua memoratam facultatem elargitur: «Prendendo in « considerazione la posizione topografica di cotesto comune per la quale « la maggior parte dei fedeli rimane lontana, così dalla Chiesa parrocchiale... volendo per quanto è da noi rimediarvi e provvedere a che « essi siano convenientemente coadiuvati ed abbiano i mezzi opportuni

« per adempiere i loro doveri religiosi, aderendo alla domanda... ». Hoc autem explicari potest etiam ex facto quod cum oeconomus curatus Paschalis Tracanna tunc temporis Confraternitatis Capellanus resideret in domo paterna prope Ecclesiam S. Rochi, eidem facile evadebat ex facta concessione sumere exinde Viaticum pro infirmis, quin ad distantem ecclesiam paroecialem accederet. Quod res ita se habuerit, concludi quoque potest ex iurato testimonio quod quatuor senes fere omnes septuagenarii reddidere coram laico Magistratu per actum notorium: « La Chiesa « di S. Rocco era prima che vi fosse la Confraternita officiata dal par« roco, che, quando occorreva, prendeva da essa Chiesa il Viatico per « i moribondi: in una parola detta Chiesa serviva al Parroco come suc« cúrsale della Parrocchiale per non ricorrere alla Chiesa Madre molto « lontana ».

Quod si in rescripto concessionis Sodalitati imponitur onus congruae Ecclesiae manutentionis, id ex eo est derivan dum, quia Sodalitas privilegium expetierat et sese obiigaverat pro decenti Eucharistiae asservatione : de coetero expendendum venit quod Eucharistiae asservatio facta fuit non in altari Sodalitatis, sed in maiori de patronatu Congregationis a Charitate, et parocho nonnullae impensae impositae sunt, uti apparet ex actu Sacrae Visitationis an. 1883 « si risarcisca la fodera nel« l'interno della custodia e rinnovi l'incerata più grande - dal parroco ».

Alterum advocati defensoris argumentum deducitur ex decreto erectionis Sodalitatis et approbationis regularum ipsius edito ab Archiepiscopo De Marinis die 28 Iulii 1859. Iam vero in art. 5 edicitur: « Qualunque « altra funzione oltre alle solite della Chiesa e della Congrega, dipen« derà dal padre spirituale e dal Priore di detta Confraternita, la quale « si obbliga di assisterle, come pure di assistere a quelle della Chiesa « madre a richiesta del parroco » et in art. 1 edicitur: « e seguendo le « pie funzioni nella chiesa sotto il titolo di S. Rocco ». Ex hoc decreto advocatus defensor concludit de pertinentia Ecclesiae S. Rochi favore Sodalitatis ambigi non posse. At huic conclusioni plura obstare adverterunt Revmi Patres. Primo in decreto erectionis nulla fit mentio de assignatione ecclesiaeve! altaris pro Confraternitate sed tantum dicitur: « Statuimus illam instituere et erigere... in oppido Arcismoutisplani ». Assignatio vero altaris vel ecclesiae in qua sacrae functiones expleantur, iuxta auctores nonnullos et iuxta decisionem editam a Sacra Congregatione de Propaganda Fide est nota specifica, qua Sodalitates a piis Unionibus distinguuntur. Ita Aichner, *in compen. Iuris can. p. 519* haec ait: « Haec praesertim est illa nota, qua confraternitates ab iis Sodali« tiis seu associationibus ecclesiasticis internoscuntur, quae ad sub ve-

« mendum diversis necessitatibus proximi hac nostra aetate sunt inductae. « Nam hae licet aliquas gratias et preces sibi adiunctas habeant tamen « nulli ecclesiae vel altari sunt alligatae et propterea veri nominis con- « fraternitates non sunt, utut caeteroquin earumdem formam imitentur ». Sacra vero Congregatio de Propaganda Fide rescripto diei 8 Iulii 1855 sanavit et convalidava nonnullas erectiones Confraternitatum, quae factae fuerant absque assignatione ecclesiae vel altaris. Unde invocari possit principium iuris « quod nullum est, nullum producit effectum ».

Neque aliquid relevat in casu quod in primo statutorum articulo dicatur de sodalitate : « e seguendo le pie funzioni nella chiesa sotto il « titolo di S. Rocco », quia Sodalitas in ea ecclesia non erat tamquam domina, sed simpliciter uti hospes. Revera ipsa in petitione facta Episcopo De Marinis pro obtinendo altari B. M. V. a Carmelo, die 11 Iunii 1862 seu fere post tres annos ab eius erectione fatetur se nullum proprium altare habere in dicta ecclesia pro peragendis sacris functionibus: « non ha sino ad oggi un altare proprio a funzionare ». At si nullum altare proprium habuit ab initio, et si post dictam petitionem tantum obtinuit altare B. M. V. a Carmelo, iniuria nunc ipsa praetendit sibi asserere dominium super ecclesiam, quae ad parochum pertinet, ut infra probabitur.

Quin aliquid in contrarium operetur art. 5 Statutorum productus relate ad functiones in ecclesia S. Rochi peragendas: vel enim hic articulus intelligendus est cum necessariis limitibus ad tramitem decreti Urbis et Orbis S. C. RR. anni 1704 quando agitur de Sodalitate erecta in ecclesia aliena dependente a parocho, ut explicat Vicarius Generalis Theatinus : « Si ha tutto il diritto di ritenere che l'approvazione fu data « limitatamente cioè a quelle disposizioni che non si oppongono ai diritti « parrocchiali, tanto più che gli statuti e le regole della Chiesa di S. Rocco « sono identici agli statuti ed alle regole di tutte le confraternite del « Regno di Napoli, come risulta dai regolamenti delle Congreghe che « si conservano in Curia »; vel ita est explanandus ceu vult Archiepisco pus actualis, quod omnis alia functio Sodalitatis praeter solitas Ecclesiae et Sodalitatis respective ab huius capellano et parocho exercendas determinabitur, de communi consensu, a capellano et praeside sodalitatis, et in hoc sensu esse intelligendum suadet factum iuxta Archiepiscopum, quia « il parroco esercitò sempre in S. Rocco la sua giurisdizione « facendovi novene, funeri, ed altre funzioni ». Revera optima legum interpretatio adinvenitur in subsecuta observantia quae declarat statum antecedentem, etiamsi contraria intelligentia esset de iure verior ut tradit S. Rota, *coram Molines Decano* apud Scarfantonium *tom. 1, in vot. decis., p. 131.*

Ulterius Sodalitatis procurator appellat ad transactionem initam die 18 Iunii 1892 inter parochum Tracanna et capellanum Sodalitatis illius temporis, de qua in factorum iam facta expositione, et quae roborata fuit approbatione Vicarii Generalis Theatini Raphaelis Valenza. Sed omisso quod haec conventio non fuit spontanea, quia parochus Tracanna, ut ipse fatetur in quadam epistola an. 1896, fuit dolose a praefato Vicario Generali circumventus: « venendo un giorno il Vicario Generale (Valenza) « con due canonici mi presero in trappola facendomi firmare una dichiara- « zione nella quale i proventi che si avevano in quella Chiesa nei giorni « 15 e 16 Agosto.... fossero divisi fra parroco e cappellano », observari potest quod ipsa destituta fuit beneplacito apostolico, unde obligare non valuit parochum successorem, qui nequit in suis iuribus praeiudicari ab antecessore, cum beneficia ecclesiastica sine diminutione sint conferenda.

Tandem quoad expensas factas a Confraternitate haec adnotarunt Revmi Patres. Revera indubii facti est quod Sodalitas plures expensas sustinuit sive pro constructione turris campanariae, et emptione tintinnabuli, sive pro reparatione murorum et pavimenti ecclesiae sive pro acquisitione et reparatione organi pneumatici. Verum, praetermisso quod ad expensas pro ecclesiae manutentione nedum parochus sed etiam Sodalitas pro sua quota concurrere tenetur utpote inibi habens altare proprium in quo suas explet functiones, factis expensis a Sodalitate non semper occursum est aere proprio, sed in maiori parte ex oblationibus fidelium: ita pro reparatione pavimenti et murorum ecclesiae, quae locum habuit an. 1894 et 1899, seu post initam compositionem anni 1892, argui potest, quia tunc temporis oblationes erant in custodia apud Sodalitatis capellanum dependenter a quadam commissione, et iuxta decretum Archiepiscopi diei 20 Iulii 1867, dimidium pretii ex hisce retrahendum, erat erogandum in ecclesiae manutentionem : ita pro acquisitione tintinnabuli Archiepiscopus con currit pro summa 40 ducatorum; dempto organo, quod fuit acquisitum a Sodalitate propria pecunia uti sub iuramento declarat septuagenarii Eliodorus Tracanna frater defuncti Archipresbyteri : de aliis vero expensis tum ipse tum alter frater Lucianus in aetate an. 67 pariter sub iuramento deponunt has effectas fuisse ex alienatione donariorum: « Tutti i restauri fatti nella Chiesa di S. Rocco sono stati « fatti mediante la vendita dei doni offerti a S. Rocco, ed il germano « arciprete, ricordo, che subito dopo la festa di S. Rocco faceva domanda « all' Arcivescovo per l'alienazione dei donativi, e con il danaro ritratto « comprarci arredi e restaurare la Chiesa ». Igitur nec ex titulo factarum expensarum sibi aliquid Sodalitas vindicare valet super pertinentia ecclesiae S. Rochi.

Non probata a Sodalitate sua intentione, parocho convento id sufficeret, quia uti ait Card. De Luca Theat. Verit. *de iudic. disc. 2:* « Per non probatum bonum ius actoris reus vincit ». At ulterius Revmi Patres examinantes documenta a parocho producta censuerunt per ea eius bonum ius adstrui circa subiectionem seu pertinentiam Ecclesiae S. Rochi favore parochi S. Mariae a Lapide.

Primo praefatum Oratorium ante erectionem Sodalitatis SSmi Sacramenti spectabat ad paroeciam. Id probatur ex facto oppositionis quam posuit an. 1851 erectioni Sodalitatis a Suffragio in eodem oratorio parochus tunc temporis Laelius Subranni utpote sibi praeiudiciali: parochus in oblato Curiae recursu Oratorium appellat « una chiesa che mi appar« tiene ». Curia vero parochum uti legitimum dominum dictae ecclesiae recognoscens eius assensum necessarium esse die 8 Ianuarii 1852 decrevit: « Dovendo la Congrega erigersi in una Chiesa appartenente al Par« roco locale è di necessità richiederlo si vi annuisca o pur no onde « non violarsi i suoi diritti. » Caeterum de eiusdem assensus necessitate erant informatae etiam piae personae instantes pro erectione dictae Sodalitatis a Suffragio, uti liquet ex instantia ab ipsis porrecta ad Archiepiscopum. « Ella mercè il medesimo (D. Raffaele Valenza) ci fece cono« scere che per ottenere cotesta pia istituzione, bisognava avanzare tre « domande, una al Sig. Intendente, un'altra al Parroco, ed una terza al « Sindaco... ». Anno 1857 in actu S. Visitationis Archiepiscopus De Marinis parocho mandans ut oblationes quotannis factae occasione festi S. Rochi ab eo custodirentur una cum Deputato pro festivitate, eiusdem parochi iurisdictionem super Oratorio recognovit. Iamvero hi actus et declarationes, a Curia emissae, optime probant de Oratorii subiectione, ut habet S. Rota *coram Priolo, dec. 253:* « Quae declaratio (Vicarii Epi« scopi) plurimum attendi debet utpote facta ab informato verisimiliter « de statu et qualitate beneficiorum »; idque iure merito, quia Ordinarii praesumuntur bene informati de statu suarum ecclesiarum.

Quod autem status Ecclesiae S. Rochi non fuerit immutatus per decretum erectionis Sodalitatis SSmi Sacramenti die 28 Iulii 1859 ex eo apparet, quod in decreto neque verbum neque vola recurrit de parochi assensu, et aliunde facile res explicatur ex facto, quod eadem erectio decreta fuit nulla facta altaris vel ecclesiae designatione: hinc ex parte parochi nulla intervenire poterat cessio vel assensus. At aliter res se habuit quando actum est de concedendo praefatae Confraternitati iurepatronatu super altari B. M. V. a Carmelo in eodem Oratorio. Eadem Confraternitas inibi nullum proprium altare habens ex benigna parochi concessione iam a triennio functiones sacras exercebat, uti edicitur in

instantia anni 1862 a Sodalitate exhibita Archiepiscopo pro consequendo dicto altari, tota scripto exarata ab oeconomo curato Paschali Tracanna: « Non ha sino ad oggi un altare proprio a funzionare ». Haec instantia dimissa fuit ab Archiepiscopo De Marinis rescripto: « si provegga giusta « la dimanda nella condizione di non ledersi il diritto di alcuno se mai « vi esistesse ». Deinde in relativo decreto concessionis apposita fuit clausula « salvis iuribus parochialibus ». Hoc rescriptum, sicuti deliberatio qua Sodalitas legitime congregata delegavit priorem Spadaccini ad exhibendam dictam instantiam, modo deperdita sunt: sed de rescripto fidem modo perhibet Cancellarius qui an. 1892 illud vidit adhaerens libro deliberationum Sodalitatis: de actu vero deliberationis cuius relativum folium in libro eodem fuit abscissum, authenticum exemplar in Curiae tabulario fuit inventum et ad hoc Tribunal transmissum.

Neque dicatur quod praeservativa opposita tantum tangebat ea iura, quae Parocho reservantur ratione parochialitatis, et non alia quae .Parochus in praefato Oratorio exercebat ante Sodalitatis erectionem, ut functionum celebratio, collectio et retentio oblationum occasione festi Sancti Roch i, et alia huiusmodi, quia per dictam erectionem status Ecclesiae non fuit immutatus et Sodalitas SSmi Sacramenti an. 1862 patronatum acquisivit restrictive tantum ad altare B. M. V. a Carmelo: ita etiam hoc S. Tribunal in Perusina *Praeeminentiarum die 2 Dec. 1711 coram Ansaldo,* relata a cit. Scarfantonio *t. 2, vot. 2, dec. 35, n. 14:* « Praedicta « clausula - iure tamen parochialis ecclesiae in omnibus semper salvo, - « generice praeservativa omnium et quorumcumque iurium indistincte « ecclesiae parochiali eiusque parocho per antea competentium et exer- « cibilium in eodem loco, praepediebat ne ad quemcunque effectum in « aliquo censeretur immutatus status antiquus privative militans pro paro- « cho, ut bene et punctualiter in terminis etiam caeterarum functionum « nedum iurium parochialium adnotavit Monacell. *in formul, eccles., tit. 13, « par. 1, n. 181 ».*

Ulterius cuncta haec confoventur et roborantur ex prosecuta observantia etiam extante Sodalitate SSmi Sacramenti in Ecclesia S. Rochi: in ea enim parochus seu oeconomus curatus Paschalis Tracanna plures exercuit actus et functiones, quae aperte arguunt Ecclesiae S. Rochi dependentiam a paroeciali non cessasse. Enimvero oeconomus curatus Tracanna an. 1863 temporaneam translationem et asservationem SSmae Eucharistiae in Ecclesia S. Rochi pro duobus mensibus peragit durante restauratione tecti ecclesiae parochialis, et aedificatione muri prospectus principalis: annis 1861, 1862, 1867 parochus instat apud Curiam pro celebratione festi et novenarii S. Rochi cum expositione SSmi Sacra-

menti : an. 1866 idem consequitur facultatem alienandi votiva dona et partem cerae in festo S. Rochi collecta pro necessariis reparationibus Oratorii ; item anno 1864 idem oeconomus curatus Tracanna pro virili obsistit Regio Commissario oppidi Arcismontisplani postulanti sibi tradi donativa vota existentia in tribus capellis S. Caroli, B. M. Virginis gratiarum et S. Rochi et rationem affert sibi ea spectare, quia praefatae capellae sunt ecclesiae sibi spectantes « di mia giurisdizione ». Iam vero hi actus positi ab oeconomo curato cum acquiescentia et patientia iam existentis Sodalitatis SSmi Sacramenti et relevant prosecutam observantiam et vim magnam habent ad declarandum ius ambiguum iuxta ea, quae tradit S. Rota in citata Perusina *n. 22.*

Pariformiter ut alia facta adducantur, cum anno 1868 in ecclesia S. Rochi duo nova altaria fuerint constructa dicata unum B. M. V. de divino Amore et aliud S. Luciae, oeconomus curatus Vezzani petiit ab Archiepiscopo facultatem ea benedicendi et insuper celebrandi septenarium in honorem B. M. V. de divino Amore cum expositione SSmi Sacramenti singulis diebus, cum adnexione 40 dierum indulgentiae in die festi. Sed quaeri potest quo titulo id oeconomus curatus petere poterat, si ecclesia paroeciae non erat subiecta, cum inibi extaret Sodalitas SSmi Sacramenti? Nec ex adverso utiliter posset opponi factum quod oeconomus curatus Tracanna per plures annos extitit etiam capellamis Sodalitatis, primo quia omnes petitiones et alii actus ab eo positi semper apparent signati sub qualitate oeconomi curati : secundo quia ex hisce duae petitiones an. 1867 pro benedictione novorum altarium praeferunt subscriptionem oeconomi curati Vezzani, qui Sodalitatis capellanus non erat.

Nec diversimode sentiendum esse censuerunt Rmi Patres ad trutinam revocantes actum S. Visitationis peractae an. 1883 tempore non suspecto seu pluribus annis ante exortam praesentem quaestionem super impugnato decreto ann. 1907 actualis Archiepiscopi. In praememorato S. Visitationis decreto Ecclesia S. Rochi appellatur succursalis paroeciae, et praescribuntur nonnulla facienda a parocho et nonnulla a Sodalitate SSmi Sacramenti: in eo edicitur SSmum Sacramentum asservari in altari maiore de patronatu Congregationis a Charitate : « per «agevolare l'amministrazione de Sagramenti », et parochus iubetur ut « risarcisca la fodera n eil' interno delia custodia e rinnovi *V* incerata « più grande ». Ex facto vero quod simplex ecclesia sit constituta in adiutorium paroeciae, vel quod in ea SS. Eucharistiae Sacramentum asservatur pro maiori commoditate et servitio fidelium bene deducitur quod dicta ecclesia tamquam filialis subiecta sit paroeciae, uti habet

S. Rota in supra citata decis. Perusina *nn. 5 et 30,* idque eo vel magis quia confratres SSmi Sacramenti usque ab initio in eorum regulis hanc matricitatem seu superioritatem -ecclesiae parochialis recognoverunt: « I « confratelli interverranno ancora in tutte le processioni pubbliche della « chiesa matrice (art. 3). La Confraternita si obbliga di assistere alle « funzioni nella chiesa madre (art. 5) » : et parochus Subranni in oppositione facta pro erectione Sodalitatis a Suffragio in oratorio S. Rochi ad hanc qualitatem pariter appellat: « Tale lotta (pro erectione) ha per « fine di abolire la Chiesa Madre ». Matrix autem Ecclesia, iuxta Barbosa *in collect. Doctor, in cap. ad Audientiam de eccl. aed.* ea dicitur quae habet alias ecclesias sibi subiectas.

Ad hoc accedit quod in inventario a parocho redacto an. 1894 in recensione supellectilium existentium tum in ecclesia paroeciali, tum in aliis ecclesiis ab ea dependentibus, ecclesia S. Rochi inter has adnumeratur ; et in descriptione obiectorum ad eam pertinentium duplex adest distinctus catalogus, rerum nempe Ecclesiae et rerum Sodalitatis a SSmo Sacramento, et enunciantur insuper obiecta quae a parocho pro hac ecclesia usque ab anno 1882 fuerunt acquisita. Age vero haec omnia aperte evincunt eumdem parochum ecclesiam S. Rochi spectasse tamquam adnexam suae paroeciali, si demas altare B. M. V. a Carmelo quod Sodalitas iam ab Archiepiscopo De Marinis obtinuerat pro suis explendis functionibus.

Nec desunt in proposito quatuor testes, qui propter eorum grandaevam respectivam aetatem, nempe an. 70, 75, 78, 68, et propriam scientiam maxime praesumuntur informati de iis, quae in dicta ecclesia successive acciderunt; Hi referunt sub iuramento emisso coram civili magistratu : « che la Confraternita del SSmo Sacramento in Roccamontepiano « non ha mai avuto il dominio della chiesa di S. Rocco, ma in questa « ha avuto un solo altare, ove ha sempre funzionato ; che la Chiesa « di S. Rocco era, prima che vi fosse la Confraternita, officiata dal parroco, che quando occorreva da essa Chiesa prendeva il Viatico per i « moribondi. In una parola detta Chiesa serviva al parroco come suc- « cúrsale della parrocchia per il ministero parrocchiale per non dovere « ricorrere alla Chiesa madre molto lontana ». Cui depositioni accedit testimonium Praesidis Municipii et duorum fratrum defuncti parochi Tracanna, qui item de plena parochi iurisdictione super dicta Ecclesia testantur.

Statuto vero principio dependentiae Ecclesiae S. Rochi a paroeciali S. Mariae de Lapide, Rmi Patres iure merito resolverunt Sodalitati SSmi Sacramenti competere ius explendi functiones non parochiales in proprio

altari, sed sub dependentia parochi: cum enim ipsa sit in ecclesia non propria quamvis unum ex altaribus eiusdem ecclesiae retineat ob obtentum patronatum, necesse est ut in iis peragendis concorditer procedat cum ipsius Ecclesiae rectore seu parocho, a quo dependet: idque cohaerenter ad dispositiones S. RR. Congregationis in Decreto Generali *Urbis et Orbis* diei 10 Dec. 1703 in respons. ad 2um. Proposito enim dubio: « An dictae Confraternitates erectae in capellis, oratoriis tum publicis « quam privatis adnexis parochialibus ecclesiis et ab eis dependentibus « habeant dictam dependentiam a parocho quoad dictas functiones eccle- « siasticas non parochiales » responsum fuit: « Affirmative ». Has autem functiones etiam in aliis altaribus exercere poterit accedente Rectoris eiusdem ecclesiae consensu.

Quo vero ad funera in ecclesia S. Rochi peragenda Rmi Patres iudicarunt ea pertinere ad eumdem parochum, idque ad tramites praecitati decreti Generalis S. RR. Congregationis, quae ad dubium 20 ita propositum: « An ad parochum spectet facere officium funebre super « cadaveribus sepeliendis in saepedictis ecclesiis et oratoriis publicis Con- « fraternitatum » respondit: « Affirmative, quando tumulandus est subiectus parocho, intra cuius fines est ecclesia vel oratorium»: et hoc extensive ad funera adscriptorum Sodalitati, sive ad alios parochi subditos non adscriptos. Quaerenti enim actuali Archiepiscopo Theatino a S. Congr. Concilii: « Utrum responsum ad (relatum) quaesitum 20 « in eodem decreto respiciat omnes indistincte subditos parochi, an eos « tantum qui Confraternitatibus sunt adscripti? » eadem S. C. Concilii die 24 Martii 1906 respondit: « Affirmative ad primam partem; negative ad secundam ». Funebre enim officium consideratur tamquam functio stricte coniuncta cum munere parochiali erga parochianos defunctos: hoc tamen intelligendum citra electionem sepulturae factam a defuncto in aliena ecclesia, vel sepulchrum gentiiicium, quo casu omnia emolumenta cedunt rectori ecclesiae tumulantis, et parocho tantum quarta funeraria reservatur.

Tandem Rmi Patres quoad incerta et oblationes decreverunt standum esse enunciatis dispositionibus in supra relato Archiepiscopi decreto anni 1907 quoad art. 4 et 5. Revera quamvis citatum generale decretum Urbis et Orbis S. Congr. RR. efformet communem legem pro ecclesia in dirimendis controversiis inter capellanos et parochos exortis, non ideo tamen Ordinarii impediuntur, quominus ex iustis causis ab eo aliquando recedere valeant, quoties bonum dioecesis id exigat ut tradit Bened. XIV *in Inst. eccles. 105, n. 94 et 95 in fine.* « Ex hisce quae « hucusque dicta sunt facile deprehenditur S. C. RR. dum parochos inter

« $f cape-llanos dissidia componeret, eam non fuisse mentem ut Epi-« scoporum iurisdictionem infringeret, aut ipsos impediret ne unquam « a decretis ipsis recederent, etiamsi legitima causa interveniat et dioe-« cesis utilitas aliud exposcere videatur »; et in confirmationem citatae doctrinae nonnullis S. G. Concilii declarationibus posterioribus citato generali decreto adductis, in n. 95 ita concludit : « Hae quidem senten-« tiae plane demonstrant magnum inter parochi et Episcopi iura discri-« men interponi et ob decreta quae superius memoravimus, nequaquam » impediri Episcopum ut aliquid iisdem decretis contrarium sanciat, si « opus fuerit ac dioecesis utilitas postulaverit ». Archiepiscopus vero editioni decreti plura praemittit motiva, ut ex ipsius tenore patet, et praesertim hoc « allo scopo di por termine a qualunque diceria e dis-« sidio e tenendo conto delle ultime disposizioni del Concilio, nonché « delle tabelle dei paesi vicini e delle consuetudini locali decretiamo ecc. ». Igitur valori decreti nil detrahendum.

In iure. - Multa iam in praecedentibus fuerunt praeoccupata. Hic tantum sequentia adnotare sufficiat. Apud Canonistas nota est distinctio inter iura parochialia, functiones parochiales, et functiones sacerdotales. Prima sunt quae soli Pastorali ministerio sunt inhaerentia, secundae quae per se sunt solis parochis destinatae, et quae ita dictae sunt ut tradit Bened. XIV, *I. c. n. 92 :* « eo quod ad parochos reipsa pertineant « aut illis saltem conveniant, vel ob naturam munerum, quae cum iuribus « parochialibus omnino copulantur vel ob dignitatem et coniunctionem, « quam habent parochi cum pastorali officio, cuius causa parochus vices « Episcopi gerit et exhibet » : functiones vero sacerdotales sunt quae sunt communicabiles omnibus ecclesiis et sacerdotibus: Van de Burgt *de eccl. p. 1, n. 217,* vel ut ait Bened. XIV, ***I.*** *c.* « illud censendum sacer-« dotale quod non parochiale decernitur ».

Hac posita distinctione si agatur de iuribus vel functionibus paro-chialibus, parochus super hisce fundatam habet intentionem in iure pri-vative ad rectorem cuiuscumque ecclesiae intra limites suae paroeciae existentis : « Domini, ait S. R. Rota *dec. 988, n. 11,* procedendum esse « censuerunt cum distinctione, quatenus enim huiusmodi ius privativum « exercendi functiones ecclesiasticas respiciat eas, quae sunt de iure « parochiales, sane diversimode iudicari non potest, quam favore ipsius « parochi, ad quem procul dubio privative quoad quemcumque rectorem « alterius ecclesiae vel oratorii intra fines suae parochiae existentis, ≮ earum exercitium spectat. Bened. XIV, *I. c. n. 109* ». Aliter autem est iudicandum si agatur de functionibus mere sacerdotalibus, « has enim, « uti prosequitur citata decisio, nullum ius habet parochus prohibendi

« rectori alterius ecclesiae, nisi ita ex aliquo privilegio aut pacto in « fundatione posito statutum esse docuerit ».

Ad has autem discriminandas et quaestiones' saepe saepius exorientes inter confraternitates et parochos componendas die 10 Dec. 1703 prodiit celebre decretum Urbis et Orbis S. RR. Congregationis die 12 Ianuarii 1704 a Summo Pontifice Gem. XI approbatum : et ab hoc decreto recedere non solent RR. Congregationes in huiusmodi controversiis dirimendis, ut testatur cit. Aichner, § *145, n. 4.* Prae oculis habita relatione subiectionis et libertatis, qua iungi inter se ecclesiae possunt, decretum distinguit ecclesias et oratoria in quibus Confraternitates erectae sunt, duplicis generis, dependentia scilicet a parocho et independentia. Dependentia sunt oratoria in ipso parochiali templo sita, dependentes' item ecclesiae et oratoria quae intra limites paroeciae erectae, parochiali ecclesiae sunt adiunctae vel adnexae. Independentes vocantur ecclesiae et oratoria, quae licet inclusae parochiae limitibus, tamen ab ecclesia parochiali disiunctae sunt. Prioris generis ecclesias S. C. subesse parochis declarat in ecclesiasticarum functionum exercitio (in res. ad I et II dub.). Quae quidem subiectio exinde oritur, quod penes parochum regimen est talis oratorii et ecclesiae Bened. XIV *in cit. Instr, n. 162.* Posterioris generis ecclesias vel oratoria non subiacere parochis decernit in exercendis ecclesiasticis functionibus (in res. ad III et IV dub.). Cuius rei causa est quia ecclesiae et oratoria huiusmodi, quaecumque sint, libera a parochorum regimine sunt. Bened. XIV, *I. c, n. 108.* Van de Burgt, *I. c, p. 1, n. 211.* Iam vero alias probatum est ecclesiam seu oratorium S. Rochi loci Roccamontepiano esse subiectum parocho S. Mariae de Lapide sive quia constituit ecclesiam paroeciae succursalem, sive quia parochus in eo actus iurisdictionis exercuit tum ante tum post adventum seu inibi receptionem Sodalitatis SSmi Sacramenti: hinc ipsa in suo altari functiones ecclesiasticas suae Congregationis exercere valebit, sed dependenter a parocho. Perperam igitur urgetur ab adversa defensione in casu applicandam esse decisionem latam recenter die 10 Iulii superioris anni ab hoc Sacro Tribunali in causa « Ugentina - Iurium » coram Persiani, inter Sodalitatem « Mater Misericordiae » loci Castrignano del Capo et eius parochum: haec enim sodalitas erat in propria ecclesia a parocho omnino independenti, ut sequentia decisionis verba indicant : « Rmi Patres animadverterunt Sodalitatem - Mater Mise« ricordiae - loci Castrignano del Capo esse in possessione bis cente« naria ecclesiae Deiparae Immaculatae, quin possessionis huius nulla « appareat imposita conditio, in eaque fini institutionis suae assequendo, « toto hoc tempore volvente, continuo vacasse ». Nec parochus Marga-

rito ullum titulum allegare valuit ad probandam illam ecclesiam sibi subiici.

Esset nunc loquendum de novendialibus supplicationibus, de vesperis et de aliis functionibus quae occasione festi S. Rochi usuveniunt et de aliis extraordinariis functionibus, ut litaniis et responsoriis a pietate fidelium celebrari iussis, necnon de donativis et aliis incertis obvenire solitis in praememorata ecclesia, sed de hisce modo disceptare supervacaneum est, cum alibi demonstratum sit, Ordinarium non impediri ex allegato decreto super iis ad scandalum arcendum opportunas edere provisiones, ut reapse ab Archiepiscopo Theatino decretum fuit sub die 4 Ianuarii 1907.

Quibus omnibus in facto et in iure sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos, infrascripti Auditores pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, proposito dubio, scil.: « An et quae iura « competant Sodalitati SSmi Sacramenti loco - *Roccamonteplano* - sive « supra Ecclesiam S. Rochi, sive supra functiones et funera in ea per- « agenda, sive supra incerta ex iisdem provenientia ac oblationes in « casu » respondemus ut sequitur : Ad I^{am} dubii partem seu quoad iura supra Ecclesiam S. Rochi « Negative », dempto altari B. M. V. a Carmelo, in quo Sodalitas functiones non parochiales peragere valebit sub dependentia parochi iuxta decretum *Urbis et Orbis* S. RR. Congregationis diei 10 Dec. 1703. Ad II^{am} dubii partem seu quoad funera, ea spectare parocho ad tramitem resolutionis S. C. Concilii diei 21 Martii 1907 in responso ad II^{um}. Ad tertiam dubii partem seu quoad incerta et oblationes standum esse decreto Archiepiscopi Theatini diei 4 Ianuarii 1907 : et ita decernimus et declaramus et definitive sententiamus, statuentes insuper expensas praesentis iudicii inter partes esse compensatas.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV, de Ee form. Conc. Trid.;* iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 23 Martii 1911.

Iosephus Mori, *Ponens.*

L.)$i S.

Fridericus Cattani.

Antonius Perathoner.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

IL

MEGHOAGAN.

CREDITI.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die 1 Iunii 1911, BR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Ponens, *Seraphinus Manu et Aloysius Sincero, Auditores de turno, in causa* « Mechoacan. - Crediti » *inter DD. Angelam et Mariam Garrasquedo repraesentatas per legitimum procuratorem Vincentium Adv. Sacconi et S. Provinciam Mechoacan. - Eremitarum S. Augustini repraesentatam per legitimum procuratorem Thomam Adv. Ambrosetti, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

P. Ignatius Gracia, Prior Ordinis Eremitarum S. Augustini in provincia Mechoacan. in Mexico, die 12 Aprilis 1856 publico instrumento Sac. Mucio Valdo vinos latifundium a S. Monica denominatum locavit ad novem annos, annua conventa mercede 11,000 scutatorum (vulgo *pesos).* Declarat insuper in eodem instrumento P. Gracia se accepisse a Mucio summam 22,000 scutatorum in anticipatam pensionem duobus annis locationis correspondentem. Huc animadvertere praestat: 1.° non agi in casu de vera ac proprie dicta locatione, cum iam fundus pluribus aliis conductoribus locatus esset; hinc novus conductor non aliud ius adeptus fuit quam illud, exigendi videlicet mercedes a praeexistentibus conductoribus; 2.° Revmum Valdovinos usque ad ann. 1845, quo anno obtinuit a S. Sede indultum saecularizationis, fuisse adscriptum Ordini Augustinianorum, et in eo praestantiora munera exercuisse.

Duobus vix exactis mensibus ab inita conventione, ob luctuosa tempora, quae tunc Mexicanae imminebant Ecclesiae, die 25 Iunii promulgata fuit lex : « Dei dissarmortamento delle proprietà ecclesiastiche » cuius legis art. I, ita sonat: « Tutti i beni rustici ed urbani, che oggi hanno « ed amministrano le corporazioni civili ed ecclesiastiche della repu- « blica, si aggiudicheranno in proprietà a quelli che le hanno in affitto, « per il prezzo corrispondente alla corrisposta che attualmente pagano ». Rdo. Mucio post editam hanc nefariam legem: « non convenendogli per « giusta ragione continuare nell'affitto della tenuta di S. Monica *»,(Sum. addit. Doc n. 13)* placuit rescindere locationem 12 Aprilis 1856, et revera rescissa fuit publica scriptura diei 15 Sept. eiusdem anni, signata ab

eodem Mucio et a P. Ignatio Contreras, Commissario provinciali et successore Prioris Gracia. Relate ad annuas duas pensiones anticipatas in eadem scriptura legitur: « Offre (Mucio V.) di accomodarsi colla riferita « Provincia, e se per caso questo non potesse verificarsi, perseguiterà giu- « dizialmente i proventi della tenuta di S. Monica, al quai scopo si faccia « formale ipoteca ». Hac non obstante cautione, praefatus Contreras alio instrumento 6 Nov. 1857 Rdo. Valdovinos promisit restitutionem summae 22,000 scutatorum cum usuris semestralibus eique publica nomina (Buoni) vendenda tradidit, quorum pretium computandum esset in debiti solutionem. Legimus enim: « In conseguenza di quest' obbligo cede e tra- « sferisce detta S. Provincia al nominato Sig. Valdovinos i buoni, che « ha incarico di ritirare dal supremo Governo, e che rappresentano la «conversione del debito a favor suo per le somme, con le quali con- « tribui alla somma di 600,000 scudi, che la S. Mitra diede al Governo « generale. Venduti che siano detti buoni al prezzo corrente, li abbo- « nera detto Signore ai redditi e capitale, ripetendo io il R. P. M. Pro- « vinciale, che per essere iJ debito così sacro, metterò in azione ogni « risorsa, perchè dentro l'anno rimanga estinto ». Valor titulorum aequavit summam 7000 scut. quam summam, secus ac conventum erat, P. V. Contreras iussit tradi D. Raphaeli Cancino S. Provinciae procuratori; quod M. Valdovinos tandem aliquando et pro parte tantummodo perfecit; sed quibus adhibitis mediis, inferius patebit.

Interea supremum diem obiit Rev. Mucius et in suo publico testamento 26 Iulii 1864 heredem instituit sororem suam Raymundam, cui successit Eleonora eius neptis: haec autem inscripsit per testamentum 2 Septembris 1880 haeredes suas filias Mariam et Angelam Carrasquedo, quae per Ioannem Infante Angelae maritum die 24 Oct. 1904 S. Provinciam Mechoacanensem in ius vocarunt coram Ordinario Urbis Moreliae pro restitutione 22,000 scutatorum de quibus in scriptura a P. Gracia subscripta 12 Aprilis 1856, nec non ex instrumento 6 Nov. 1857. Augustiniani exceperunt privilegium exemptionis ab Ordinariorum iurisdictione. Sed Vicarius Generalis Moreliae iudicis munere fungens duabus sententiis exceptionem reiecit et se competentem esse declarans, controversiam in merito definivit die 24 Iulii 1908 pronuncians Augustinianos teneri debiti atque usurarum quoad ultimum quinquennium solutioni. Fratres Augustiniani ad S. Sedem provocarunt et deinde causa a S. Congregatione de Religiosis, instante procuratore sororum Carrasquedo, ex rescripto SSmi 6 Aprilis 1909 ad nostrum Sacrum Ordinem conscendit et hodie disceptanda proponitur sequentibus duobus concordatis dubiis.

I. An sententia Vicarii Generalis Moreliae diei 24 Iulii 1908 nulla

sit ob incompetentiam, vel potius valida sit et transierit in rem iudicatam.

II. An Augustiniani solvere debeant Dominis Angelae et Mariae Carrasquedo summam nummorum (vulgo *pesos)* 22,000 cum foenere in casu.

Ad I. Neminem latet privilegium exemptionis a iurisdictione Episcoporum, quod competit Regularibus, et praesertim Ordinibus Mendieantibus, qualis est Ordo Eremitarum S. Augustini, hoc secumferre, ut conveniri nequeant coram Ordinariis locorum in causis criminalibus et civilibus. Non fuisse hoc privilegium abrogatum per cap. 1, Inn. IV, *De privilegiis* in VI, quoad Regulares in genere probat fuse Fagnanus, in *cap. 11, De privilegiis.* Decret. Greg. IV, a n. 10 usque ad finem et declaravit Paulus V ex sententia S. Congregationis Conc. in const. *Religiosorum* 24 Augusti 1607 *(Bull. Rom. Tom. XI, pag. 435).*

Quoad Fratres Eremitas S. Augustini in specie sufficiat allegare duas constitutiones, quae rem extra omne dubium ponunt. Prima est dem. VI, *Ad fructus uberes,* XIV Kal. Aug. 1346, « in qua Augustinianis « indulget, ut coram quibusvis dioecesanis et locorum Ordinariis, ac aliis « iudicibus quibuscumque ratione delicti, contractus, seu rei, de qua « agitur, conveniri nullatenus possint, fel. rec. Inn. Papae IV et aliis « constitutionibus non obstantibus quibuscumque ». Secunda est Sixti IV, *Dum fructus uberes,* VII Idus Febr. 1474, « in qua decernit omnia, quae « contra fratres, domos et loca fierent nullius roboris ac momenti esse, « et pro infectis habenda, etiam ratione cuiuscumque contractus, vel « delicti, seu rei, de qua ageretur, ubicumque ineatur contractus, com« mittatur delictum, et res ipsa consistat ». Hanc Sixti IV constitutionem confirmavit Iulius II in Brevi « *Etsi ad benemerendum* » 1 Iunii 1502. Unde ambigendum non est quod Augustiniani conveniri nequeant apud Ordinarios locorum pro delictis, contractibus, aut rebus, etiam in loco non exempto sitis. Si ergo in causa praesenti concedamus scripturam diei 6 Nov. 1857, pro qua Augustiniani Provinciae Mechoacan conventi sunt apud Ordinarium Mechoacanensem peractam fuisse in loco non exempto, seu extra conventum, concludendum est praefatum Ordinarium fuisse incompetentem, eiusque sententiam fuisse et esse nullam.

Adversus hanc conclusionem duae fieri possunt difficultates.

Prima venit ex Greg. XV constitutione « *Sanctissimus* » 20 Septembris 1621 in qua § 6 et 7 R. P. praecipit, ut regulares infra duos menses a promulgatione constitutionis in Italia, et sex menses extra Italiam sibi eligant Conservatores iuxta formam ibi praescriptam « alioquin, (pergit « Pontifex), eo termino elapso, quamdiu Conservatores secundum for-

« mam praesentis constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinariis « conveniantur ». Quae constitutio extenditur ad quoscumque regulares, etiam Mendicantes, uti patet ex clausulis perquam efficacissimis, quas Pontifex in fine apposuit; et ita decisum est a S. Congr. Conc. die 16 Apr. 1648 ad V et VI; quas decisiones confirmavit et promulgavit Innoc. X in Bulla « *Cum sicut accepimus* » diei 14 Maii 1643 alias 1653.

Verum difficultas evanescit si considerentur tempora subsequentia. Etenim Clemens XIII const. « *Cum omnium* » 18 Apr. 1762 ob incommoda et pericula omnis generis, quae in partibus infidelium oriebantur ex electione Conservatorum, expresse declaravit non expedire, ut regulares quicumque, etiam Mendicantes, in locis Missionum suis privilegiis habendi iudices conservatores uterentur. Cum autem eadem incommoda et pericula, eiiam in nationibus sub ordinaria iurisdictione hierarchiae ecclesiasticae constitutis occurrerent, paulatim factum est, attenta praedicta constitutione Clem. XIII, ut usus iudicum conservatorum ubique minueretur, ac sensim extingueretur, quod praecipue evenit nostris diebus, uti adnotant Santi, *Praelectiones iuris canonici in Tit. XXIX, Lib. I:* « hodiernis moribus auctoritas, seu iurisdictio conservatorum « fere disparuit et negotia omnia regularium et aliorum coetuum privi- « legiatorum quoad eorum privilegia ordinarie tractantur et definiuntur « a SS. Congregationibus ». Lombardi, *Iuris canonici privati institutiones, Tom. I1Í, pag. 416, secund. edit.* « Hodie conservatorum usus mini- « mus est imo forsan nullus », et P. Wernz, *Ius Decretalium, Tom. III, es. 699:* « Inde a tempore Clementis XIII, const. *Cum omnium,* 28 Apri- « lis 1762, disciplina ecclesiastica ita videtur esse immutata, ut officium « et privilegium conservatorum non amplius sit practici momenti ». Extincta autem iudicum conservatorum auctoritate, extincta pariter dici debet sanctio poenalis a Greg. XV apposita contra regulares non eligentes conservatores.

Altera difficultas oritur ex *cap. 14, Sess. VII, de Ref.,* Conc. Trid., in quo S. Synodus sancit « quod in civilibus causis mercedum et mi- « serabilium personarum clerici saeculares, aut regulares extra mona- « sterium degentes, quomodolibet exempti etiam si certum iudicem a « Sede Apostolica deputatum in partibus habeant; in aliis vero, si ipsum « iudicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tanquam in hoc ab « ipsa Sede delegatis conveniri, et iure medio ad solvendum debitum « cogi et compelli possint, privilegiis, exemptionibus, conservatorum depu- « tationibus et eorum inhibitionibus adversus praemissa nequaquam vali- « turis ». Tridentinae dispositioni addendum est decretum Urbani VIII « *Cum saepe contingat* » 25 Iunii 1625.

At nullo etiam in pretio habendam esse hanc difficultatem evincitur si attendatur praesens Augustinianorum conditio in republica Mexicana. Per eos enim non stat, quominus habitent in conventibus recte ordinatis, et requisito numero ; vi enim expulsi fuere a propriis conventibus, omniaque eorum bona mobilia atque immobilia confiscata, et nonnisi cum magnis laboribus, expensis ac difficultatibus hodie vitam pristinam, et antiqua opera in praefata republica redintegrare nituntur. Quod testatur iudex primae instantiae in sententia interlocutoria diei 1 Augusti 1905 circa finem. « Le circostanze pub« bliche non permettono loro F esatta osservanza delle loro regole, nè « vivere abitualmente in comunità; giacché con difficoltà possono radu« narsi in una casa tre o quattro Sacerdoti, e questo non in una « maniera permanente, ma piuttosto in modo accidentale ». Porro in his arduis adiunctis, nimis durum foret, et aequitati canonicae contra rium conditionem eorum ad strictos iuris ápices iudicare eosque habere uti extra monasteria degentes, et ita privatos exemptionis privilegio declarare. Non enim afflictioni afflictio addenda est, nec ea mens fuit Patrum Concilii Tridentini atque Urbani VIII. Revera, quoties regulares vi expulsi sunt e suis conventibus, mitiori modo cum eis agere soliti fuere Romani Pontifices. Sic, ut unum, aut alterum afferatur exemplum, Pius VII in restitutione Ordinum regularium in Urbe, dum iubet in singulos conventus convenire saltem 12 regulares, permittit tamen, ubi id impossibile est, eos convenire minori numero, ne retardetur instauratio conventuum (Decreto « *Ubi primum* » 22 Aug. 1814). Hisce ultimis temporibus in Italia civiliter suppressis conventibus permisit S. Sedes, organo S. Poenitentiariae, ut si tres saltem regulares, quorum unus saltem sit sacerdos, conveniant, exempti habeantur ab Ordinariorum iurisdictione *(Acta S. Sedis, Tom. XXVII, pag. 110-111).*

Stat ergo privilegium exemptionis Augustinianorum, et nullitas sententiae latae a iudice Moreliae, quae proinde sententia neque in rem iudicatam transiit, etiamsi ab ea intra decendium non fuerit pro vocatum. « Multae causae sunt (scribit Devoti, *Lib. III, De sent. et re iud., « it. 14)* in quibus sententiae vim nunquam obtinent rei iudicatae, quam« quam appellatum non sit, atque idcirco recte revocantur.... item sen« tentiae latae a iudice incompetente ».

Ad II. Tres sunt hoc in secundo dubio instituendae quaestiones. Et primum inquirendum est in vim et valorem documentorum, ex quibus scatet creditum, conventionis praesertim 12 Aprilis 1856. — Eremitae Augustiniani provinciae Mechoacanensis quoad validitatem instrumentorum omnium et contractuum eorum bona atficientium, quasdam

solemnitates ita necessario observare debent, ut, eisdem neglectis, ruat pro eadem Provincia cuiuscumque obligationis fundamentum. Haec praescriptio, iuri ceteroquin communi conformis, innovata fuit in capitulo provinciali an. 1844 can. 2 his verbis: « Il M. R. P. non potrà fare con« tratto alcuno di entità, come comprare, vendere e gravare i fondi, nè « disporre di somme considerevoli senza l'accordo e consentimento del « Ven. Definitorio ». Quod decretum approbationem obtinuit a S. C. EE. et RR. d. 7 Febr. 1845 et renovatum fuit in altero Augustinianorum capitulo habito mense Nov. 1854. De hisce solemnitatibus edoctus erat Rev. Valdovinos. Ipse enim non solum praefuit capitulo provinciali a. 1844, sed die 10 Oct. 1842 nomine Provinciae, cuius erat Procurator, Dno Gaietano Gomez praedium *Taratan.* locavit per publicum instrumentum, cui testimonia rite alligata fuere, a Secretario Provinciae subscripta de assensu et de praestita auctoritate tum Prioris provincialis, tum Ven. Defmitorii. Iamvero in themate negotium initum a Mucio Valdovinos cum S. Provincia non erat vera ac propria locatio-conductio, uti iam supra dictum est, sed potius cessio^ iurium venditioni aequiparanda; nam denegandum non est eum in finem contractum factum fuisse, ut Mucius aliis conductoribus praeferiretur et deinde proprietarius evaderet ad normam artic. I legis 25 Iunii 1856. Haec itaque locatio, cessio, aut venditio fieri non poterat absque consensu Deffinitorii, quin loquamur de necessitate obtinendi beneplacitum Apostolicum. In instrumento autem ne verbum quidem habetur de hoc consensu.

Neque dicendum Priorem Gracia egisse « usando delle ampie fa« colta, che gli sono state concesse ». Haec enim expressio nimis vaga est, et, uti recte adnotat Augustinianorum Patronus, in re tam gravis momenti non satis erat mandatum allegare, sed hoc erat omnino exhibendum, praesertim cum praefatus Gracia ita nobis observantissimus exhibetur sui Ordinis constitutionum, ut die 13 Aprilis 1856, i. e. unum post diem a locatione peracta praedii S. Monicae, in altero locationis contractu inter S. Provinciam et Dnum Lambarri circa latifundium S. Nicolai petierit et obtinuerit requisitam Definitorii auctoritatem. Ceterum non est hac super re diutius immorandum, cum Mucius in epistola 5 Aug. 1856 ad P. Graciam implicitis verbis fateatur defectum solemnitatum *(Sum. addit. pag. 37).* Concludendum itaque est, contractum, de quo in casu, nullum esse quoad S. Provinciam.

Verum, admissa etiam tamquam valida Valdovinos inter et Graciam conventione, quaestio secundo loco instituenda est de veritate et existentia crediti ; siquidem multa in actis occurrunt, quae creditum aut

simulatimi, aut solutum fuisse evincere videntur. Potiora brevitatis causa indicabimus.

Rev. Mucius Valdovinos post conventionem 12 Apr. 1856 sollicitus non fuit capere possessionem de latifundio eidem locato : et rescissa locatione, secus ac in scriptura 15 Sept. statutum • fuit, permisit ut Michael Gonzalez, qua S. Provinciae procurator, mercedes exigeret ab antiquis conductoribus nomine et in favorem eiusdem S. Provinciae.

Dictum sapra est P. Vincentium Contreras praefato Mucio tradidisse publica nomina a religiosis detenta eum in finem, ut ea venderet et in debiti solutionem computaret. At in primis constat Valdovinos, qui ad normam instrumenti verus cessionarius ac dominus titulorum esse debebat, eadem ipsa die, qua instrumentum confectum fuit, a publico Ministro in urbe Moreliae testimonium petiisse de summa totali, quam S. Provincia expendit vi mutui coactivi, idque non suo nomine fecisse sed qua Augustinianorum Procurator. Constat insuper P. Vincentium Contreras, qui Sac. Valdovinos titulos in solutum cesserai per epistolam diei 24 Marti 1859 monuisse Vicarium Provincialem Blasium Enciso, ut per Dnum Raphaelem Cancino Provinciae procuratorem exigeret a Mucio debitum 7000 scutatorum. « Domani parto per Veracruz..... « Il 27 del corrente deve liquidare e pagare un conto di buoni il P.'Val- « dovinos, che è di 7000 scudi e resta incaricato di riscuoterli il Signor « Cancino ». Nec satis: Procurator R. Cancino literam cambii (cambiale) obtinuit a Rev. Mucio aequantem summam 7000 scutatorum : at die conventa debitum solutum non fuit; unde idem Cancino in epistola 13 Apr. 1859 praefato Biasio Enciso haec retulit : « Scadde effettiva- « mente la cambiale di sc. 7000 il 27 del mese prossimo passato a carico « del P. D. Mucio Valdovinos, ma non fu pagata e dovei farla prote- « stare avanti il Notaio lo stesso giorno perchè non perda la sua forza « esecutiva, e come si pratica nel commercio. Le istruzioni che intorno « a questo affare mi lasciò il R. P. Contreras furono di procedere senza « perdita di tempo giudizialmente, ma vedendo prima mimo Sig. Mun- « guja *(Archiepiscopum Moreliae)* per fargli sapere questo affare ». Hoc in causa fuit, cur Vicarius Provincialis Enciso coadunaverit Patres die 16 Augusti 1859, atque ab iis petierit: « che misure dovevano prendersi « per costringere il Sig. Sacerdote D. Mucio Valdovinos a fare il pagamento « dei 7000 scudi che deve alla Provincia, dei Buoni che ricevè e vendè « per commissione del N. M. R. Maestro Rettore Provinciale Fr. Vin- « cenzo Contreras ; e le SS. PP. MM. RR. fecero attenzione e risolve- « rono che si scrivesse al Procuratore della Provincia in Messico D. Raf- « faele Cancino perchè lo citi colf azione, la quale in diritto è più

« propria del caso, qualunque essa sia davanti l'autorità rispettiva per « non aver corrisposto quel Signore alla fiducia che in lui fu riposta ».

Qua autem diligentia instructiones Ven. Definitorii prosequutus fuerit Cancino patet ex eo quod minis coactus Rev. Valdovinos, ut de solutione creditoribus caveret, publico instrumento diei 13 Iunii 1860 sua praedia haereditaria *Calvario* ac *Calabozo* nuncupata, quoad partem ad ipsum spectantem, hypothecae subiici permisit, interveniente hoc in actu Dno Iosepho de la Lama, Procuratore S. Provinciae ad lites. Nihilominus, elapsis duobus annis et sex mensibus a celebrata scriptura, Valdovinos pecuniam haud solvit, qua de re solers Cancino emptorem invenit praediorum quae hypothecae erant subiecta, Franciscum videlicet Roman, qui praedia acquisivit summa 4500 scutatorum.

Iamvero, admissa veritate atque existentia crediti, incredibile est Rev. Mucium passum fuisse ad extinctionem debiti 7000 scutatorum propria bona hypothecae ac venditioni subiici, numquam Cancino restitisse et maiorem summam sibi ab Augustinianis debitam protestatum non fuisse neque coram iudicibus, nec coram publicis Notariis. Et notandum quod non agebatur de negotio occulto, sed de credito, quod erat in propatulo, publico scatens instrumento. Valdovinos praeterea iis in adiunctis reperiebatur, ut creditum suum exigere debuisset, si revera creditor extitisset. Scribebat enim D. Cancino Provinciali Enciso: « Così « è che la questione principale qui è di sapere che beni possiede il Val- « dovinos e Lei farà un gran servizio alla sua Provincia se ne scopre « alcuno e me lo comunica, perchè in Messico niente possiede il debitore « neppure la mobilia, perchè abita in un hôtel ».

Hic accedit quod Mucius in suis testamentis, uno privato diei 8 Iunii 1864, altero publico diei 26 Iulii eiusdem anni, altum silentium tenet de credito 22.000 scutatorum. Imo in publico primitus declarat adeo modica esse eius bona, ut funus exoptet « colla decenza, che per- « mettono le mie piccole risorse ». Enumerat deinde testator omnia sua eredita etiam minima, etiam inexigibilia uti creditum 25 scutatorum adversus quendam prolytam Ioannem Nepomucenum Tecero ; facit quoque mentionem de debitis, at nihil de ingenti summa credita Augustinianis. In fine tandem mandat haeredi, ut omnia sua bona vendat ad hoc ut « col prodotto loro adempia e paghi tutte le mie disposizioni « entro il termine legale ». Haec autem bonorum venditio haud necessaria erat, quia haeres abunde poterat testamentarias dispositiones exequi summa 22.000 scut. si revera praedictae summae Mucius dominus extitisset. Neque opponatur Rev. Mucium in eodem testamento reliquisse « i diritti ed azioni, che ho alFaffitto della tenuta di S. Monica,

« proprietà dei Padri Agostiniani di Mechoacan ». Siquidem non posse haec verba ad creditum referri, patet: 1.° ex ipsa verborum significatione; aliud enim est ius ad locationem, aliud ad aliquam summam repetendam: 2.° ex testamento privato, ubi Valdovinos eadem iura circa contractum tuetur animadvertens: « Deve dunque, ristabilito l'ordine, la « mia erede promuovere questo affare ». Iam vero cum sciret testator contractum locationis rescissum fuisse die 15 Sept. 1856, ad repetendas anticipatas solutiones non erat certe necesse, ut ordo restitueretur. Fortasse putabat bonus Mucius (at nescitur quo fundamento) conventionem adhuc in suo robore existere coram Gubernio Mexicano, eique competere iura, quae conductoribus bonorum obveniebant ex saepius citata lege 25 Iunii 1856.

Haec, aliis omissis, satis esse possunt, ut ad unam vel ad aliam descendamus conclusionem, ut dicamus nempe vel creditum fuisse simulatum, vel omnino solutum. Simulationem crediti strenue propugnat Augustinianorum Patronus, et ex actis patet, quod statim ab initio initae conventionis 12 Apr. 1856 rumor factus fuit eamdem simulatam fuisse, qua de re frater Mucii questus fuit apud iudicem Moreliae die 21 Augusti 1856. At reiecta simulatione, cogimur admittere solutionem debiti. Etenim, etsi Eremitae Augustiniani syngrapham de facta solutione exhibere nequeant, facta superius recensita, praesumptiones, signa et argumenta talia sunt in genere suo, quae iudicem non solum movent, sed cogunt ad credendum creditum fuisse solutum. « Qui vim publicorum « actuum, publicique instrumenti studet elidere, nisi quietantiam afferat, « utatur saltem eius indolis indiciis et argumentis, quae quietantiae « similia sint, induantque scripturae speciem, quae de solutione indu« biam fidem faciant ». Rota - *Beneventana - pecuniaria* - 12 Martii 1823 coram Marco. Hoc etiam docet Mascardus - *De Probationibus - Conci. 13, n. 2,* et cum eo communiter Doctores.

At, posita etiam veritate atque existentia crediti, deneganda non est tertio loco favore Augustinianorum praescriptio. Agitur in casu de praescriptione, quae dicitur liberativa, qua revera extingui posse debita nemo est qui neget, modo adsint requisitae conditiones, et praesertim in themate, bona fides ac tempus.

Âd bonam fidem quod attinet; haec in causa praesenti consistit in ignorantia debiti, quod patetur non existens, aut solutum, vel alio modo extinctum. Porro certe in bona fide erant Patres Augustiniani, qui sedebant in Definitoriis habitis diebus 6 et 16 Aug. an. 1859, qui omnes statuerunt de modo adigendi Mucium ad solvendum debitum 7000 scutatorum erga S. Provinciam, et mandabant Procuratori Cancino, ut eum-

dem actione competenti apud iudicem conveniret. Bonam fidem quoque habuit P. Vincentius Contreras; secus enim summa perfìdia notandus esset in sua agendi ratione adversus Valdovinos. Quod si in eo malam fidem agnoscere velimus, haec non potuit nocere P. Provinciali Enciso, quia, si mala fides Auctoris nocet illi, qui haeres est titulo universali, mala fides Praelati nocere nequit successori, qui officium obtinet non iure hereditatis, sed iure electionis et confirmationis ab auctoritate competenti. Haec autem bona fides Patrum anni 1859 perseverasse praesumitur in successoribus, tum quia nihil prorsus in actis occurrit, quod levissimam suspicionem ingerat de mala fide successorum, tum quia Patronus sororum Carrasquedo nihil affert, quod demonstret, aut etiam supponat S. Provinciam mala fide aliquando laborasse circa praedictum creditum.

At si bona fides in dubium revocari non potest, nec tempus defuit ad praescribendum a iure requisitum. Tempus in praescriptione iiberativa est triginta annorum et decurrere incipit non a die, quo constitutus est titulus crediti, sed a die, quo creditor iure exigere potest creditum suum ; contra enim non valentem agere non currit praescriptio. Porro in casu Commissarius Provincialis Contreras instrumento diei 6 Nov. 1857 se obstrinxit ad solvendum debitum intra annum his verbis: «metterò « in azione ogni mezzo, perchè (il debito) entro l'anno rimanga estinto ». Igitur post annum, i. e. iam a die 6 Nov. 1858 debitum repetere iure poterat Mucius, eo magis, quod ipse optime sciebat S. Provinciam non caruisse pecunia ad solvendum praefatum debitum. Quotannis enim eidem S. Provinciae obveniebant 11,000 scutata ex latifundio S. Monicae, 8,000 ex latifundio Taritan, 12,000 ex praedio S. Nicolai, omissis aliis reditibus minoribus.

His animadversis, diligenterque perpensis, invocato Christi nomine, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus : 1.° sententiam Curiae Moreliae diei 24 Iulii 1908 nullam esse ob incompetentiam; 2.° Augustinianos non teneri ad solvendam summam 22,000 scutatorum (vulgo *pesos).*

Statuimus praeterea expensas iudiciales esse inter partes compensandas.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni demandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV de reform.* Concilii Tridentini,

iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae 1 Iunii 1911.

Guilelmus Sebastianeiii, *Ponens.*
L. £ß S. Seraphinus Many
Aloysius Sincero.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

III.

PATRIARCHATUS

RITUS GRAECI-CATHOLIGI IN AEGYPTO.

ADOPTIONIS. (SAKAKINI-CASSAB).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die 10 Iunii 1911, BR. PP. DD. Auditores M. Lega Decanus Ponens, *Antonius Perathoner, Ioseph Alberti, videntes in causa* « Patriarchatus Ritus Graeci-Catholici in Aegypto - Adoptionis » *inter Dnum Sakakini Habib Comitem et Sakakini Henricum praesumptum adoptatum, appellantes, repraesentatos per Vincentium Sacconi procuratorem, advocatum; et Dnum Georgium Cassab eiusque sororem ex alia parte, appellatos, interveniente et disceptante in causa pro iuris et legis tutela Promotore Iustitiae, sequentem tulerunt sententiam.*

Habib Sakakini Comes, in Urbe *Cairo* in Aegypto ortus, uxorem duxit die 10 ianuarii 1880 Mariam Cassab, quae unum tantum genuit filium, immatura morte praereptum. Coniuges, spe amissa ob morbos quibus Maria laborabat alios filios suscipiendi, ne filiorum solatio destituerentur, quemdam puerum, qui Alexandriae in publico asylo puerorum derelictorum alebatur, domi receperunt duos annos natum, eumque apud se paterna cura educarunt. Cum hic ad aetatem undecim annorum adoleverit, Sakakini Comes eum in filium adoptare statuit et, annuente Maria, adoptionis actus positus est coram Vicario Patriarchali Ritus Graeci-catholici in urbe *Cairo* die 2 iunii 1900.

Non multo post, seu anno 1906 mense aprili, ex hac vita discessu Maria Cassab, Sakakini uxor. Haec filios non reliquit. De eius hereditate capessenda quaestio orta est. Ab ista excludere praesumptum filium adoptivum Henricum omni studio conati sunt frater Mariae Geor-

gius et eius soror Farida, cives Aegyptii, urbem *Cairo* incolentes, contendentes ex adoptione, etsi legitima et valida haec fuisse dicatur, nullum neque adoptanti neque adoptato fluere ius ad obtinendam Mariae Gassab hereditatem. - Ex adverso Sakakini contendunt, nec adoptior nem nec ius inde fluens ad hereditatem in quaestionem adduci posse, cum hoc pene evidens sit.

Antequam haec controversia ad nostram audientiam perveniret, plures instantias iudiciales experta est in tribunalibus sive ecclesiasticis sive civilibus regionis Aegyptiae. Hoc enim est singulare in hac regione ditioni Imperii Mahumedani subiecta ut, propter tantam quae intercedit differentiam inter leges christianas et Mahumedanas, in eo quod ad familiarum iuridicam constitutionem attinet et mutuas relationes in familiae membra inde manantes, Christifidelibus facta sit facultas hisce in negotiis utendi suis legibus *Christiano-canonicis* unde consistit status personarum seu *statut personnel,* uti perpendit sententia Patriarchalis diei 14 martii 1909 : « Attendu que pour décider sur la validité de cet acte « (adoptionis) on doit prendre en considération et faire application des « lois religieuses chrétiennes connues sous le nom de droit canon ou « canons ecclésiastiques, car les communautés non musulmanes en ce « qui concerne le statut personnel . . . . ».

Quum Christifidelibus *statutum personale* intactum relictum fuerit, consequutum est ut cognitio quaestionum hac de re forte natarum tribueretur iurisdictioni Antistitum sacrorum, quia constitutionis familiaris cardo et fundamentum habetur in matrimonii sacramento. Verum in hisce negotiis tribunal patriarchale sibi assumit viros quoque laicos quasi tribunalis adsessores cum voto deliberativo, quod apprime consentaneum est cum iudiciali competentia respiciente Christianorum *statutum personale.*

In themate, instantia iudicialis primo promota fuit a Georgio Cassab adversus Sakakini Comitem Habib, eiusque praesumptum adoptivum filium Henricum," apud tribunal civile cui nomen Mekhemè Chariéh ad effectum expetendi sibi et sorori hereditatem de mortuae sororis Sakakini. Interea Dna Farida Cassab, vidua Dñi Pathalloh Natíos, Georgii soror, adiit tribunal Patriarchale ritus graeci catholici in urbe *Cairo* expetens « de lui délivrer un certificat légal constatant le décès de sa sœur ger- « maine feue Mariette Cassab épouse Sakakini . . . . et que les seules « ayant droit à son héritage sont elle, la requérant, son frère germain « George Cassab bey et Sakakini Pacha; et à rejeter comme inexistentes «les prétentions du nommé Henri Sakakini que la défunte l'aurait « constitué son héritier par un acte d'adoption ». Cui petitioni contra-

dicentes Comes Sakakini et Henricus, praesumptus adoptatus, exceperunt adversus Tribunalis Patriarchalis competentiam, et exinde eorum procurator « a soutenu, en envoquant *Y art. 18* du *Haiti Humayouni, « 18 Février 1856,* que le Patriarcat est incompétent pour connaître de « cette affaire parce que les parties ne sont point d'accord pour reconnaître sa compétence et que Cassab bey a précédemment introduit une « action devant les tribunaux pour faire attribuer l'héritage de la dé« funte ». Tribunal vero Patriarchale, die 23 decemb. 1908 edixit: «Le « Tribunal se déclare incompétent pour statuer sur la demande de la « succession de feue Mariette Sakakini et se déclare compétent pour sta« tuer et décider sur la question de l'adoption ».

Cornes Sakakini institit in exceptione *absolutae* incompetentiae tribunalis Patriarchalis, sed hoc non obstante, eaque reiecta, die *14 martii 1909* istud decrevit : « La cour décide le rejet de l'exception d'incom« pétence soulevée une seconde fois par Henri Sakakini, dit et juge que «la.dame Faride Cassab, veuve de feu Pathalloh bey Nahos, et son « frère germain George Cassab bey ont qualité et intérêt à introduire « la présente cause ; statuant au fond, déclare nul et sans valeur l'acte « d'adoption du *2 juin 1900* fait par la dame Mariette Sakakini et son « mari le comte Sakakini Pacha au profit de Henri Sakakini ».

Adversus hanc sententiam Comes Sakakini et praesumptus adoptatus recursum habuerunt ad S. Sedem ; SSmus vero Pater rem ablegavit H. S. Trib. rescripto commissionis.

De H. S. Tribunalis incompetentia excepit Georgius Cassab, eo quod res non esset, in casu, de negotio spirituali sed in audientia diei *6 maii 1910, proposita causa per memoriale,* auditisque partium procuratoribus per oralem discussionem, rejecta fuit exceptio incompetentiae sequenti decreto : « *Attento quod rescriptum Pontificiae Commissionis, « per se non impedit quominus cognosci valeat et definiri de exceptione « praeiudiciali declinatoria fori ob incompetentiam ratione personarum ; « attento quod in casu agitur de valore adoptionis quae est causa connexa « cum re matrimoniali praecipue ob impedimentum cognationis legalis ; « attento quod hac potissimum de causa integrum erat parti actrici insti« tuer e appellationem apud S. Sedem adversus sententiam Patriarchalem; « hisce at!entis perpensisque....* » reiecta fuit exceptio fori declinatoria ob incompetentiam.

In executionem huius decreti partium procuratores hanc rogandi formulam concordarunt coram Dno Decano Ponente : « *An constet de adoptione legitima ac valida, peracta die 2 iunii 1900 quoad omnes iuris « effectus etc.* .... Ast hanc dubii formulam non sibi acceptandam

esse declaravit Georgius Cassab qui comparens *personaliter* obtinuit a Tribunali, annuente adversa parte, ut iterum ad examen revocaretur exceptio *absolutae incompetentiae* et, subordinate, ut dubii formula reformaretur expunctis verbis « *quoad omnes iuris effectus* ». Quaestio proposita fuit *per memoriale,* vocato in causam, etiam *super merito,* Promotore Iustitiae, et habita orali discussione in audientia diei ***21** nov. **1910,*** sequens prodiit decretum : « *BB. BD. Auditores de turno considerarunt,* « *in meritum recursus exhibiti a* **Dno** *Georgio Cassab, controversum dubium fuisse a partium procuratoribus de communi consensu concordatum et non ex officio ; Tribunal autem, ante dubii concordationem, se declarasse competens quia in casu - agitur de valore adoptionis quae est causa connexa cum re matrimoniali praecipue ob impedimentum cognationis legalis ; et exinde reiecit petitionem procuratoris Dñi Georgii Cassab circa limitationem praesentis controversiae ad existentiam dumtaxât impedimenti cognationis legalis ; et exinde Tribunal noluit excludere aliquem effectum vel civilem, qui forte, ad normam legum, sequeretur ex facto iuridico adoptionis ; - hisce attentis, et consideratis noviter deductis, Tribunal limitat, iterum reiecta quacumque exceptione incompetentiae, praesentis actionis obiectum ad factum adoptionis quae statum et initium capit ab auctoritate spirituali patriarchali, salvo iure partium, quarum intersit, deducendi ex hoc facto (quatenus legitime exstitisse adseratur) illos iuridicos effectus quos experiri eaedem partes deberent in casu controversiae ad normam legum coram iudice competente et per legitimas actiones; hisce de rationibus Tribunal iubet dubium proponi in sequentem formulam: " An constet de facto adoptionis in casu "* ».

Quamobrem hodierna controversia circa *factum* adoptionis versatur et quaeritur de *facto,* ad excludendam inquisitionem de effectibus iuridicis potissimum civilibus, forte exorituris ex huiusmodi *facto.*

In solutionem cuius quaestionis, in primis RR. Domini censuerunt firmandum esse principium unanimi sententia a Canonistis traditum, nempe adoptionem legibus civilibus fuisse constitutam, eamdemque a civili iure suam vim repetere vigente in unaquaque natione ; (Schmalzgrueber, *De cognat. legali, n.* ***12*** *seq.;* et Wernz, *Ius mat. n.* ***470)*** unde consequitur non haberi impedimentum cognationis legalis si iure civili non recognoscatur adoptio ; quod edicitur *cap. unie. De cognat. legali ;* Benedictus XIV, *De Syn. dioeces. Lib. IX, cap.* ***10,*** *n.* 5 haec habet: « Iamvero et cognationem legalem et ea quae ex ea ad nuptias profluunt obstacula eo prorsus modo quo a iure civili statuta fuerant, universim recepit et approbavit Nicolaus I in responsione ad consulta Bulgarorum... Quamobrem si quaestio incidat sive in tribunali eccles.

« sive etiam in synodo an in hoc vel illo casu adsit impedimentum « cognationis legalis, necessario recurrendum erit ad leges civiles atque « ad earumdem normam controversia decidenda ». Equidem cum in Hollandia adoptio abrogata fuerit, hanc non vigere pro civibus illius regionis ultro admittunt Doctores et hinc nullum haberi impedimentum cognationis legalis. Van de Burgt, *Tractatus de Mat., pag. 153.*

In vim autem *statuti personalis,* catholici ritus graeci in Aegypto reguntur iure romano-byzantino ; uti perpendit appellata sententia : « Attendu que pour décider sur la validité de cet acte on doit prendre « en considération et faire application des lois religieuses chrétiennes « connues sous le nom de droit canon ou canons ecclésiastiques, car « les communautés non musulmanes ne sont pas liées par les règles « de la législation musulmane en ce qui concerne le *statut personnel,* « sauf pour ce qui est d'une jurisprudence constante ou établie par « texte spécial, tel que le partage des successions____Attendu qu'il y a « donc lieu de définir l'adoption, ses conditions nécessaires, ses consé- « quences d'après le droit canon-ecclésiastique et spécialement d'après « la législation de notre Église Grecque Orientale, et de faire applica- « tion de l'acte d'adoption_____Attendu que nul n'ignore que l'adoption « à l'origine à été copiée et prend sa source dans la législation civile « romaine, où cette matière a subi des transformations diverses avant « et après le règne de l'Empereur Justinien jusqu'au siècle X à l'épo- « que de l'Empereur Léon le Sage et ses successeurs, qu'elle a été « introduite dans l'Église Chrétienne avec les conditions civiles prescrites « pour la formation, en y ajoutant une cérémonie religieuse de prières « pour sa consécration.... ».

Quia vero ab appellante Georgio Cassab exhibitae fuerant nonnullae declarationes ab eo expetitae a curiis patriarchalibus aliorum rituum quae excludere penitus videbantur existentiam et vim instituti adoptionis inter ipsos christianos subiectos ditioni Mahumedanae, ad omnem diluendam dubietatem RR. Domini in turno 1 aprilis c. an. inter alia quaestionis capita censuerunt exquirendam esse a Patriarcha ritus graeci hac de re certam notitiam: ab eodem autem Patriarcha haec relata sunt : « Les saints canons l'ont ensuite admise (adoptio). C'est pourquoi nous « nous somme basé sur ce principe dans le jugement porté par le tri- « bunal présidé par Nous au Patriarcat du *Caire* au sujet de cette « question de l'adoption. *Étant donné que cette loi ancienne n'a pas été « abrogée dans notre Eglise même avec l'existence d'une loi civile nouvelle « après l'invasion des Musulmans en Orient,* loi nouvelle qui est con- « traire au principe de l'adoption, il reste donc que l'adoption est de-

« meurée permise selon la loi ancienne pour qui la veut et qui fait « que les effeets civils de l'adoption ne sont pas réconnus par la loi « actuelle de l'Empire lorsque les parties ne sont en litige. Nous avons « en outre dans notre Euchologe ou Rituel un rite pour bénir l'adop- « lion ». Quae ad hanc singularem rerum conditionem pertinent, fuse et erudite explicantur a *Sesostris Sidarouss* in opere « *Les Patriarchats dans l'Empire Ottoman et spécialement en* **Egypte** »: de iure autem mahume-dano etiam cum respectu ad statutum personale agit *Clavel « Droit Musulman. Du Statut personnel et des successions. Lect. VI »*. In appellata sententia invocatur auctoritas cuiusdam *codicis* id est « Recueil de Statut personnel en vigueur au Patriarcat», quam collectionem concinnavit *Miltiados Karakovyros;* sed non omnes et singulos canones huius collectionis vim habere pro christianis catholicis admisit ipsa curia patriarchalis.

Quocirca nullum superest dubium quod in *statuto personali* catholicorum ritus graeci, comprehenditur *adoptio* perficienda ad normam legis romanae-byzantinae, quae in casu est applicanda. Haec continetur uti in suis fontibus in Institutionibus Iustinianeis, *lib. I, tit. 11* ; in Pandectis, *lib. I, tit. 7;* Codice, *lib. VIII, tit. 48;* Novellis *74, cap. 3; et 89, cc. 2 et 9*.- *In Basilicis* editis sub Leone Philosopho, ineunte saeculo X, *in libro XXXIII, tit. 1*, agitur de *Adoptionibus*, iuxta praescripta iuris Iustinianei.

Iamvero in sententia appellata asseritur, ad valide ponendum actum *adoptionis* (seu *adrogationis)* requiri *septem* conditiones « sans 1'accom* « plissement desquelles elle (adoptio) est considérée comme nulle. Les « conditions sont les suivants : I. Que l'adoptant soit plus âgé que « l'adopté de dix huit ans au moins. IL Qu'il possède une fortune suffi- « sante pour que l'adoption procure un intérêt à l'adopté. III. Qu'il ne « jouisse pas d'une mauvaise réputation. IV. Le consentement de deux « parties, adoptant et adopté, si celui-ci est majeur; autrement le con- « sentement de son tuteur ou de son curateur. V. Que l'adoptant n'ait « pas d'enfant ni espoir d'en avoir, comme s'il eût été âgé de soixante « ans ou qu'il fût atteint de maladie ou d'un autre empêchement qui « empêche la procréation, en vertu d'un certificat d'un médecin de con- « fiance. VI. Que l'adoption soit consacrée par les prières de l'Église. « VII. Que l'adoption soit autorisée par un rescrit du prince ou par « l'autorité ».

RR. Domini perpenderunt in themate non agi de simplici *adoptione* sed de propria *adrogatione* de qua cavit Iustinianus, *Inst. I, tit. 11, § 1 : « Adoptio autem duobus modis fit; aut principali rescripto aut imperio*

« magistratus. Imperatoris auctoritate adoptare quis potest eos easve qui « quaeve sui iuris sunt ; quae species adoptionis dicitur ADROGATIO ».

Sane Henricus, ex patre ignoto genitus, *sui iuris* censendus est, unde nonnisi per *adrogationem* in familiam Sakakini adscribi poterat. *Adrogatio* autem antiquiore Romanorum iure decerni non poterat nisi per legem conditam a populo in comitiis curiatis; agebatur enim de *statu personae* mutando, et hoc in cive et familia romana, quod decernendum erat cum solemnitate et sedula deliberatione (Serafini, *Inst. di Dir. Rom. IV, § 180).* Postquam non amplius in populi comitiis sed ab Imperatore haec negotia absolvi coeperunt, statutum fuit in *adrogatione* non sufficere auctoritatem magistratus prouti in simplici *adoptione,* sed requiri rescriptum Principis, quod si antea non intercesserit, nihil facere poterat *praetor* aut *praeses,* uti statuitur *leg. 2, Cod. loc. cit.: « Arrogatio « ex indulgentia principali facta perinde valet apud praetorem vel praesidem intimata ac si per populum iure antiquo facta esset* ». Ob eamdem gravitatem negotii quod nonnisi in comitiis absolvi poterat, permissa non erat *impuberum* adrogatio; dein indultum est ab Antonino Pio ut etiam impuberes adrogarentur, sed inde consecutum est, hos non adrogari nisi *causa cognita,* cum ipsi plenum consensum, seu cum debita deliberatione, praebere non valerent. Ita cavetur de consensu *adoptati seu arrogati, in leg. 2, ff. loc. cit.:* « Principis auctoritate adoptandus eos « qui sui iuris sunt, quae species adoptionis dicitur *arrogatio ;* quia et « is qui adoptât, rogatur, id est interrogatur, an velit eum quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse ; et is *adoptatus, rogatur an id « fieri patiatur* ». Quare introducta impuberis *adrogatione,* necesse fuit ut in cognitione, praevio Principis rescripto, interpellantur tutor.

Obiectum huius cognitionis ita determinatur in *Inst. I.* c. § *3:* « Quum autem impubes per principale rescriptum arrogatur, causa « cognita arrogatio permittitur, et exquiritur *causa arrogationis an honesta « sit expediatque pupillo ».* Et in *leg. Io,* § *2, ff.* habetur: « In arrogationibus cognitio vertitur num forte minor sexaginta annis sit qui « arrogat, quia magis liberorum creationi studere debeat, nisi forte mor« bus aut valetudo in causa sit aut alia iusta causa arrogandi ». Alia rei conditio investiganda determinatur in *Inst. I. c. % 4. :* «....., adoptio « naturam imitatur, et pro monstro est ut maior sit filius quam pater. « Debet itaque si qui sibi per adoptionem vel arrogationem filium fecit, « plena pubertate, id est decem et octo annis, praecedere ». In Codice haec principia confirmantur : in Novellis autem firmatur lex, filios naturales non posse adoptari; ita conceptis verbis in *Novell. 89, cap. 7;* « Nam Patris Nostri constitutionem sapienter introductam et recte posi-

« tam amplectemur, quae naturalium adoptiones plurimum absurditatis « habentes.... prohibuit ».

Qui textus legis et institutum arrogationis adamussim delineant, obiectum cognitionis praemittendae principali rescripto determinant et docent conditiones praescriptas in sententia appellata omnes habere certum fundamentum in iure. Utrum vero hae conditiones omnes et singulae aeque requirantur ad *substantiam actus adoptionis* supervacaneum esse inquirere censuerunt Auditores ; adverterunt autem, in cognitione causae legitimae ad decernendam adrogationem, nonnulla remitti prudenti iudicis aestimationi, uti significatur in *cit. leg. 15, § ff. : «* In « arrogationibus cognitio vertitur, num forte minor sexaginta annis sit « qui arrogatur.... *nisi forte* morbus aut valetudo in causa sit aut alia
* « iusta causa arrogandi ».

Iudex primae instantiae, adoptionis actum irritum et nullum declaravit, quum satisfactum non fuerit conditionibus sub nn. IV, V, VII recensitis, videlicet: 1.° defuisse consensum tutoris ex parte impuberis arrogandi ; 2.° exploratam non fuisse incapacitatem generandi ex parte adoptantis sive ob aetatem sive ob morbum ; 3°. desiderari rescriptum Principis seu in casu ipsius Patriarchae qui in hisce negotiis principalem auctoritatem habet in fidelibus adscriptis ritui graeco catholico.

Has tres conditiones autem requiri ad substantiam actus adrogationis, RR. Domini unanimi suffragio censuerunt, adeo ut si una tantum ex his deficiat, actus nullus sit. - Et ad rescriptum principis quod attinet nulla moveri potest quaestio quippe quod expressis verbis iubetur interponi a relatis legibus. - Item quod adoptans neque filios habeat neque spem filios suscipiendi est conditio inhaerens ipsi naturae adrogationis, quae de *Principis indulgentia,* uti habet *cit. lex, 2 Cod.,* conceditur in solatium eorum qui filiis destituuntur. Ceterum nisi, antequam indulgeatur adrogatio, solerti inquisitione cognoscatur de aetate adoptantis, de eius capacitate filios procreandi, *indulgentia* Principis arrogantis fieret maxima *iniustitia* tum in adrogatum tum in filios postea genitos quorum status fieret, respective, deterior et inde haberetur fomes familiarium discordiarum. - Inde scatet necessitas expostulandi tutoris consensum si agatur de impubere ; nam adrogatio mutat statum personae , ei familiam assignat cuius fortunam et fata consequetur adrogatus; quamobrem maxima interest impuberis adrogandi ut serio, diligentissime inquiratur *in causam arrogationis « an honesta sit, expediatque pupillo»,* uti praecipit *cit. lex in Inst.*

Iure merito sapientia populi romani constituerat tam grave nego-

tium expediendum non esse nisi praevia deliberatione habita a populo in comitia adunato et per legem ab eodem conditam !

Dein RR. Domini perpenderunt an in *facto* controverso hisce conditionibus satisfactum sit. Et in primis inquisiverunt, an aliqua *cognitio* habita sit, prouti praescribitur iure romano. - Iamvero animadversum est, Archimandritam Kyrillum Rizk testatum fuisse, Athanasium Nosser, Vicarium Patriarchalem Generalem *plenam rei cognitionem habuisse « en pleine connaissance de cause* ». Ceterum causae ob quas adoptio petebatur adeo erant manifestae ut de utilitate adoptandi vix dubium moveri potuerit. Equidem Henricus, ignotis ortus parentibus, cuiusque familiae et familiaris fortunae expers erat, a sua prima aetate alebatur apud familiam Sakakini et loco filii habitus est, unde ex paterno amore natura dictante iam fuisse in filium *adoptatus* videtur antequam *iure civili* adoptio firmaretur. - Quamobrem videretur supervacaneum inquirere an accesserit tutoris auctoritas et consensus. - Nam in notoriis *nulla probatio; et qui certus est certior ari ulterius non oportet,* iuxta regulam *31 iuris in G.* - Henricum autem, reapse, non habuisse *legitimum tutorem* fassus est ipse Patriarcha qui interrogatus a S. Tribunali an et quemnam haberet tutorem Henricus, huic quaestioni nullam reddidit responsionem, se referens ad ea quae iam deducta fuerant. Iamvero in appellata sententia admittitur, uti substantiale vitium, defectus consensus tutoris ; in actu autem adoptionis habetur subscriptio *patrini,* sed *tutoris* nulla habetur mentio. - Quaeritur vero de *legitimo* tutore seu a lege dato ad normam iuris romani a quo constituta est forma adoptionis ; nam quod *de facto* comes Sakakini tutelam exerceret in Henricum et in seipsum assumpsisset curam quam habebant antea de Henrico Moderatores Asyli, hoc in dubium revocari non potest, sed non exinde haberi potest uti *legitimus* tutor.

RR. Domini autem censuerunt, defectum *cognitionis* de legitima causa *adrogationis* et *consensus* tutoris, obstare quominus valeat actus controversae adoptionis. Siquidem animadverterunt concedi posse manifestam in casu fuisse causam utilitatis pro pupillo, sed non ita fuisse exploratam causam adrogationis ob conditionem sterilitatis in uxore. Nam vir nondum attigerat aetatem sexaginta annorum ; Mariam Cassab tempore factae adoptionis fuisse sterilem *hodie* asserit Medicus Hesse, qui Mariae a curatione fuit ab anno 1880. Sed alius medicus Woronoff, qui Mariae corpus exploravit, negat se in ea reperiisse sterilitatis indicia. Sed etsi convenerint in probandam sterilitatem, tamen non probarent obtemperatum fuisse legi praecipienti, *cognitionem* praemittendam esse decreto adoptionis, uti par est.

Praeterea exploranda erat adoptantium voluntas et mens. Ipse textus actus adoptionis docet necessariam fuisse hanc cognitionem, quia ratio agendi Mariae quae consentit adoptionem et dein pene exheredat filium adoptivum, plura suspicari sinit: « *La Dame Mariette (ita in actu) se « réserve le droit de ne pas faire hériter le fils adoptif surnommé de la « somme de 8000 L. Ég. représentant* LE RELIQUAT ACTUEL DES SOMMES « PERÇUES DE LA SUCCESSION DE FEU SON PÈRE ». Si vero praecessisset praescripta cognitio, consensus adoptantium, Mariae potissimum, idemque significatus cum legitimis causis, fuisset in scriptis relatus, et hinc locus amplius non esset, nedum dubitationibus circa libertatem consensus, sed quod magis est, fas non esset Georgio Cassab ea omnia obiicere et accusare quae et in hunc actum et in Comitis Sakakini intentionem et propositum impinguntur hodierna actione. Et haec sunt quae familias penitus deordinant et subvertunt et civitates replent scandalis et dicteriis.

Quae animadversiones probare visae sunt Patribus, nonnisi cum magna iactura exquisitum non fuisse *consensum tutoris,* qui proinde antea constituendus erat ad normam iuris romani et dein eius consensus expetendus. Hic rem omnem probe explorasset, in pupilli originem quantum fieri poterat inquisivisset ad mentem legum romanarum, item in propositum et voluntatem adoptantium, et curasset ea omnia observari lege romana praescripta pro valida adrogatione. Porro adeo est a veritate alienum, in themate pupillo utilem esse non potuisse operam tutoris, ut hodiernae controversiae iam a longe tempore exortae et tam variis vicibus agitatae et. forsan nondum finitae, grave damnum et sane non parvam molestiam et adoptanti et adoptato afferentes, evitari facile poterant per tutorem qui serio curaret bona et tranquillitatem maxime futuram pupilli. Sane in negotiis peragendis nedum est spectanda utilitas quae indubie et in praesentiarum ab eisdem fluit, sed quae in futurum consecutura sunt vel consequi possunt diligenter considerare oportet. Hoc est munus prudentis tutoris; qua de ratione nullimode tolerare fas est quod in eadem persona et adoptantis et tutoris cumuletur munus, quod contingeret si ipse unus Comes Sakakini pupilli Henrici et adoptans esset et tutoris partes expleret. Itaque etsi verum esset, Athanasium Nasser Episcopum, Vicarium Generalem Patriarchatus, delegationem dedidisse Kyrillo Archimandritae ad explendum sacrum ritum confirmationis « *en pleine connaissance de cause* » ; nihilo secius quia *cognitio* non peracta fuit ad praescriptum legis romanae, istam revera non praehabitam fuisse concludendum esset, animadverterunt Domini Auditores.

Ast potiorem defectum qui actum penitus inficit haberi in eo quod

desit *rescriptum Principis,* censuerunt RR. Patres, qui duplici quaestioni satisfecerunt, *primo* quaerente an rescriptum aut actus aequipollens intercesserit, *secundo* an a Principis auctoritate prodierit.

Dubitatum est an rescriptum dicendum sit contineri aequipollenter in ipso actu adoptionis *diei 2 iunii 1900,* quia post summariam recognitionem factam, coram testibus et compatrino adoptandi Henrici, circa eiusdem statum, rationes adoptionis et consensum seu voluntatem adoptantium, atque administrato S. Confirmationis Sacramento, Kyrillus Vicarius declarat: « En foi de quoi nous avons déclaré et nous déclarons que l'enfant Jouhanna Henri Sakakini est, suivant la loi de « l'Eglise, fils légal à P. E. Habib Sakakini Pacha et à son épouse la « Dame Mariette. Que cet enfant a droit à ce qui appartient aux en« fants légitimes et doit ce qu'ils doivent ». Nullibi vero in iure praescribitur certa *forma* qua principale rescriptum concipiatur, quocirca si iste actus requisito rescripto non aequivalet, hoc pendere visum est Patribus ex ipsa *substantia* actus, non ex *forma. Substantia* enim, ob relatas leges, comprehendere debuisset *cognitionem legitimam* de quibusdam conditionibus respicientibus et adoptatum et adoptantem, adeo ut adoptio seu adrogatio in casu non possit decerni aut indulgeri, nisi observatis praescriptis legibus. Unde, re ipsa inspecta, observantia legitimi processus praevii actui adrogationis ingreditur ipsam substantiam actus; qua de causa, ob iam expositos defectus substantiales, in themate rescriptum principale intercessisse dicendum non est.

Verum expeditior visa est Patribus altera quaestio, in eumdem sensum concludens, videlicet *actum adrogationis* positum ab eo fuisse qui principali auctoritate non fruebatur. Etenim percontatus Excmus Patriarcha ut referre non gravaretur quanam auctoritate polieret Vicarius Kyrillus dum controversum actum peregit, reposuit citatis litteris diei 30 apr. c. a.: « La Jurisdiction dont jouit l'Archimandrite Cyrille « Rizk, vicaire Patriarcal en Cairo est en général ecclésiastique et qua« si-épiscopale..... Considérée au point de *vue civile,* la Jurisdiction de « l'Archimandrite Cyrille Rizk est tout à fait episcopale, car de lui éma« nent des sentences, des certificats judiciaires en ce qui concerne les « questions du *statut personnel,* tel que l'institution d'un tuteur, les cer« tificats de majorité, etc..... Car le gouvernement et les Tribunaux « civils acceptent tous les actes. Dans la cause, la Jurisdiction de l'Ar« chimandrite Cyrille Rizk au moment où il accomplit l'acte du contrat « d'adoption d'Henri Sakakini est une Jurisdiction ORDINAIRE, sauf pour « la Confirmation etc. ». Quocirca adverterunt Domini, Vicarium Kyrillum eam tunc habuisse auctoritatem et iurisdictionem qua apud Romanos

fruebatur provinciae .praeses et praetor in exercitio *saltem iurisdictionis voluntariae.* Sed hi nequibant *adrogationis* actum ratum habere et executioni demandare, nisi praecessisset imperatoris *indulgentia* seu *rescriptum;* uti in cit. *leg.* **2,** *Cod. I. cit.:* « Arrogatio ex indulgentia Impera-« toris facta perinde valet apud *praetorem* aut *praesidem intimata,* ac « si per populum iure antiquo facta esset ». Dñi Auditores non inficiati sunt, Dnum Patriarcham potuisse suam principalem auctoritatem speciali delegatione demandare suo Vicario ad effectum adrogationis perficiendae ; sed hoc non fecisse testatus est ipse Patriarcha, in sententia appellata asserens defecisse *Principale Rescriptum* iure requisitum, et iterum testatus est in citatis litteris, referens in adoptionis contestatae actu Vicarium processisse sua auctoritate *ordinaria.*

Ceterum *speciali* seu *principali* auctoritate non usum fuisse Vicarium necessaria ad actum *adrogationis* ipse fassus est *implicite,* quum antequam adoptionem perficeret, declaravit Corniti Sakakini, ab eodem expectandos non esse illos effectus quoad successionem hereditariam, quos lex romana necessario adnectit *adrogationi.* Hac de causa videtur non fuisse sollicitus Vicarius de observandis solemnitatibus requisitis pro actu *adrogationis* cuius potiores effectus habebantur in successione hereditaria. Retulit enim Patriarcha in citatis litteris : « Mais la loi Mu-« sulmane dominatrice ne la reconnaît pas (l'adoption) et considère ses « effects civils comme nuls, car dans la loi musulmane il n'y à pas d'adop-« tion. Nous avons appris par notre Vicaire patriarcal, l'Archimandrite « Cyrille Rizk, que avant le contrat il avait averti le comte [Sakakini de « ces données. Le comte y consentit et même il insista pour accomplir « l'adoption mentionnée, soit que les Tribunaux islamiques reconnais-« sent, soit qu'ils ne reconnaissent pas cela, pour des raisons parti-« culières qu'il avait en cela ». Quamobrem recte concludit in suis animadversionibus Promotor Iustitiae H. S. Tribunalis: « *Adoptionem fieri « (Vicarius) putavit, non intellexit rem esse de* ABROGATIONE *ad quam « non sufficit imperium magistratus, sed requiritur principis rescri-« ptum ».*

Quibus omnibus perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus, definitive sententiamus, respondentes proposito dubio : « *Negative, seu non constare de legitime facta adoptione* », et exinde appellatam sententiam ratam habemus et confirmamus. Expensas autem iudiciales praesentis instantiae inter partes decernimus compensatas et pro compensatis haberi volumus et mandamus.

Committimus autem Excellentissimo Patriarchae ut pro executione

huius nostrae definitivae sententiae, prouti casus ferat, ea mandare, iubere, inhibere velit, sive ex suo officio sive ad instantiam eorum quorum interest, quae pro legitima eiusdem nostrae sententiae executione ad normam ss. canonum necessaria vel opportuna sint.

Romae die 10 Iunii 1911.

M. Lega, *Decanus, Ponens.*
U. £& S. Antonius Perathoner.
Iosephus Alberti.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

IV.

IA CIEN.

IURIS DUCENDI PROCESSIONEM.

Pio PP. X, feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die lá Iunii 1911, BR. PP. DD. Michael Lega, Decanus, Antonius Perathoner, Ponens, *et Iosephus Alberti, Auditores de turno, in causa* « lacien. - Iuris ducendi processionem theophoricam » *inter Patres Dominicanos e coenobio Iaciensi, actores, repraesentatos per legitimum procuratorem Advocatum Sac. Aloisium Lavitrano, et Capitulum lacien., repraesentatum per legitimum procuratorem Advocatum Vincentium Sacconi, sequentem tulerunt sententiam.*

In urbe Iaciensi, in Sicilia, inde ab anno 1661 conventus PP. Dominicanorum exstabat, qui tamen iniquis legibus anno 1866 fuit extinctus. Anno vero 1883, Dominicanorum conventus prope ecclesiam S., Rochi iterum fuit instauratus et princeps Siculae provinciae conventus declaratus. Uti Patres antiqui coenobii, ita etiam Dominicam novi conventus privilegio ducendi theophoricam processionem die Dominica infra Octavam Corporis Christi numquam usi sunt. Anno tandem 1908 et quidem die 26 Maii, PP. Dominicam Ordinario Iaciensi notificarunt, se eo anno et in posterum, Pontificiis privilegiis utentes, theophoricam processionem die Dominica infra Octavam Corporis Christi esse celebraturus. Cum tamen hucusque Capitulum Ecclesiae Cathedralis, cui etiam cura insidet animarum, dictam processionem duxisset, Episcopus Dominicanis haec rescripsit: « *Servetur solitum* e di conseguenza che questo Convento di San « Rocco si astenga di fare la processione, di cui si occupa il deliberato dei «RR. PP. di detto Convento del dì 4 Maggio 1908 e la lettera dalla « P. V. a noi diretta in data 5 Giugno di detto anno ». Dominicam lacien-

ses, ut sua defenderent iura, S. Congregationem Religiosorum adierunt. Edita interim constitutione *Sapienti* consigo, quaestio ad S. Rotam delata fuit; diu autem quievit, quia spes aderat rem aliquando pacifice componi posse. Cum tamen omnia huiusmodi conamina in irritum cesserint, causa hodie H. S. O. proponitur dirimenda sub dubii formula: « *An constet de iure Patrum Döminicanorum ducendi theophoricam processionem die Dominica infra Octavam Corporis Christi in civitate laden, exclusive vel saltem in concursu cum Capitulo Cathedralis in casu* ».

Ex iure communi, animadverterunt PP. DD. de turno, processiones publicas indicere et moderari ad Episcopum spectare; ex privilegio tamen vel ex sola Episcopi licentia, Regulares, etiam parocho invito, publicas processiones facere posse.

Porro Regulares, qui privilegium Pontificum invocare possint, processiones peragere valent, licentia quoque ab Ordinario loci minime requisita. Nam secus de vero privilegio sermo esse non posset, cum quaelibet communitas religiosa, ut dictum est, cum licentia Episcopi processionem ducere queat, nisi aliquod speciale ius obstet.

Hoc principio generatim stabilito, Ordinem Sancti Dominici privilegium habere ducendi processionem theophoricam die Dominica infra Octavam Corporis Christi, sat superque constat ex repetitis decretis et constitutionibus Summorum Pontificum.

Privilegium hoc primus concessit Pius V, constitutione diei 20 Iunii 1570. Huius constitutionis, cuius textus deperditus esse videtur, sat ampla fit mentio in Brevi « *Dudum felicis recordationis* » diei 8 Martii 1592, quo Clemens VIII privilegium a Pio V Dominicanis concessum non solum confirmavit, sed ampliavit atque extendit « ad omnes dicti Ordinis domus « in quibuscumque civitatibus, terris, villis, locis et castris post datam « ipsarum litterarum fabricatis et in posterum fabricandis, ita ut Priores « et Fratres domorum dicti Ordinis post datam litterarum praedictarum « fabricatarum et in posterum in quibuscumque mundi partibus fabri- « candarum processionem eiusmodi Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti «per vicos, plateas ac loca ab eis electa et semel tantum eligenda in « prima Dominica infra Octavam festi Sanctissimi Corporis Christi sin- « gulis annis soli absque ullo prorsus impedimento per quoscumque « quavis auctoritate fungentes illato et inferendo, celebrare possint et « debeant ». Idem privilegium iterum confirmavit Clemens XI per Breve diei 16 Decembris 1704 *Ex parte dilectorum,* nec non Benedictus XIII, constitutione *Pretiosus,* diei 26 Maii 1727, qui praeter alia PP. Dominicanis mandavit « ut omni cunctatione seposita praedictam processionem « instituant » et insuper locorum Ordinariis praecepit, « ut quaevis impe-

« dimenta et obstacula efficaciter submoveant ». Quodsi obiiciatur, dictam constitutionem Benedicti XIII *Pretiosus,* per Clementis XII constitutionem *Romanus Pontifex* diei 30 Martii 1732 abolitam fuisse, observandum est, eumdem Clementem XII, per subsequens Breve *Cum sicut,* diei 10 Aprilis 1733, mentem suam authentice declarasse, et privilegium Dominicanis antea concessum amplissime confirmasse, approbasse et innovasse.

Ex allatis igitur documentis extra quamcumque dubitationem versatur privilegium Dominicanorum peragendi solemnem supplicationem die Dominica infra Octavam Corporis Christi, hora qua voluerint et per vias semel tantummodo eligendas, idque sine ulla Ordinariorum vel parochorum licentia, uti declaravit Gregorius XIII constitutione *Quum interdum* diei 15 Martii 1573.

Nec obiici potest, hoc Dominicanorum privilegium coarctari ad loca, ubi processio fieri iam consueverat. Nam si privilegium supponeret consuetudinem iam inductam, verba illa in constitutionibus Pontificiis passim occurrentia, - quibusvis in locis - in quibuscumque mundi partibus - novorum domorum in posterum fabricandarum - et alia similia, sensu prorsus carerent. Praeterea talem consuetudinem in locis, ubi nulla extabant Dominicanorum coenobia, invalescere non potuisse, nemo est qui non videat.

Cum ergo de Dominicanorum privilegio dubitari nequeat, quaestio huc reducitur, ut definiatur, an PP. Dominicani conventus S. Rochi in urbe Iaciensi hoc privilegium libere exercere valeant. Quod RR. PP. DD. de turno omnino affirmandum esse censuerunt.

In primis enim - quidquid sit de antiquo illo coenobio Sancti Dominici anno 1866 extincto - conventus Sancti Rochi inter novas est adnumerandus Dominicanorum domus, proindeque ad ipsum quoque extendendum est privilegium theophoricae processionis. Verum quidem est, Dominicanos tum veteris tum novi coenobii hoc privilegio non solum non usos fuisse, sed etiam, ut nonnulli deponunt testes, processioni theophoricae a Capitulo peractae intervenire consuevisse. At ex hoc non sequitur, ut asserit pars adversa, privilegium fuisse contrario usu praescriptum vel saltem non usu implicite a dictis Patribus Iaciensibus renuntiatum. Talis enim praescriptio tum tantummodo esset admittenda, si ageretur de privilegio odioso.

Dicitur autem privilegium odiosum, si cedat in praeiudicium iuris communis aut alicuius tertii (Schmalzgrueber, *I. V, de primi., 27).* Et D'Annibale, *I, 228,* docet « Ea sola privilegia quae laedunt ius tertii, « strictam semper interpretationem recipiunt ». (Cfr. etiam Reiffenstuel,

I. V, t. XXXIlI,n. 9). Illa igitur privilegia vocantur odiosa, quae, dum uni favent, alteri onus, incommodum imponunt, aut iuri communi vel consuetudinibus contraria sunt.

Iam vero, quod privilegium PP. Dominicanis concessum non laedat ius tertii, seu Capituli aut cleri saecularis in genere, ex ipso patet tenore concessionis, quae, ut postea uberius demonstrabimus, tantum prohibet alios Regulares, ne eodem tempore aut hora similes processiones celebrare audeant. Insuper parochus - in casu nostro Episcopus, cuius vicem gerit Capitulum - non habet ius exclusivum peragendi processionem theophoricam die Dominica infra Octavam Corporis Christi, nullibi enim huiusmodi ius inter iura parochialia recensetur.

Porro privilegium Dominicanis concessum, uti non laedit ius tertii, ita nullum iuris communis continet praeiudicium. Est enim privilegium *remunerativum* ex motu proprio datum. Nam Benedictus XIII, recolens intentionem suorum praedecessorum in privilegio largiendo, ideo ait Ordini Praedicatorum illud fuisse concessum, quia eius « filius clarissi- « mus, Divus Thomas, incomparabilibus ac propemodum divinis prae- « coniis, laudibus et hymnis per sacrum huiusmodi tempus recinendis, « gloriam Sanctissimi Sacramenti in catholica ecclesia auxit perennavit- « que, ac propterea de aucta simul ac propagata veneratione Corporis « Christi tantopere benemeriti » etc. (Ex constitutione *Pretiosus).* Privilegium igitur Döminicanorum ducendi theophoricam processionem die Dominica infra Octavam Corporis Christi est *remunerativum,* ob auctum cultum divinum eumdemque amplificatum. In privilegiis vero concessis favore cultus divini, lata est facienda interpretatio uti praecipit *cap. 30, de privilegiis (Decr. I. V, t. XXXIII) :* « in his, quae ad cultum divinum « facere dignoscuntur, non maligna, sed potius benigna interpretatio est « facienda ». Et Reiffenstuel *(I. I, t. HI, de rescriptis, n. 138)* docet: « In privilegiis concessis favore cultus divini fit lata interpretatio ». Item Aichner *(Compendium iur. eccl. ed. 11, p. 762)* tradit: « Latae interpre- « tationis sunt privilegia favorabilia et concessa motu proprio vel in «favorem religionis, boni publici, in remunerationem meritorum ».

Exinde colligere licet, controversum privilegium naturam habere privilegii favorabilis, gratiosi et remunerativi. Tale autem privilegium ex communi doctrina per merum non usum etiam longissimi temporis non amittitur. « Per non usum » ait D'Annibale, *l.c, n. 229* « vel usum con- « trarium ea sola privilegia intercidunt, quae laedunt ius tertii, postquam « is adversus ea praescripserit ». Et re quidem vera in eo versatur materia praescriptionis sive acquisitivae sive extinctivae quoad rem privilegiatam, ut praescribens adversus privilegiatum sibi acquirat vel ius in sui

damnum privilegiato concessum, vel libertatem ab onere, quod continetur in ipso privilegio alteri concesso. Et hoc contingere potest, quando privilegium, utpote odiosum tertio nocet aut eidem aliquod onus affert. In privilegio vero gratioso et omnino favorabili, quod, ut in casu nostro, clero saeculari nihil aufert neque nocet, quum sacerdotes saeculares seu canonici integrum retineant ius celebrandi solemnes processiones in festo et per integram octavam Corporis Christi, nihil prorsus contiT netur quod praescribi possit. Immo mutuus concursus cleri saecularis et regularis ad augendum cultum in Sanctissimum Christi Corpus ipso iure communi praecipitur.

Ex altera tamen parte visum est Patribus de turno dari posse praescriptionem, ceteris paribus, ex parte alicuius Ordinis regularis. Nam quoad reliquos Regulares privilegium Dominicanis concessum quodammodo revera est odiosum, quatenus scil. illorum iura aliqualiter limitat et circumscribit. Unde si in aliquo loco Dominicam iure suo non utantur, alii vero Regulares utantur, hi post lapsum certi temporis praescriptione sibi acquirunt facultatem ducendi solemnem supplicationem, quae per privilegium Dominicanis fuit reservata. Haec RR. PP. DD. de turno observare voluerunt opinantes, privilegium Ordinis Praedicatorum non posse dici *absolute* facultativum, saltem relate ad alios Ordines regulares, adeo ut intret regula « *in facultativis non datur praescriptio* ».

Cum igitur controversum privilegium, ex ipsa sua natura et maxime ex intentione concedentis, adversus Episcopum et parochos loci revera non importet onus et proinde quoad clerum saecularem non sit odiosum, ideo applicanda erit regula, quam tradit Reiffenstuel, *loc. cit., n. 210,* docens : « Huiusmodi privilegia non amittuntur via praescriptio-
« nis, quia nemo sit, qui contra huiusmodi privilegia non onerosa prae-
« scribere possit. Neque amittuntur per tacitam renuntiationem, quia
« quisque liberam facultatem habet privilegio utendi, vel non utendi ; unde
« cum in similibus non usus vel usus contrarius sit actus liberae facul-
te tatis, qui non inducit praescriptionem vel renuntiationem, non viden-
« tur alia privilegia per eum (non usum) amitti ». (Cfr. etiam Pirhing, *I. V, t. XXXIII, num. 176,* et Pichler, *Ius can., I. V, t. XXXIII, § III, n. 32).* Iure meritoque sermo esse nequit de renuntiatione tacita circa ea privilegia, in quae cadere non potest praescriptio, siquidem non usus haud secus ac usus contrarius in hisce casibus nihil aliud importat, nisi exercitium liberae facultatis, quae, cum alteri neque ius auferat neque onus inferat, non potest secum ferre effectum praescriptionis aut tacitae renuntiationis ad ius tertio reintegrandum aut ad onus auferendum.

Cum itaque Dominicani Iacienses privilegium propter non usum vel propter praesumptam renuntiationem non amiserint, prorsus superfluum est, causas inquirere, ex quibus privilegio usi non fuerint. Unam tamen causam, et quidem historicam, liceat afferre, quam P. Canella candide ita exponit: « I frati antichi del Convento di S. Domenico, non fecero « la processione perchè erano tutti concittadini e non volevano urtare « coi preti, coi quali erano quasi tutti parenti ». Factum igitur non ductae supplicationis repetendum esse videtur ab ipsa Döminicanorum voluntate.

Ex dictis igitur patet Dominicanis Iaciensibus ius competere, die Dominica infra Octavam Corporis Christi processionem theophoricam ducendi idque etiam sine praevia permissione Ordinarii. At hoc ius Dominicanis non exclusive concessum est, ita scil., ut alius, sive Episcopus, sive parochus eodem die processionem peragere nequeat. De tali enim iure exclusivo decreta Romanorum Pontificum hoc privilegium Ordini Praedicatorum concedentia minime loquuntur. Etsi in variis constitutionibus Pontificiis legatur, *solos* Dominicanos dictam processionem peragere posse, « absque ullo impedimento per quascumque quavis « auctoritate fungentes illato et inferendo » illud adiectivum *soli* non quoscumque alios excludit, sed tantum ceteros Regulares, uti patet imprimis ex memoratarum constitutionum clausulis: « inhibentes omnibus « fratribus et presbyteris aliarum Religionum, ne dicto tempore et hora « similes processiones aut festa celebrare aut in ea cum fratribus Prae- « dicatoribus praedictis concurrere audeant ». Porro privilegium Dominicanis concessum fuisse sine praeiudicio iuris aliorum, suadet etiam ratio historica. Ideo enim Summi Pontifices ad privilegium largiendum moti sunt, quia alii Regulares obstabant, ne Dominicani solitam processionem ducerent, unde perpetuo omnibus fratribus et presbyteris aliarum Religionum prohibitum est, dicto tempore et hora similes processiones facere. Demum S. Congr. Rit. in causa Matheranensi *(Coli. Auth. n. 590)* haec definivit: Archipresbyter parochialis ecclesiae S. Ioannis Baptistae civitatis Matheranensis, turbatus in sua solita processione SS. Sacramenti in Dominica infra Octavam Corporis Christi a Fratribus Dominicanis praetendentibus, ad ipsos privative spectare processionem facere SS. Sacramenti in Dominica infra Octavam Corporis Christi vigore Brevis fel. rec. Clementis VIII, supplicavit dictos Fratres coerceri. S. R. C. ad relationem Emi D. Card. Virili respondit: « Breve Clementis VIII non « afficere parochos saeculares ; et archipresbyterum supradictum non « posse nec debere impediri in sua solita processione in Dominica infra « Octava Corporis Christi, et ita omnino servari mandavit ». Ius igitur Ordinis Praedicatorum exclusivum tantum est quoad reliquos Regulares,

ideoque Capitulum Iaciense integro potitur iure ducendi solemnem supplicationem etiam in Dominica infra Octavam Corporis Christi una cum. PP. Dominicanis, qui pariter iure fruuntur eadem die celebrandi processionem theophoricam per vias et plateas civitatis ab eis electas et semel tantummodo eligendas.

Hisce omnibus in iure et in facto perspectis et consideratis, Christi nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, nos infrascripti Auditores pro tribunali sedentes, decernimus, declaramus, sententiamus, ita respondendo ad propositum dubium : *Negative* ad primam partem ; *Affirmative* ad secundam partem, *seu constare de iure Patrum Dominicanorum ducendi theophoricam processionem, die Dominica infra Octavam Corporis Christi in civitate lacien., in concursu cum Capitulo Cathedralis in casu,* statuentes praeterea expensas iudiciales compensandas esse inter partes. Taxa autem expeditionis Sententiae solvatur pro medietate ab utraque parte.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis et Ministris tribunalium, ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3 Sess. XXV, de Beform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 14 Iunii 1911.

Michael Lega, *Decanus.*
Antonius Perathoner, *Ponens.*
Iosephus Alberti.

L. £g S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

V.

BONONIEN.

IURISDICTIONIS PAROCHIALIS.

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno octavo, die 21 Iulii 1911, BB. PP. DD. Michael Lega, Decanus, Ponens, *Guilelmus Sebastianeiii, Ioseph Alberti, Auditores de Turno, in causa* « Bononien. - Iurisdictionis parochialis », *agitata inter parochum ad S. Mariae a Misericordia* actorem *seu appellantem, repraesentatum per Vincentium Sacconi, Advocatum, et parochos urbanos ad SS. Iosephi et Ignatii, ad S. Proculi et ad SSmae Trinitatis, conventos seu appellatus,*

repraesentatos per rev.dum Aloysium Lavitrano, Advocatum, sequentem definitivam tulerunt sententiam.

In urbe Bononia, dirutis moenibus, solum quod moenia et pomarium occupabant, destinatum fuit parvis domibus aedificandis, villulis nuncupatis, quippe quas circumdat parvum viridarium. Ex his nonnullae, per viridarium, aditum habent respondentem ad viam ductam circa situm veterum moenium *«Via di circonvallazione»*. Exinde factum est ut obliterata sit linea quae urbem dividebat ab agro suburbano et parochias urbanas a suburbanis, prouti statuerat suo edicto a. 1816 Opizzonius Cardinalis Archiepiscopus Bononien.

Extructis amoenis villulis, et deleta veteri linea a moenibus signata, visi sunt confundi fines parochiales, et quesitum est, cuinam parochiae, urbanae aut suburbanae pertinerent dictae villulae quae insident loco antea a moenibus, vallo et fossis occupato.

Ad dubia diluenda primo prodiit curiae decretum die 1 Aprilis 1908 quo enunciatur regula: *aditus dat normam iurisdictionis,* videlicet edictum est: - I. « Che tutte le case di nuova costruzione le quali vengono « a trovarsi sull'area occupata già dai terrapieni e mura e nel margine « delle fosse, apparterranno alle parrocchie urbane, se verso le vie in- « terne di circonvallazione avranno l'adito ; invece apparterranno alle « parrocchie suburbane se l'adito principale sarà verso F esterno della « città ». II. « Se l'adito fosse lateralmente nelle vie laterali prolungate, « verrà la casa a ggiudicata caso per caso dall'Ordinario ». III. « Quanto « poi alle case che già fossero erette in antecedenza all' abbattimento « delle mura e la questione sorgesse ora non per la novità della costru- « zione, ma per il mutamento dell'adito, si esporrà la cosa al Superiore « ecclesiastico nei singoli casi ».

Verum enunciata regula, iure communi et iurisprudentia recepta, non satis consuluit dubitationibus exortis declarandis, quia quaestio potissimum versabatur circa nonnullas domus seu villulas sitas in confinio duarum parochiarum, nempe urbanae et suburbanae; prodiit vero alterum decretum die 21 Februarii 1910 quo declaratum est: « che le « due case nuove costruite sul viale Gozzadini, controsegnate coi Nu- « meri 21 e 29, siccome esistenti per intero sopra e dentro il territorio « di giurisdizione di cotesta parrocchia dei SS. Giuseppe ed Ignazio, « alla quale per la stessa ragione appartiene anche la casa esistente « lungo il viale Enrico Panzacchi, controsegnata col Numero 7 ».

Ast huic decreto non acquievit parochus ad S. Mariae a Misericordia, asserens, dictas villulas ad suam parochialem ditionem pertinere, quia ad easdem per viridarium patet accessus, viridarium autem est

cancellis septum cuius aditus aperitur in territorio suae paroeciae, seu extra moenia hodie diruta, in agro suburbano. Quare formiter iterum quaestio examinata est vertens inter dictum parochum et parochum ad SS. Iosephi et Ignatii et die 21 Maii 1910 editum fuit decretum edicens: « Le tre case situate una in via Castiglione e controsegnata col Num. 96 « (già Num. 21 viale Gozzadini) la seconda in viale Gozzadini Num. 21 « (già 19) e la terza in viale Enrico Panzacchi Num. 7, sono costruite nel-« l'ambito della parrocchia dei SS. Giuseppe ed Ignazio e ad essa le aggiu-« dichiamo e quindi esse sono e vogliamo che siano immediatamente « soggette alla giurisdizione del parroco *pro tempore* della suddetta « Chiesa dei SS. Giuseppe ed Ignazio; così che a detto parroco spetta « il diritto di esercitare in dette case tutti gli uffici parrocchiali che sono « propri della sua giurisdizione ».

Adversus quod decretum suapte natura et ratione formae iudiciale, appellationem interposuit parochus ad S. Mariae a Misericordia, instantiaque ad H. S. Tribunal transmissa est; cum vero inter disputandum dubitatum sit, an Archiepiscopale decretum, in controversia positum, revera esset iudiciale et hinc coram H. S. Ordine ordinario iure res cognosci posset; ad omnem auferendam dubitationem, in audientia diei 18 Iulii 1911, SSmus, referente Revmo Decano dignatus est, quatenus opus esset, negotium committere ut praefatam instantiam seu causam H. S. Tribunal cognoscat et definiat iuxta concordatam dubii formulam.

Quaestio autem proponitur sub hac rogandi formula legitime concordata: « *An domus de quibus in decreto Archiepiscopali diei 21 Maii 1910 aliaeque aedificatae vel aedificandae in eisdem loci, viae et accessus adiunctis pertineant ad parochiam Misericordiae vel ad respectivas parochias urbanas in casu* ».

RR. PP. DD. de turno in solutionem questionis ulterius *ad factum* quod attinet, perpenderunt: 1.° dubii formulam quaestionem movere etiam de parochiis urbanis in genere, quia etsi hodierna quaestio orta sit inter parochum ad S. Mariae a Misericordia *appellantem* et parochum ad SS. Iosephi et Ignatii *appellatum*, et hisce terminis definita est in curia Archiepiscopali, tamen *appellantis* procurator in ius vocavit etiam alios parochos, nempe ad SS. Trinitatis et ad S. Proculi, ut a rei iudicatae effectibus isti non eftugerent et hinc uno iudicio aliae forte exhoriturae, in eisdem terminis, quaestiones praeciderentur. Sane quatenus hodierna quaestio spectat ad domos quoque *aedificandas*, requiritur easdem versari in iis loci, viae et accessus adiunctis, quibus versantur domus iam aedificatae et in casu controversae. 2.° Praeterea appellans sermonem habet etiam de quibusdam domibus in tabu-

lis topographicis, a se exhibitis, signatas NN. 15, 19,21 quarum frons extra moenium situm protenditur. Quae tamen assertio videtur contradici a documento a parochis deducto quo municipalis aedilitatis moderatores testati sunt. « Che tutti i fabbricati ad uso villini che saranno co-
« struiti sulla zona di terreno lungo il viale Gozzadini, dovranno sor-
« gere in arretramento a m. 6,50 dalla linea dal piano regolatore, e
« siccome tale linea arretrata capita all' interno della vecchia mura di
« cinta della città, ne consegue che tutte le costruzioni in parola sor-
« geranno entro il perimetro dell'antica cinta murata. In tali condizioni
« si trovano appunto i villini distinti coi civici NN. 5,15,19,21 del viale
« Gozzadini, il costruendo villino di proprietà Toschi a levante di quello
« al civico N. 15 e la casa col N. 96 di via Castiglione ». 3.° Porro adest conflictus etiam circa *fines quibus continetur territorium urbanum per decreta Cardinalis Opizzonii definitum.* Hic decreto a. 1816 novas erigens parochias urbanas, uti fines ex una parte assignavit - *moenia et valium interius* - ita edicens de parochia S. Iosephi noviter erigenda:
« Le contrade che cadono sotto a cotesta parrocchia sono le seguenti:
« Via Castiglione.... Mura e terrapieno interno da Porta Castiglione, fino
« alla metà del condotto Aposa ».

Sed moenibus dum ex parte *intema* aggestum est valium, *exterius* circumductae sunt fossae, ordinatae ad urbis munimen, seu quo magis augeretur vis moenium defensiva, prouti postulat ars militaris. Ad rem nostram, dirutis moenibus, fossae et valla aequata sunt, et hodie in hoc solo vel currunt viae vel domus aut villulae extruuntur. Quaeritur autem an hoc solum, ubi fossae ductae erant, censendum sit pertinere parochiis urbanis aut potius suburbanis ?

Parochorum urbis procurator, cum perpenderet, fossas habitas fuisse uti partem necessariam moenium, concludit, solum comparatum ex fossis superiecta terra compianatis, pertinere ad parochias urbanas, sed non sine dubitatione hoc affirmat, quare expresse fatetur *«hoc territorium saltem esse dubium ».*

Visum est autem Dominis, omni procul dubio fossas non fuisse comprehensas in territorio urbano, cui decreta Opizzonii Archiepiscopi assignant uti fines « *moenia et valium interius* ».

Moenia vero signaban! lineam urbem ab agro suburbano dividentem, quod incipiebat continuo extra portas urbis. Ceterum quamvis et valium et fossae seu *pomarium* cuiuscumque habitationis expers esse debuerit, tamen si forte quis peregrinus, in fossis iacens opera indiguerit parochi, hic a suburbio appellandus erat. Siquidem moenia occludebant urbem et civibus vel parochis urbanis non semper licebat portis egredi ;

hac de causa Opizzonius iussit, urbanas parochias a suburbanis dividi a moenibus. Sed haec quaestio directe non pertinet ad hodiernam actionem quae comprehendit domus seu villulas extructas de quibus in Archiepiscopali decreto, vel extruendas positas ex integro cum suis parietibus super solo urbano, circumdatas viridariis quae aditum habent ad vias noviter stratas; et ad rem haec testatus est Officialis aedilis: « si « nota che i detti fabbricati hanno *Y* accesso dai viali esterni mediante « cancello o barriera che ne cingono il terreno annesso ai fabbricati, il « quale rimane all' esterno dell' antica cinta ». Hanc facti conditionem videtur, admittere imo ponere uti originem et causam hodiernae litis Archiepiscopale decretum; quocirca quaestio iuris hodie resolvenda est, *an aditus qui dat normam iurisdictionis sit aditus domus seu villulae, an potius aditus viridarii aut hortuli domum seu villulam circumdantis.*

Ad rem adverterunt Domini, regulam iuris certam esse, parochiarum confinia *certa, determinata, perpetua immutabilia* esse debere, uti considerat Pirhing, *tit. De parochis, § 2;* et clare deducitur ex Concilio Tridentino, *sess. 2á, cap. 13, de ref.* — Dicuntur autem confinia perpetua et immutabilia, quippe quae mutari non possunt pro lubitu a privatis civibus aut a civili auctoritate sed dumtaxat a competente auctoritate ecclesiastica et certis ex rationibus, quare Episcopus haec mutare non potest nisi concurrant casus a iure permissi, uti communiter docent Canonistae, quos recolit Bouix, *De parocho, part. 2, cap. 4, prop. 1.* — Neque praescriptione mutari possunt parochiarum fines, uti aperte decernit *caput super 4, De parochiis* ita conceptum; « Super eo vero « quod apud vos intelleximus dubitatum, an quod de finibus et his quae « finibus cohaerent non praescribendis per SS. Canones statutum dignoscitur (v. *Quicumque, 4 et 3 seq. can. 16, § 3,* in Decreto Gratiani) « sit in paroeciarum limitibus, sicut in provincialibus, admittendum? « Respondemus quod bene videtur in utroque servandum, si fines legi- « tima probatione vel alia indubitata fide constitit Ecclesiastica ordina- « tione constitutos ». Et hoc Patres voluerunt animadverti quia uti explicat Pirhing, *I. cit.* si mutari facile possent fines, et hoc civibus liceret, *frequens daretur occasio incertitudinis et confusionis tam in iurisdictione quam in aliis ad publicam utilitatem spectantibus.*

Nihilo secius contingere potest ut domus aut villula excitetur a solo posito in confinio duarum parochiarum et tunc ne fines parochiarum censeantur immutari aut ne duo parochi in eamdem sibi vindicent iurisdictionem, invaluit regula, *aditus domus principalis seu magis frequentatus dat normam iurisdictionis,* seu *domus* illi parocho adiudicatur qui in suo territorio habet eiusdem domus aditum principalem. Hanc regulam

firmat constans ,et communisD D. auctoritas cui concinit constans iurisprudentia -, Aloisius Ricci in *Praxi For ens. Res. 510, in 2 edit. et decis. 333 in 1 edit.* et in cit. *Resol, n. 1* docet: « habitans in confinio dua- « rum parochiarum fit parochianus illius parochiae ex qua domus « aditum habet, quia ex aditu iudicatur de domo ». Item tradit Barbosa, *De off. potest. Episc, Part. II, Alleg. 42, n. 71 :* « Infertur, habitantem in « confinio duarum Ecclesiarum parochialium censeri parochianum illius « in qua domus aditum habet, ex notabili doctrina Bartoli, *lib. 6, n. 6 « in fin. ff. de legato* (3) Bald. *Consilium 60, n. 5* vel *I;* et secundum « Bartol., *in leg. praedii., § 5, ff. de legato* (3), domus quae habet duas « portas in diversis parochiis, iudicatur de ea parochia in qua residet « porta principalis et aditus magis frequentatus ». Eamdem doctrinam tradit Reiftenst, *De parochiis, n. 20;* et Pignatelli, *Consult, can., tom. 8, cons. 5, n. 7;* et Ferraris, *Bibl. can. verbo parochia, n. 37;* Card. Gennari, *Consult., tom. Il, pag. 242.* Quam regulam ratam habuit et firmavit iurisprudentia quam recolit Giraldi *in addit. Institutionum cann.;* Maschat *in Summa Decret., lib. III, tit. de Sepult,* caput *Cum quis;* et Ursaja, *Discept, eccles., tom. 3, part. 2, discept. 11, n. 102.* - Sufficiat referre resolutionem S. Congregat. EE. et RR. *in Veliterno Associationis funerum et emolumentorum* in qua die *6 Maii 1870* ad II rescripsit: « quo « vero ad quartam funeris, eam esse dividendam inter eum parochum « urbis et alterum ex parochis urbis Veliternae, in cuius finibus extat « ianua principalis domus ».

Haec iuris principia certissima, in foro et in scholis admissa applicanda sunt casui controverso. Si ageretur de domo posita in confinio duarum parochiarum *iampridem extructa* quam in sua parochiali iurisdictione comprehendit certus parochus ex pacifica possessione, et quaestio esset de novo aditu principali, ex arbitrio et voluntate domini aperto in territorio alterius parochi, adeo ut hic incipiat sibi vindicare iurisdictionem in eamdem domum quia *aditus principalis dat normam iurisdictionis;* tum applicanda esset resolutio iam data a S. Congreg. Concilii in una *Bononien. Iurisdictionis parochialis,* qua die *12 Decembris 1874* decisum fuit, *domum spectare ad parochum ad quem antea spectabat,* non obstante quod antiquus aditus occlusus fuisset et novus apertus in territorium alterius parochi ; et iure merito, quia non licet, auctoritate privata, mutare fines parochiarum. Idem decisum fuit *die 26 Iulii 1873.*

Ast in themate res est de domo *noviter extructa* in quam nullus parochus sibi arrogat iura possessionis ; quare plene viget regula : *aditus dat normam iurisdictionis.* Cui regulae innixus appellans adversus

Archiepiscopale decretum arbitramur, suam intentionem ex simplicis regulae enunciatione evinci, quia de facto villulae controversae, per viridarium, aditum habent ad viam quam suo territorio comprehendi asserit, extra quamcumque controversiae aleam. Et hoc admittendum esse in facto Patres animadverterunt. Necesse vero est ut distinguatur *duplex* aditus, domus nempe et viridarii, et in *puncto iuris* perpendendum est, quinam ex his attendi debeat pro determinanda iurisdictione parochiali. Et quia iuxta regulam 42um Iuris n. 6: « Accessorium natu-« ram sequi congruit principalis », cum ad parochi iurisdictionem quod attinet, domus *aditus* videatur *principalis* et viridarii *accessorius,* hinc attendendus videtur, ad rem nostram, *aditus domus.*

Cui assertioni acriter obsistit appellans qui advertit, non posse dici hortos aut viridaria viliulas circumdantia esse *accessoria ;* haec enim videntur eidem actori in villulis partem integrantem seu principalem efficere ; siquidem constituunt *quid unum* cum domo in villula existente ita ut desit villulae conceptus si hortuli aut viridaria a domibus separentur; proinde haec parva viridaria in villulis aequiparanda sunt atriis ac vestibulis domorum. Et haec sane visa est Dominis potissima ratio quae adducitur ad evincendam intentionem appellantis, et quae nacta est animum ancipitem et haerentem facere dum deliberatum de acceptanda vel reiicienda intentione appellantis ; nihilo secius, omnibus perpensis, Domini censuerunt non recedendum esse a regula quae tenet, in themate et in similibus casibus *domum* considerandam esse uti *principale,* et hinc *aditus domus* etiam in villulis, attendendum esse pro determinando parocho competente. Ad rem Domini hisce rationibus moti sunt.

• 1.° Cum agatur de applicandis certis iuris regulis nonnullis rerum novis adiunctis, deflectendum est quo minus fieri potest ab eisdem regulis receptis, ne hae penitus subvertantur et ne instituta canonica magis quam evoluta et explicata per iurisprudentiam ad novos casus, videantur subversa et funditus immutata ; ut advertitur *in decis. 273, n. 21, Part. 15, decis. 388, n. 1, Part. 1,* inter *rec.*

%° Quamvis hodie in moribus sit, uti antea non erat, viliulas extruere in populosis urbibus, tamen omni aetate, sive rure sive in agro suburbano extructae sunt parvae villae parvis viridariis seu hortulis instructae ; at in determinando parocho proprio semper applicata est regula ut attenderetur tantummodo *aditus domus.* Et hoc, ea de ratione, quia viridarium seu hortulus comparatur ad reddendam domum amoeniorem et salubriorem, seu consideratur, suapte natura, uti *accessorium.* Unde *in I. praedii. § 5, ff. de legato* (3) ubi quaeritur an in legato domus comprehendatur

etiam hortus domui adnexus, respondetur: *si hortum domus causa comparavit* (dominus) *ut amoeniorem domum ac salubriorem possideret, aditumque in eam per domum* ***habuit*** *et aedium hortum additamentum fuit, domus legato continetur.* Hortus autem consideratur aedium *additamentum* seu *accessorium* quia domum reddit *amoeniorem* et *salubriorem* et quia dominus per domum in hortum aditum habebat. Idem perpenditur in *decis. 432, part. 4, tom. 2, Recent,* ubi *n. 4* asseritur: « sub concessione domus veniunt hortus et alia similia si ad ea pateat aditus per « domum » item in *decis. 77, n. 1, part. 10, Recent.* Neque obstat quod « aliquando domus non sit res principalis in fundo sed accessoria, quasi « fundi instrumentum, uti in coloniis, prouti censuit H. S. O. in *decis. 5, « part. 6,* ubi *n. 2* declaratur : - domus rusticales sunt pars fundi et « fundi accessiones censentur, non secus ac arbores existentes in fundo » etiam in *decis. 1, part. 17, n. 13, decis. 457, part. 2, n. 3* inter *recent.* Sane ex fine specificatur obiectum, et viridarium *aedium est additamentum* si comparatum sit ad reddendam amoeniorem et salubriorem domum, ut citata lege *praedii.*

3.° Praeterea incongruum visum est Dominis, attendere magis aditum *viridarii* seu horti quam *domus* quia parochus exercet directe suam iurisdictionem in domuum habitantes, quare cavetur in Conc. Trid. *sess.24> cap. 13 :* « Mandat sancta synodus episcopis pro tutiori animarum eis «commissarum salute ut, distincto populo in certas propriasque paro« chias, unicuique suum perpetuum peculiaremque parochum assignent ». Unde et Aloysius Ricci et Barbosa, et Reiff, *in citatis locis* loquuntur « de habitante in confinio duarum parochiarum qui fit parochianis illius « in qua domus aditum habet, etc. ».

Neque adverterunt Domini, horti seu viridarii aditus aequiparari posse *atriis* seu *vestibulis* domorum, quia iurisprudentia determinavit, non quemcumque *aditum domus* attendendum esse sed *principalem;* seu illum (ut legitur *in folio* causae Neapolitanae diei 26 Iulii 1873) « qui cum originario et architectonico prospectu aedificii concordat ». Et hoc iure merito receptum fuit, quia cum fines parochiarum *certi, stabiles, perpetui, immutabiles* esse debeant, exinde ad eos signandos et determinandos assumi debent eae res seu obiecta stabilitatem per se praeseferentia. Notat Pirhing, *loc. cit.* « in dioecesibus vero et parochiis distin« guendis solent designari montes, flumina, paludes qui tamen proprie « non sunt limites sed potius signa limitis seu adhaerentia limiti « dicuntur ». In domo autem qui sit in confinio duarum parochiarum assumptum est signum stabile ad fines parochiales determinandos, seu attenditur aditus domus idemque principalis et externus pro archite-

ctura eiusdem domus. Nihil vero officit quod aditus domus externus muniatur clathris; hi enim aditum domus muniunt vel ornant sed non immutant. Ex adverso in villulis, *aditus viridarii* ut plurimum non respondet architecturae domus sed magis commoditati ingrediendum et potissimum arbitrio heri et proinde nullam praesefert stabilitatem, non eam certe iure requisitam. Neque hodie habetur certus typus villlulae sed aedificantur in propemodum infinitas formas, et villula circumscribitur vel cancellis vel saepe, vel tantum parvo viridiario aut prato circum datur nec cancellis nec fossis nec vallis circumscripto, ut fit passim in magnis urbibus Americae Septentrionalis: tunc in viridario seu prato tantum signatur semita, quae conducit commodius ad domus aditum.

Praeterae animadversum est, hodie, etiam heic Romae, magnae excitantur fabricae quae hortulis seu viridariis exornantur, quarum pars singulis inquilinis utenda fruenda conceditur, tamen viridarii ingressus externus (ut plurimum duplex et aequalis) est omnibus inquilinis communis, dum aedificium, quod saepe peramplum est, diversos habet aditus partim prospicientes ad hortos, partim ad viam publicam.

Nec advertere praetermiserunt Patres quod si admittatur principium, attendi in villulis *aditum viridarii* seu *hortuli* non *aditum* domus, rationem amplius non adesset cur eadem regula non applicetur vitiis suburbanis aut etiam urbanis quae solent amplos hortos habere, uti villae Burghesianae aut Pamphyliae in Urbe. Sane plus et minus, parvum et magnum non mutant speciem. Sed quando horti, in vitiis praesertim suburbanis, tantam habent latitudinem, praeterquam quod omnino incongrua et inaudita est eiusmodi dictae regulae applicatio, quibusnam incommodis si applicaretur, viam non aperiret? Neque fas est unam regulam villulis urbanis, aliam villulis aut vitiis suburbanis applicare, aut etiam ipsis praediis rusticis aut coloniis domo instructis, cum non sit consentaneum in re tam gravi quae respicit fines parochiarum tam severe tam religiose conservandus a mutationibus immunes, adoptare regulam qua fines aut determinantur aut in dubio declarantur, non constantem et stabilem sed variam innixam variae seu arbitrariae aestimationi cuiusdam extrinsecae rerum conditionis.

Neque visum est Dominis inde sequi incommoda quibus iam occursum non sit per ius commune. Nam obiectum est inconveniens, quod nempe parochi hac ratione adigantur transire per alienum territorium. Verum quoad *publicas* vias sufficiat recolere, parochos iure gaudere, pro exercitio quoque sui ministerii suorumque iurium, transeundi per publicas vias in alienis territoriis parochialibus, prouti tenuit constans iuris

prudentia S. Congregationis Concilii et EE. et RR. praesertim in una Piacentina 24 Nov. 1713, quam refert Ferraris, *Bib. Can. Verb. Parochus, art. 3, n. 36.* Idem firmatum fuit in citata Bononien. 12 Decembris 1874. Et haec *de publicis viis.* De illa semita vero per quam in villis acceditur ad domum, quaestio esse non potest quia viridarium seu hortus ceu aedium additamentum, sequitur domum, uti accessorium sequitur principale, et hinc subiicitur iurisdictioni illius parochi cui domus pertinet, cuique pertinerent casae ligneae vel ex lapidibus extructae quas pro habitatione custodis seu ianitoris fingit appellans. - Ad rem iuvet etiam recolere *Instructionem 89,* Benedicti XIV quam, dum esset Archiepiscopus Bononien., dedit pro resolvendis nonnullis practicis difficultatibus quoad accessus parochorum ad domos sibi pertinentes per vias quoque privatas.

Incommodum vero quod memoratur in themate, quia domus in eodem situ moenium extructae aditum habere possunt vel extra vel intra lineam olim signatam a moenibus et hinc diversis paroeciis pertinere, cum ad omnes pateat accessus per eamdem viam - vulgo *di circonvallazione* - istud incommodum habet iam remedium in iure comparatum per facultates Episcopis concessas, adhibitis certis solemnitatibus, etiam invitis rectoribus, parochias dismembrandi seu easdem novis finis circumscribendi, quoties id expostulent mutata viarum publicarum seu territorii parochialis conditiones, ex capite *Ad Audientiam de eccles, aedis,* atque ex Tridentino Concilio *sess. 21, cap. 4,* et *sess. 24, cap. 3, de ref.*

Hac ratione, animadverterunt Patres, firma perseverat regula, *aditum domus principalem normam dare iurisdictionis,* sive sit parva domus seu villula amoeno et salubri viridario circumdata, sive amplum et celebre castrum turribus munitum, aut monasterium cui ecclesia addicta sit. Quae norma nedum firma perseverat sed recognoscitur alligata cuidam stabili et certae conditioni seu ipsi structurae architectonicae domus et ita respondet suo fini seu apte inservit ad conservandam stabilitatem quam fines parochiales habere debent. Quod si contingat in structura domus fieri mutationem et mutari aditum, nihilominus fines iam signati per applicationem dictae regulae non exinde mutantur, uti sapientissime decisum est a S. Congr. Conc. in cit. Bononien., 12 Decemb. 1874; siquidem privatis non licet, non fas est, pro suo lubitu, mutare fines parochiarum.

Quibus omnibus mature perpensis et consideratis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes ad propositum dubium respondemus: *«Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam partem »*

seu Archiepiscopale Decretum ratum habemus et confirmamus ; et ita decernimus, declaramus et definitive sententiamus; statuimus autem expensas iudiciales haberi inter partes compensatas.

Ita pronunciamus, mandantes locorum Ordinariis et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum et praesertim *cap. 3, sess. XXV, de Reform.* Conc. Tridentini, iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 21 Iulii 1911.

Michael Lega, *Decanus, Ponens.*
Guilelmus Sebastianeiii.
Iosephus Alberti.

L. £g S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

VI.

Citatio Edictalis

RAVENNATEN.

NULLITATIS MATRIMONII.

Cum constet Curiam Episcopalem *Nashvillen.* citationem Duae Mildred Montague in hac causa conventae indicere non potuisse quia Dñam Montague reperire datum non fuit, per praesens edictum eamdem citamus ad comparendum sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. Romanae Rotae die 8 Nov. 1911 hora undecima ad videndum subscribi infrascriptum dubium, nec non destinari diem, qua habebitur turnus rotalis pro causae definitione. Cum declaratione quod nisi comparuerit contumax habebitur. Dubium: *An sententia rotalis sit confirmanda vel infirmanda in casu?*

Ordinarii locorum et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco dominae praefatae, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione eadem moneatur.

Romae, die 6 Septembris 1911.

Franciscus Heiner, *Ponens.*

Sac. Tancredes Tani,
Notarius S. R. Rotae.

L. ffi.S.

Traduction.

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE.

Citation par Édit.

RAVENNATEN. - NULLITÉ DE MARIAGE.

Puisqu'il conste que la Curie Episcopale de Nashville n'a pas pu notifier la citation à Madame Mildred Montague, car il n'a pas été possible de trouver cette dame, nous citons par le présent édit la même dame Mildred Montague à comparaître, personnellement ou par procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine, le 8 novembre 1911 à 11 heures du matin, pour voir souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote; avec déclaration que si la dite dame ne paraîtra pas, on la considérera contumace. Doute: « *La sentence rotale doit-elle être confirmée ou révoquée?* »

Les Ordinaires des lieux et les fidèles ayant connaissance du domicile ou du lieu de la résidence de la dite dame sont obligés, dans la mesure du possible, de l'avertir de la présente citation.

Rome, le 6 Septembre 1911.

François Heiner, *Ponent.*

Sac. Tancredes Tani,

L. £ß S. *Notaire de la S. Bote B.*

SIGNATURA APOSTOLICA

ARIMINEN.

PENSIONIS.

Inter Marianum Pascucci, archipresbyterum Ecclesiae S. Mariae loci « Cento », *recurrentem, repraesentatum per legitimum procuratorem Angelum D'Alessandri, advocatum ; et Bartholomaeum Fantini, parochum Ecclesiae SS. Ioannis Evangelistae et Bochi, vulgo S. Augustini in civitate Ariminen., repraesentatum per legitimum procuratorem Aloysium Lavitrano, advocatum.*

Ecclesiae parochialis S. Ioannis Evangelistae et S. Rochi (vulgo *S. Augustini)* in civitate Ariminen. iam inde ab anno 1864 per Litteras

Apostolicas sub plumbo expeditas subiecta fuerat oneri solvendi pensionem, scilicet annuam summam biscentum scutatorum monetae romanae (lib. it. 1064) favore quatuor paroeciarum eiusdem dioeceseos Ariminen., paupertate laborantium; nempe scut. 72 favore paroecialis Ecclesiae S. Gaudentii in suburbio Ariminen.; scut. 48 favore paroec. Eccl. S. Mariae Magdalenae loci *Delle Gelle;* scut. 40 favore paroecialis Eccl. Sanctissimae Crucis loci *Muscolo ;* denique scut. 40 favore paroec. Ecclesiae S. Paterniani loci *Casalecchio.* Deinde vero, anno nempe 1875, sequuta primodictae paroecialis Ecclesiae vacatione, tunc existente Episcopo Ariminen. in id supplicante, accedente ad id illarum respective Ecclesiarum Rectorum consensu qui alio modo essent compensati, Apostolica Sedes Ecclesiam Sanctorum Ioannis Evangelistae et Rochi Ariminen. memorata pensione exonerari concessit. Quum autem ipsa Ecclesia S. Ioannis Evangelistae anno 1878 iterum vacasset, sacerdos Petrus Bianchi, titularis Ecclesiae Archipresbyteralis S. Mariae loci *Cento,* cui ab anno 1849 praefuerat, in eadem dioecesi Ariminen., per dimissionem ad paroecialem Ecclesiam S. Ioannis Evangelistae in civitate Ariminen. canonice translatus fuit. Ipse tamen translationi assensum non praebuit, nisi ea lege ut ipsa supra memorata pensio, iamdiu, uti vidimus, imposita Ecclesiae paroeciali Ariminen., ad quam regendam vocabatur, ista ab Ecclesia auferretur. Et revera huiusmodi pensio ad archipresbyteralem Ecclesiam loci *Cento,* quam ille dimittebat, per Apostolicam Bullam *Ad Catholicae Ecclesiae* anno Incarnationis Dominicae 1878, tertio Idus Maii, translata fuit.

Immediatus in archipresbyterali beneficio successor, sacerdos Ioannes Garuffi, licet in actu concursus sese, prouti et alii concurrentes, memoratae pensioni satisfaciendae obligasset, si ipsi paroecia obveniret; tamen statim vix eam adeptus est, penes civile gubernium institit, ut praedictae pensionis onere liberaretur, eo quod in Curia Episcopali pleraque testimonia fidelium paroeciae S. Mariae de Cento asservarentur, quibus adstruebatur, praebendam huius Ecclesiae nequaquam assequi censum a suo antecessore declaratum. Verumtamen frustra; immo ob id male factum ecclesiasticas meruit censuras ; proinde impositam beneficio suo pensionem solvere coactus est.

Defuncto Ioanne Garuffi, ad Ecclesiam archipresbyteralem S. Mariae loci *Cento* nominatus fuit sacerdos Marianus Pascucci, qui per biennium a solvenda pensione abstinuit. Quum autem ad solvendum incitaretur, ne id faceret, causam detulit ad S. Congregationem Concilii, spe fretus exonerationis ab omni pensione solvenda. Praecipuum suae spei argumentum nitebatur hoc facto, quod Marianus Pascucci revera

contigisse affirmabat, scilicet sacerdotem Petrum Bianchi, ad obtinendam pensionis translationem ad Ecclesiam S. Mariae de Cento, notabiliter redditus huiusmet Ecclesiae adauxisse, facta cumulatione fructuum beneficii paroecialis cum quodam pio legato, cuius titularis Ecclesiae S. Mariae est merus administrator; atque ex adverso notabiliter redditus paroecialis Ecclesiae SS. Ioannis Evangelistae et Rochi in civitate Ariminen. imminuisse. Affirmabat insuper ad hunc quoque finem sacerdotem Bianchi a suis paroecianis, aucupatum eorumdem bonam fidem, extorsisse signatam testificationem de consensu quoad impositionem memoratae pensionis. Inde exortum *obreptionis* vitium in Bulla Pontificia de translatione praedictae pensionis.

Verum iudicii exitus Mariani Pascucci spem fefellit. Etenim S. Congregatio Concilii impositionem pensionis in casu servandam esse censuit : attentis tamen omnibus, eamdem pensionem ad libellas italicas 500 in perpetuum redegit sequenti responso : *Die 26 Aprilis 1902 - Esse locum reductioni pensionis ad 500 libellas.*

Quum hanc S. Congregationis Concilii decisionem aegre ferret sacerdos Marianus Pascucci, aliam decisionem ab eadem S. Congregatione provocavit ; quae ita respondit : *Die 28 Februarii 1903 - In decisis et ad mentem. Mens est quod pensio ita reducta, solvenda sit etiam quoad praeteritum.*

Contra hanc sententiam sacerdos Marianus Pascucci etiam appellavit. Verum S. Congregatio Concilii absolute respondit: *Die 10 Maii 1908 - In decisis* ; - datisque Ordinario instructionibus, monebat, praeviso casu quod Archipresbyter non obtemperasset : *Episcopus procedat contra parochum Pascucci ad tramitem litterarum diei 26 Novembris 1906.* Quae quidem litterae comminabantur suspensionem a divinis ipso facto incurrendam.

Revera archipresbyter Pascucci statim non obtemperavit ; sed postquam elabi sivisset octodecim menses quin debito satisfaceret, tandem, ecclesiasticis adactus censuris, duorum praeteritorum annorum ratam partem solvit, pollicitus per nummarias syngraphas sese ceteras soluturum.

Conqueritur Marianus Pascucci, quum syngraphas ipsas constituta die permutare non valuisset, tum a Curia Episcopali, tum a parocho Ecclesiae SS. Ioannis et Rochi in civitate Ariminen. atrocem sibi illatam iniuriam, propterea quod a civili magistratu obtinuerit, ad redimendum creditum, ut venderetur in publicis nundinis atque in platea loci *Cento* frumentum ad redditus suae paroeciae spectans, cum maximo fidelium scandalo. Quum autem in eo animi consilio persisteret, sese imparem

prorsus esse memoratae pensioni solvendae propter reddituum sui paroecialis beneficii exiguitatem, *Pontificia Commissione* impetrata, promovit recursum ad hoc Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal pro novo iudicio.

Causa igitur funditus pertractata est in Ordinaria Supremi Tribunalis Sessione, habita in aedibus Vaticanis die decima sexta-mensis Iulii an. 1910, relatore Emo P. D. Francisco de Paula Card. Cassetta, propositoque dubio iam antea inter partes concordato scilicet :

An et qua mensura constitutio pensionis sustineatur in casu?

Eminentissimi Iudices responderunt :

Dilata, et ad mentem.

Mens autem fuit ut probus et rei agrariae expertus penitusque vir cum consensu partium litigantium ab Episcopo Ariminensi deligeretur, cui de mandato Supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis ac sub iurisiurandi religione munus committeret redditus tum paroecialis Ecclesiae SS. Ioannis Evangelistae et Rochi (vulgo *S. Augustini)* in civitate Ariminen., tum paroecialis seu archipresbyteralis Ecclesiae S. Mariae loci *Cento* computandi, habita praesertim ratione fructuum in postremo decennio perceptorum ab utraque Ecclesia.

Facta est equidem huiusmodi computatio, sive, ut vulgo audit, *Perizia,* ab lllmo viro Romualdo Casicci et ad Supremum hoc Tribunal transmissa, quod in Ordinaria Sessione habita die decima septima elapsi mensis Iunii 1911 causam definivit supra memorato dubio respondens:

Pensionem ad libellas annuas centum et quinquaginta reducendam esse. Quoad vero pensionis praeteritorum annorum solutionem, archipresbyterum Marianum Pascucci non esse inquietandum.

De expensis autem iudicialibus Supremum idem Tribunal constituit, eas inter partes esse compensandas.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum atque definitive iudicatum ; mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret, atque ab omnibus ad quos spectet executioni mandaretur, non solum etc., sed et omni etc.

Datum Romae, ex aedibus Supremi Tribunalis die decima sexta mens. Iulii an. MCMXI.

Ita est.

N. Marini, *a Secretis, S. S. A. T.*

L. % S.

Iosephus adv. Fornari, *S. T. A.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SAGRA CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ANTIPREPARATORIA.

Il giorno 22 Agosto presso 1' Emo e Rmo Signor Cardinale Ponente, Domenico Ferrata, si è tenuta la Congregazione Antipreparatoria dei Sacri Riti, nella quale i Rmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso e dato il voto sopra l'eroismo delle virtù della Ven. Serva di Dio Suor Filomena di Santa Colomba, Monaca professa dell'Ordine dei Minimi di S. Francesco di Paola.

CONGREGAZIONE ORDINARIA.

11 giorno 5 Settembre 1911, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si tenne la Congregazione Ordinaria dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi Signori Cardinali, componenti la medesima, furono sottoposte le seguenti materie:

I. Introduzione di Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Benvenuto Bambozzi, Sacerdote professo dell'Ordine dei Minori Conventuali.

II. Conferma di culto da tempo immemorabile prestato al Servo di Dio Bonaventura Tornielli, Sacerdote professo dell'Ordine dei Servi di Maria, chiamato Beato.

III. Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propria in onore del Beato Stefano Teodoro Cuenot Vescovo, Martire, per l'Archidiocesi di Besançon.

IV. Concessione ed approvazione dell'Officio proprio, Messa ed Elogio da inserire nel Martirologio dell'Ordine, in onore del Beato Giacomo Capocci da Viterbo, dell'Ordine dei Romitani di S. Agostino, Arcivescovo di Napoli.

V. Conferma, o Elezione di Santa Elisabetta di Ungheria, Vedova, a Patrona Principale della Città detta Santa Isabel, nel Vicariato Apostolico di Fernando Pòo.

VI. Revisione degli scritti del Ven. Servo di Dio Antonio Maria Gianelli, Vescovo di Bobbio, Fondatore delle Figlie della B. M. V. dall' Orto.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE.

Con biglietto della Segreteria di Stato,.Sua Santità si è benignamente degnata di nominare:

12 Agosto 1911. — Monsignor Camillo Laurenti, Segretario della Sacra Congregazione di Propaganda Fide.

3 Settembre 1911. — Monsignor Adriano Zecchini, Sotto-Segretario della stessa Sacra Congregazione di Propaganda.

ONORIFICENZE.

Sri a Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

2 Agosto 1911. — Al Sig. D.r Antonio de Acatanassis Nemer, della diocesi di Beiern del Para;

— Al Sig. Guglielmo Augusto de Miranda, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

Settembre 1911, — S. E. Rma il Signor Cardinale Giovanni Puzyna da Kozielsko, Vescovo di Cracovia.

Febbraio 1911. — Mons. Antenogene Silva, Arcivescovo di Mechoacan (Messico).

Giugno 1911. — Mons. Clemente Fagnani, Vescovo di Kandy (Ceylan).

Agosto 1911. — Mons. Giovanni Capitoli, Vescovo di Bagnorea.

— Mons. Raffaele Piros, Vescovo di Penne ed Atri.

— Mons. Emanuele San Roman y Elena, Vescovo titolare di Milasso.

— Mons. Antonio Delenda, Arcivescovo di Atene.

Annus IH. - Vol. Ili. Die 30 Septembris 1911. Num. 13.

A C T A l P f M m i l T O

COMMENT AEÏUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

EPISTOLAE.

I.

AD R. P. D. MOMEDEM FALCONIUM, ARCHIEPISCOPUM TIT. LARISSENSÏUM, DELEGATUM APOSTOLICUM IN FOEDERATIS AMERICAE CIVITATIBUS, DE PACE TUENDA.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Libenter abs te accepimus, auspice virorum coetu quorum summa est ad populum auctoritas, fervere in Foederatis Americae Civitatibus prudentiorum studia ad pacis commoda gentibus tuenda. Videlicet animos coniungere, hostiles continere impetus, prohibere belli pericula et ipsas amovere pacis (uti aiunt) armatae sollicitudines, coeptum est nobilissimum : et quidquid in hanc causam confertur operae, etsi non eo proxime vel plene contingat quo consilia spectant, conatum tamen praestat qui neque auctoribus vacat laude, neque publicae rei utilitatibus. Idque hoc maxime tempore, quum et magnae copiae, et instrumenta ad internecionem aptissima, et tam longe provecta rei militaris scientia, bella portendunt quae vel ipsis sunt principibus potentissimis vehementer pertimescenda.

Quare gratulamur ex animo coeptum cum optimo cuique tum Nobis, prae ceteris, probandum Qui, adepti summum Ecclesiae Pontificatum, vices gerimus Illius *qui pacis et princeps* et *Deus est:* et ad illud, saluberrimo consilio, contendentibus Nostrae suffragio auctoritatis adiungimur libentissime. Neque enim dubium est Nobis quin iidem praestantes viri, in quibus tanta est ingenii vis prudentiaeque civilis, velint ad pacem laboranti saeculo conciliandam regiam gentibus sternere viam in iusti-

tiae et caritatis legibus sancte omnibus servandis. Pacem enim, hoc ipso quod ordine continetur, frustra quis sibi confidit stabiliendam, nisi pro viribus contendat ut iis suus ubique sit honor virtutibus quae ordinis sunt principia ac fundamentum omnium maximum.

Ceterum, memoria repetentes exempla tot illustrium Decessorum Nostrorum qui, quando per tempora licuit, hoc etiam ex capite de gentium humanitate, de firmitate imperiorum tam egregie meruerunt, studio incendimur aliquid et Nos hac item in re praestandi. Quandoquidem vero aliud nihil hac in re praestare aetas sinat quam pias ad Deum preces, Deum qui corda noscit hominum et ea quocumque vult inclinat, instantissime adprecamur ut iis propitius adsit qui pacem populis conciliare student: gentibus vero quae pacem concordi voto expetunt, tribuere benignus velit ut, amotis belli ac descidii calamitatibus, *in pulchritudine pacis* tandem aliquando conquiescant.

Auspicem divinorum munerum Nostraeque testem benevolentiae Apostolicam benedictionem tibi, Venerabilis Frater, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xi Iunii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

II.

AD R. P. D. IOANNEM MARIAM FARLEY, NEO-EBORACENSIÜM ARCHIEPISCOPUM, OB FILIALE DEVOTIONIS OBSEQUIUM PER LITTERAS EXHIBITUM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem — Suavissimae iucunditatis fructum tua Nobis praebuit epistola. Nuncia quippe advenit necessitudinis intimae qua Nobis dioecesis tuae fideles iunguntur. Quamquam vero id erat satis exploratum Nobis, libuit tamen nova significatione testatum abs te accipere, novoque frui pietatis optatissimae officio. Quod officium eo sane gratius quo plenius. At vero plenissimum praebuisti quum nuntiasti et habitam istic mandatis Nostris verecundiam debitam ; et publicas privatasque preces pro Nobis, per hunc praesertim annum, ad Deum fusas, fundendas; et missam Petrianam stipem qua studiosi ex America filii communis Patris tenuitati opem ferre curae habent. Quae omnia et paterno complectimur animo, et pari prosequimur pietatis vice ; cuius testis Apostolica sit Benedictio, quam caelestium auspicem bonorum, tibi, Venerabilis Frater, et quotquot in tua

dioecesi sunt, qui Nostro parent imperio, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv Iunii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

III.

AD ANDREAM CARD. PERRARI, ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSEM, ET EPISCOPOS PROVINCIAE ECCLESIASTICAE MEDIOLANENSIS, PRO ANNUIS EPISCOPALIBUS CONFERENTIIS RHAUDI CONGREGATOS.

Dilecte Fili Noster, ac Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Ista quanti sit apud Nos pietas, quam communes vestrae litterae prae se ferunt, dicere vix attinet. Neque enim vos latet Nobis tanto opere laborantibus ob ea quae dolenter commemoratis incommoda catholico circumfusa nomini, levationem afferri nullam posse maiorem quam Fratrum ac filiorum coniunctionem : nihil quippe ad Ecclesiam tuendam concordi collegio firmius.

Quod vero attinet ad dioecesium vestrarum gubernationem, cuius gratia Rhaudi, uti assoletis, congressi estis, iucunde equidem accepimus consilia vestra eo praecipue pertinuisse unde tam gravia, aetate hac nostra, impendent in Ecclesiam mala. Intelligitis, dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, orationem Nostram prava spectare eorum studia catholicorum, qui inani spe decepti, catholicos vellent socordiâ torpescere, religionis et apostolicae Sedis iurium sanctissimorum immemores, vel saltem, non satis memores. Nimium quantum iidem catholicae rei oberunt, nisi mature actio obstiterit Sacrorum Antistitum. Cui quidem actioni iuvandae prodesse haud parum ephemerides posse adsimilesque in vulgus editas scriptiones itemque catholicorum bene constitutas consociationes, plus est exploratum!quam ut oporteat commemorari. Et recte admodum eorumdem subsidio utendum vobis decrevistis ad opportune edocendos monendosque fideles et ad salutaria in iisdem studia excitanda. Quod tamen dum probamus, admonemus insimul ut sedulo advigiletis ne qui scribendis eiusmodi ex intervallo paginis dant operam, in tuenda vulgandaque catholica doctrina non solum ab Ecclesiae magisterio umquam deflectant, sed in omnibus Apostolicae Sedis dicto audientes sint religiosissime. Illud enim cuique vestrum persuasum sit oportet, ephemerides quasdam, quae, ex consueto, eo spectant ut catholicis haud aegre ferenda suadeant damna religioni ab iis illata qui,

publicis commutatis rebus, Ecclesiae contrivere opes, afflixere libertatem: quae iniquas negligunt conditiones in quibus Apostolica Sedes versatur, neque eas quicquam pensi habent quas hostes parant asperiores: quae totae sunt in celebrandis ingenio atque orthodoxia auctorum quorum scripta, si diligenter perpendantur, mendis scatere comperiuntur atque erroribus flagitiosissimis: quae denique, catholico quo honestantur nomine, domos facilius pervadunt, omnium feruntur manibus, ab omnibus facile perleguntur, clericis minime exceptis, tantam moliri catholicis iudicii disciplinaeque corruptelam, quantam neque ipsa parant diaria Ecclesiae palam infensa. Catholicae autem consociationes, quas in cuiusque vestrum dioecesi multiplicari ac florere cupimus, item diligenter curandum ut disciplinae sint retinentissimae: singuli vero sodales ut fidem catholicam domi forisque libere prae se ferant ac tueantur.

Quae omnia ut feliciter eveniant, caelestium auspicem bonorum, eamdemque benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem vobis omnibus, dilecte Fili. Noster ac Venerabiles Fratres, clero populoque cuique vestrum credito amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die i Iulii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

I.

SODALITAS A S. MISSA REPARATRICE NOVIS INDULGENTIIS DITATUR.

Die 7 Septembris 1911.

SSmus D. N. D. Pius div. Prov. Pp. X, quum ex variis Apostolicae Sedis Indultis, non uno tempore datis, inter Archiconfraternitates et Confraternitates, a S. Missa Reparatrice nuncupatas, plurimisque in locis erectas, desiderabilem uniformitatem deesse consideraverit, huiusmodi incommodo occurrere volens, per facultates Supremae huic S. Congregationi S. Officii impertitas, abrogatis omnibus et singulis Indulgentiis, quibus hucusque praedictae Consociationes gavisae sunt, quomodocum-

que demum fuerint concessae, novas, defunctis quoque applicabiles,in favorem tam existentium, quam in posterum erigendarum, quibusvis in locis, Archiconfraternitatum, nec non item existentium vel erigendarum quae eiusmodi Archiconfraternitatibus aggregatae fuerint, Confraternitatum, elargiri dignatus est. Sunt autem:

A. - Plenariae, pro Christifidelibus rite in Sodalitatem cooptatis, si confessi ac S. Communione refecti aliquam Ecclesiam vel publicum Oratorium visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint: 1.° Die eorum ingressus in Sodalitatem; 2.° .In festis: *a)* Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis et SS. Cordis D. N. I. Ch.; *b)* Pentecostes, SS. Trinitatis et. S.S. Corporis Domini; *c)* Immaculatae Conceptionis, Nativitatis, Purificationis, Annuntiationis et Assumptionis B. M. V.; *d)* Omnium Sanctorum; *e)* S. Norberti Ep. C, S. Tharsicii M., S. Paschalis Baylon C, S. Iulianae de Corneillon V. ; *f)* Titularis Ecclesiae, in qua quaelibet Sodalitas erecta est; 3.° Bis in singulis annis, diebus a respectivis Ordinariis, semel pro unaquaque Sodalitate designandis; 4° Semel in anno, die ad cuiuslibet Sodalis arbitrium eligendo.

B. - Plenaria in mortis articulo (defunctis non applicabilis), pro iisdem Sodalibus, si confessi ac S. Synaxi refecti, vel saltem contriti, SSmum Iesu nomen, ore, si potuerint, sin minus corde, invocaverint; et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint.

C. - Partialis centum dierum, pro consociatis, qui aliquod pietatis opus, ad finem Sodalitatis assequendum, peregerint.

Tandem Idem SSmus indulsit, ut in locis in quibus, diebus festis de praecepto servandis, unica celebratur Missa, Sodales valeant, loco alterius Missae, iuxta Consociationis leges audiendae, huic obligationi satisfacere, ante vel post Sacrum de praecepto, per aliquod temporis spatium ante SSmam Eucharistiam pie orantes.

Praesentibus in perpetuum valituris absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Aloisius' Giambene,
Substitutus pro Indulgentiis.

L. ffi S.

II.

SANATIO IN FAVOREM CONFRATERNITATIS SEPTEM DOLORUM B. M. V.

Beatissime Pater,

Prior et Procurator Generalis Ordinis Servorum B. M. V. ad pedes Sanctitatis Tuae provoiuti, exponunt se compertum habere, quosdam, hic illic, in cooptandis christifidelibus Confraternitati Septem Dolorum B. M. V. irrepsisse errores, tum in nenedietione Scapularis et Coronae precatoriae a Septem Doloribus B. M. V. nuncupatae; tum, demum, in adnotatione nominum christifidelium in albo Confraternitatis facienda: quapropter, ne ob has seu alias irregularitates christifideles indulgentiis priventur, instanter postulant, ut S. V. omnes praefatas receptiones hucusque factas, et aliquo vitio laborantes, benigne sanare seu convalidare dignetur.

Et Deus etc.

Die 12 Septembris 1911.

SSmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. X, per facultates R. P. D. Adsessori S. Officii impertitas, benigne petitam sanationem concessit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Aloisius Giambene,

L. S. *Substitutus pro Indulgentiis.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i.

ERECTIONIS PRAELATURAE NULLIUS SANCTISSIMAE CONCEPTIONIS DE ARAGUAYA.

SSmus Dominus Noster Pius PP. X decreto Sacrae Congregationis Consistorialis diei 18 iulii 1911, in Brasiliana republica novam Praelaturam Nullius « *SSmae Conceptionis de Araguaya* » nuncupandam erexit, cuius hi sunt limites. Ad meridiem, cursus parvi fluminis vulgo *Bio Tapirapè* ab eius origine usque ad eius exitum in flumine *Araguaya:* ad orientem cursus fluminis *Araguaya* ab ostio rivuli *Tapirapé* superius memorati, usque ad locum S. Joâo vocatum, ubi flumen *Araguaya* influit in maius flumen *Tocantins :* ad septentrionem, primum brevis ille tractus fluminis *Tocantins* qui decurrit ab influxu fluminis *Araguaya* usque ad oppidum

Jar aba ; dein linea idealis quae a loco *Jaraba* recta ducit ad locum *Alta Mira* in flumine *Xingu :* ad occidentem, primum cursus fluminis *Xingú* a loco *Alta Mira* usquedum in ipsum influit parvum flumen *Bio Fresco;* dein cursus huius rivuli adscendendo usque ad eius originem ; denique linea idealis quae ab origine eiusdem rivuli recta ducit ad originem rivuli *Tapirapé.*

IL

ERECTIONIS DIOECESIS DESMOINENSIS.

SSmus Dominus Noster Pius PP. X decreto Sacrae Congregationis Consistorialis diei *Vi* augusti anni 1911, in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus novam dioecesim *Besmoinensem* denominandam erexit, cuius hi sunt limites: Ad orientem, ipsi fines orientales comitatuum civilium *Polk, Warren, Lucas* et *Wayne,* qui idcirco in nova dioecesi comprehenduntur; ad meridiem confinia Status civilis *Jovva;* ad occidentem cursus fluminis *Missouri;* ad septentrionem denique confinia septentrionalia comitatuum *Harrison, Shelby, Audubon, Guthrie, Dallas* et *Polk* qui idcirco in nova dioecesi inclusi manent: adeo ut memorata nova dioecesis tres et viginti comitatus civiles complectatur, qui vocantur, *Harrison, Polk, Warren, Clarke, Binggold, Shelby, Gass, Mills, Lucas, Decatur, Audubon, Pottawattamie, Montgomery, Fremont, Wayne, Guthrie, Adair, Adams, Page, Dallas, Madison, Union* et *Taylor.*

III.

IMMUTATIONIS FINIS DIOECESUM RATISBONENSIS ET BAMBERGENSIS.

SSmus Dominus Noster Pius PP. X decreto Sacrae Congregationis Consistorialis diei 30 Augusti anni 1911, statuit ut locus vulgo *Hub,* qui prius paroeciae *Hopfenohe* archidioecesis Bambergensis annexus erat, sit pars paroeciae *Kifchenthumbach,* Ratisbonensis dioecesis.

IV.

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis SSmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet :

23 augusti 1911. — Cathedrali ecclesiae Secusiensi praefecit sacerdotem Iosephum Castelli, parochum in oppido vulgo *Guorgnè* archidioecesis Taurinensis.

I septembris 1911. — Cathedrali ecclesiae Pictaviensi sacerdotem Aloisium Humbrecht, Vicarium Generalem archidioecesis Bjsuntinae.

— Cathedrali ecclesiae Gratianopolitanae sacerdotem Aloisium Iosephum Maurin, Vicarium Generalem dioecesis Massiliensis.

7 septembris. — Titulari ecclesiae episcopali Hierocaesariensi sacerdotem Ioannem Mariam Laval, Vicarium Generalem archidioecesis Novae Aureliae, quem constituit Auxiliarem Rmi Iacobi Huberti Blenck, archiepiscopi Novae Aureliae.

9 septembris. — Titulari ecclesiae episcopali Eucarpiensi sacerdotem Ioannem Garigliano archidioecesis Taurinensis, Vicarium Generalem archidioecesis Aquilanae.

II septembris.— Cathedrali ecclesiae Nuscanae sacerdotem Aloisium Paulini, canonicum Poenitentiarium metropolitanae ecclesiae Utinensis.

S. CONGREGATIO CONCILII

DUBIUM CIRCA VIGILIAS FESTORUM SUPPRESSORUM MOTU PROPRIO DIEI 2 IULII 1911.

Relato ab infrascripto S. C. Concilii Praefecto in Audientia diei 15 Septembris 1911 SSmo Dno Nostro Pio PP. X dubio a pluribus Episcopis eidem S. C. proposito, an post Motu Proprio « *Supremi disciplinae* » diei °2 Iulii 1911 adhuc servari debeant Vigiliae Festorum suppressorum, ex praecepto aut ex voto hucusque servatae, Sanctitas Sua iussit responderi : « *Affirmative* ».

Datum ex Secretaria S. C. Concilii die 18 Septembris 1911.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

I. Ferro, *Âdiut.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i.

ERECTIO PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE NIGERIA ORIENTALI.

Quo felicius praedicatio Divini Nominis in Praefectura Apostolica de Niger Superiori ad exitum deducatur, Emi Patres huius S. Congregationis Fidei propagandae, in plenariis comitiis die 24 superioris iulii habitis, statuerunt ut praedictum territorium per VIII longitudinis orientalis gradum (Greenwich) in duas partes divideretur, quarum una, vetusto de Niger Superiori nomine relicto, novam de Nigeria Occidentali denominationem assumeret, altera vero, a Nigeria Orientali nuncupanda, in separatam atque independentem Praefecturam Apostolicam erigeretur. Quam Emorum Patrum sententiam infrascriptus eiusdem S. Congregationis Praefectus, vigore specialis facultatis sibi a SSmo D. N. Pio div. prov. PP. X tributae, adprobavit ratamque habuit ac praesens super re Decretum edi mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Propaganda Fide, die 24 Augusti anni 1911.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. Ç&S.

Camillus Laurenti, *Secretarius.*

II.

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

Brevi Apostolico nominati sunt:

24 augusti 1911. — R. D. Constantius Jeanningros, Episcopus titularis Huarensis et Coadiutor cum futura successione Rmi Vicarii Apostolici Cocincinae Orientalis.

25 augusti. — R. P. Franciscus Xaverius Richardus Viia y Mateu ab Arenys de Mar, ex Ordine Fratrum Minorum Capulatorum, Episcopus titularis Adrahorum et Vicarius Apostolicus Guamensis.

III.

NOMINATIO PRAEFECTI APOSTOLICI.

Decreto S. C. de Propaganda Fide nominatus est:

1 augusti 1911. — R. P. Iosephus Heintz, e Congregatione SSmi Redemptoris, Praefectus Apostolicus de Matadi in Congo Belgico.

S, CONGREGATIO RITUUM

VIVARIEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII IACOBI SALESII ET GUILELMI SALTAMOCHII E SOCIETATE IESU.

Ad. numerum heroum, quibus, ut fama est, saeculo XVI, saeviente Calviniana persecutione, praesertim in Helvetia et Gallia, dulce fuit pro Christo et Sancta Ecclesia mori, adscribendi sunt Iacobus Sales, sacerdos, et Guilelmus Saltamouche, coadiutor temporalis, ambo e Societate Iesu. Hi enim cum omni ope contenderent ne viri loquentes perversa abducerent discipulos post se, et realem Christi Domini praesentiam in Sacrosancto Eucharistiae Sacramento ab haereticorum erroribus vindicaret; Aubanaci in Gallia die vi Februarii ann. MDLXXXXIII ab haereticis comprehensi et capitis damnati, gloriosissimam oppetierunt mortem.

Sanctitatis etiam, necnon martyrii et miraculorum in genere fama iam inde a saeculo XVI exorta, aucta vero anno MDCCCLXXVIII, occasione translationis Eorum reliquiarum, adeo invaluit ut, servato ordinis iure, de ea ageretur apud Sacram Rituum Congregationem. Itaque instante Rmo P. Camillo Beccari, Societatis Iesu Postulatore Generali, attentisque litteris postulatoriis Emorum S. R. E. Cardinalium et complurium Sacrorum Antistitum, sive seorsim sive coniunctim cum sacerdotibus ex utroque clero aliisque praestantibus viris, nominatim ex Gallia, qui Eucharistico Conventui Romae habito anno MCMV interfuerunt, Emus et Rmus Dominus Cardinalis Vincentius Vannutelli, Episcopus Praenestinus, loco et vice Emi et Rmi Dñi Cardinalis Hieronymi Gotti, huius Causae Ponentis seu Relatoris, in Ordinariis Sacrae Rituum Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem Cardinalis Proponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, Sanctae Fidei Promotore, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die xi Iulii MCMXI.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens,

propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Venerabilium Servorum Dei Iacobi Salesii et Guilelmi Saltamochii, e Societate Iesu, die xn eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

L

RAVENNATEN.

NULLITATIS MATRIMONII. - PASOLINI-MONTAG-UE.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die 15 Maii 1911, RR. PP. DD. Fridericus Cattani, Ponens, *Antonius Perathoner et Iosephus Alberti, Auditores de turno, in causa* « Ravennaten. - Nullitatis Matrimonii » *(quae in prima instantia H. S. O. a Summo Pontifice commissa fuit) inter Pasolinum Pasolini, repraesentatum per procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, et Mildred Montague ; interveniente et disceptante in causa sacri vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt sententiam.*

Comes Pasolinus de Pasolinis, Ravennae natus, cum 29 esset annorum, Americanam quamdam puellam 19 annos natam, cuius nomen Mildred Montague, cum sua familia anno 1905 Italiam peragrantem agnovit, et erga eam captus est amore. Deinde de ea, eiusque familia, certior factus, illam in matrimonium petiit. Huic petitioni puella, parentibus suis annuentibus, libenter assensit, et, sponsalibus initis, in Americam rediit, inde ad nuptias contrahendas postea reversura. Anno 1907 in Italiam rediit, et omnia ad matrimonium pertinentia festine parata sunt. Cum puella Mildred sectae esset Presbyterianaé, necesse fuit dispensationem ab impedimento mixtae religionis prius a S. Officii Congregatione obtinere. Quoniam autem in supplici libello, S. R. et U. Inquisitionis Congregationi porrecto, dicebatur Pasolinus de Pasolinis huius Urbis esse dioecesanus, ideo S. Congregatio facultatem dispensandi, solitis adiunctis conditionibus, tribuit prudenti arbitrio et conscientiae

E. P. D. Cardinalis Urbis Ordinarii, qui, priusquam hanc sibi delegatam dispensationem exsequentur, de domicilio sponsi inquisivit, nec non de eius ad contrahendum libertate. Tunc, a Pasolino missi, Petrus Desiderius, pater eius, et R. D. Ioannes Genocchi, praeco a S. Corde Tesu, in Aomana Curia se stiterunt, ibique, iureiurando praestito, iisdem fere verbis, testificati sunt: « Pasolino dimora nella parrocchia di S. Marcello. Venne « a Roma nel 1879 e abitualmente vi ha dimorato fino ad oggi per la mag- « gior parte di ciascun anno ». Cum autem sponsi impositas conditiones se adimpleturos spopondissent, Emus Card. Urbis Vicarius dispensationem ab impedimento mixtae religionis concessit, et simul facultatem matrimonii celebrandi, servata Tridentini forma; privatim tamen, extra Ecclesiam et absque ullo ritu ecclesiastico. At, cum Comes Petrus Desiderius vehementer exoptaret ut filius suus Pasolinus matrimonium celebraret in sacello privato ruris Comitissae Rasponi prope Florentiam siti, nec Missae Sacrificium pro sponso et sponsa deesset, preces Summo Pontifici porrectae sunt ut votis satisfacere dignaretur. Annuit SSmus ut in sacello matrimonium celebraretur, sed absque Missa pro sponsis, quia in ea rituales benedictiones sponsae impertiuntur. Interea delegatio a parocho nunc abolitae paroeciae S. Marcelli de Urbe, in cuius finibus Comes Petrus Desiderius Pasolini, sponsi pater (quamvis Ravennae domicilium habeat) conducticiam domum per dimidiam saltem anni partem inhabitat, pro Conrado Confalonieri, Canonico Florentino, obtinetur ut huic matrimonio assistat. Nuptiae tandem inter Pasolinum et Mildred celebratae sunt prope Florentiam in sacello Comitissae Rasponi , amitae sponsi, coram praefato Canonico delegato a Parocho S. Marcelli. Infausto quidem omine ; quia post duos annos et quinqué menses, uxor Mildred Montague, fracta, quam viro suo spoponderat, fide, in Americam apud suam familiam aufugit, non inde reversura. Pasolimis, quamvis a Mildred nullum habuisset filium, attamen vehementi dolore perculsus est. Postea de huius matrimonii nullitate coepit cogitare ; quia, cum ipse Ravennae in paroecia S. Dominici domicilium haberet, et non Romae in paroecia S. Marcelli, quo per aliquem mensem tantum, ad invisendam familiam, quotannis se conferre solebat, omni prorsus valore delegatio, a Parocho S. Marcelli facta, carere debuerat, et ideo reputat suum matrimonium cum Mildred (neque coram proprio Parocho, neque coram eius delegato celebratum) clandestinitatis vitio laborare. Unde causam de nullitate sui cum Mildred Montague matrimonii ob clandestinitatis defectum inivit, quam SSmus huic S. Tribunali diiudicandam commisit, quaeque nobis proponitur sub dubio: «An constet de matrimonii nullitate ex capite clandestinitatis in casu? »

Cum ante decretum « *Ne temere* » hoc matrimonium sit celebratum, iudicandum erit iuxta legem Tridentinam, quae *sess. XXIV, De* **Reform** *mattone matrimonii cap. I, Tametsi* statuit : « Qui aliter, quam praesente « parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi seu ordinarii licentia, et « duobus vel tribus testibus, matrimonium contrahere attentabunt, eos « sancta synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit et huius- « modi contractus irritos et nullos esse decernit, prout eos praesenti « decreto irritos facit et annullai ». Quamvis autem hic Tridentina Synodus de parocho *proprio alterutrius sponsi* non loquatur, tamen et doctorum interpretatio (Cf. prae ceteris Sánchez, *Tract, de matrimonio, lib. 3, disp, 19)* et constans iurisprudentia (ex. gr. Rota, *decis. 643, 656 et seq. tom. I,* in novissimis) et authenticae declarationes (Urbanus VIII constit. *Exponi* 14 aug. 1627; Benedictus XIV constit. *Paucis* 19 martii 1758; S. C. S. Officii 7 iulii 1887 etc.) ita intelligendum eogunt, ut certissimum sit matrimonium esse nullum, nisi fuerit contractum coram parocho alterutrius contrahentium, excepto casu quod alteruter vagus sit, vel in locis domicilium aut quasi domicilium habeat ubi non fuerit evulgatum decretum *Tametsi,* ibique contrahat. Quare, sub iure Tridentino, si matrimonio assistat, vel ad assistendum deleget, parochus in cuius paroeciae finibus neuter sponsus domicilium vel quasi domicilium habeat (S. U. I. die 2 maii 1877), etsi is per errorem ab omnibus putetur parochus proprius alterutrius vel utriusque contrahentium, eorum matrimonium tamen nullum, ex impedimento. clandestinitatis, evadet (Cf. ex. gr. causam Parisien, apud S. C. C. 12 iunii 1907).

Nos ergo, ut iudicare possimus utrum validum sit, necne, matrimonium Pasolini-Montague, inquiramus oportet, an parochus S. Marcelli, qui delegationem dedit Canonico Confalonieri, coram quo matrimonium Florentiae est celebratum, fuerit revera parochus Pasolini de Pasolinis ; scilicet, an Pasolinus, tempore sui matrimonii, domicilium vel quasi domicilium in parochia S. Marcelli habuerit ; deinde an Mildred Montague vaga esset dicenda, ita ut coram quocumque parocho valide contrahere potuerit. Certo certius enim ex actis apparet, illam intra fines dictae paroeciae nunquam habitasse ; quod si parochus S. Marcelli, in libro matrimoniorum, eam etiam suam parochianam nominat, attamen fassus est, in hunc errorem inductum fuisse a R. P. Genocchi (Cf. *Summarium pag. 48-49),* qui ei dixit, Mildred iam cum Pasolino cohabitare.

Ut ordinate autem procedamus, nonnulla iuris principia sunt praemittenda, quae ad hanc causam recte diiudicandam inservire possunt, quamvis in ea potius de facto, quam de iure sit discutiendum. In primis notandum est quod, relate ad matrimonium, domicilium, vel quasi

domicilium, aestimandum est iuxta ius canonicum, non iuxta civile, seu ius loci, ubi quis matrimonium contrahit (S. U. I. 9 nov. 1898). Iuxta autem ius canonicum, domicilium vel quasi domicilium, constituitur habitatione in paroecia, non in dioecesi ; prout, iure civili, constituitur habitatione in communi seu municipio, non in provincia. Recta autem notio domicilii est : « habitatio in paroecia cum animo ibi perpetuo manendi, « si nihil inde avocet, licet ad notabilem tantum anni partem >> (Cfr. Gasparri, *de matrimonio, vol. II, n. 1089).* Quasi domicilium autem definitur: « Habitatio in paroecia cum animo ibidem manendi, saltem per « maiorem anni partem » (Gasparri, *I. c).* Sive in domicilio, sive in quasi domicilio, duo elementa necessario simul convenire debent: materiale, nempe factum habitationis, et formale, nempe animus et voluntas permanendi toto tempore a iure requisito; si unum deficiat, iam eorum notio deficit (Cfr. Feye, *De imped. et de disp. matrim. 205;* et D'Annibale, *vol. 1,83 etc.). Si* vero haec duo simul conveniant, statim incoepto facto habitationis, domicilium vel quasi domicilium acquiritur. Differentia autem specifica inter utrumque, in animo consistit seu voluntate, quae in domicilio ad omne vitae tempus, vel saltem longissimum, puta decennium, se extendere debet; in quasi domicilio autem sufficit, ut se extendat ad maiorem unius anni partem ; quae autem maior anni pars non mathematice sumenda est; ideoque nonnulli sex menses tantum ad quasi domicilium acquirendum sufficere dicunt; imo S. R. et U. Inquisitionis Congregatio in casu quodam (d. 9 nov. 1898) hoc tempus sufficere revera declaravit (Cf. Noldin, Aichner, C. *I. Eccles. § 164).* At si, quoad voluntatem, plus requiritur in domicilio, quam in quasi domicilio; quoad factum annuae commorationis, plus requiritur in quasi domicilio, quam in domicilio: in illo enim sex saltem menses requiruntur; in hoc aliquot tantum sufficiunt, ex. gr. tres menses (Cfr. Gasparri, *De Matrimonio vol. II, n. 1091 et alibi).* Inde sequitur, aliquem duo simul domicilia habere posse; quis enim potest animum habere, perpetuo in duobus locis per aliquot anni menses commorandi et de facto commorari. Iam hoc admittebatur in iure civili romano (Cf. *I. 27, D. ad munie. 51-1 et I. 6, D. eiusd. tit.),* nec ius canonicum, quod a iure romano notionem domicilii sumpsit *(V. I. 7, G. de incolis X, 39),* diversimode se habet (Cfr. O. *II, de sepulturis).* An vero quis possit plura, quam duo domicilia, simul habere, vel duo quasi domicilia, est quaestio quae agitatur inter auctores, sed ad nos non pertinet illam definire (Cfr. Gasparri, *op. cit.;* Deshayes, *Questions Pratiques sur le Mariage, Quest. 24 et 26, pp. 36-38 etc.;* Aichner, *C. I. E. 70, § 164).*

Certum autem est, simul cum uno vel duobus domiciliis, posse

etiam' quasi domicilium haberi; unde in casu, quo id utrique sponso evenerit, eorum matrimonium apud sex parochos valide potest celebrari (Cfr. Gasparri, *Opus cit. II, n. 1089).* Domicilium autem vel quasi domicilium, potest esse necessarium seu legale, et liberum seu voluntarium: domicilium necessarium seu legale est illud, quod ex legis dispositione acquiri necesse est, aut ratione vinculi cum aliqua persona, aut ratione status etc.... et acquiritur per voluntatem legislatoris, qui animum, acquirentis domicilium necessarium, supplet vel exprimit in lege. Qui vero tenentur sequi domicilium necessarium, habere possunt etiam quasidomicilium pariter necessarium seu legale, si nempe hi, quorum domicilium necessario sequuntur, alicubi acquirant quasi domicilium in sensu iuris canonici. Utrumque autem amitti potest statim ac cessat factum, quod requiritur, tamquam conditio,ut lex aut legislatoris voluntas servetur. Ut autem reipsa amittatur, requiritur renunciatio, secus enim domicilium necessarium censeretur transire in voluntarium, et tamdiu retineri praesumeretur, quamdiu non constaret, illi, expresse vel tacite, directe vel indirecte, fuisse renuntiatum. Ita ex. gr. filiifamilias, donec sint aetate minores, patris vel tutoris domicilium et quasi domicilium sortiuntur, illudque retinent quousque, sui iuris effecti, eidem non renuntient (Cf. Feye, *De imp. et disp. matrim, n. 204,* et S. C. Concilii in *Parisien. 16 aprii. 1902),* quamvis hi etiam proprium possint habere quasi domicilium, si, puta, in aliquo collegio vel in aliqua universitate studiorum, maiorem anni partem commorentur. Liberum autem seu voluntarium domicilium, vel quasi domicilium dicitur, quod quis potest, prout libet, acquirere vel dimittere, et ideo hoc habent qui sui iuris sunt. Unde ex. gr. filiifamilias, postquam maiore fuerint aetate, etiamsi patris vel tutoris domicilium retineant, hoc liberum efficitur, quia potestatem a iure habent illud relinquendi vel, si magis Iubet, aliud acquirendi. Quoniam autem per easdem causas, quibus res nascitur, etiam dissolvitur, ita ad amittendum domicilium voluntarium, duo requiruntur: factum et animus; quae duo, scilicet factum discessus et voluntas seu animus non revertendi, cumulative necessaria sunt. (Cf. Sánchez, de *Matrim, lib. III, disp. 23, n, 2).* Amittitur ergo, non cum quis ex eo loco discedit, ubi domicilium habet, sed ex quo revera discussit, non reversurus *(Ex I. 27 § Gelsus ad Munie;* Sánchez, *de Matr. l\ III, 32, 2).* Item dicatur circa amissionem quasi domicilii; sed cum hoc facilius acquiratur, facilius etiam amittitur,! e contrario domicilium, semel acquisitum, potest quis conservare, etiamsi plures annos absit e loco domicilii. Ad rem audiatur Van de Burgt: «.... neque talis *ad plenum domicilium* habitatio « postulatur, ut nequeat qui *domicilium plenum* acquisivit, per menses

« et annos abesse; nam absentia, licet per plures annos protracta, non « extinguit domicilium, modo absens non abierit consilio non revertendi, « animumque redeundi teneat» (Cf. Van de Burgt, *De matrim.*, ***n.228).*** Huius ratio in ipsa definitione domicilii, quam tradidimus, invenitur; diximus enim domicilium esse: « habitationem in paroecia cum animo ibi «perpetuo manendi etc.... vel ad longissimum tempus, puta decen- « nium ». Nisi ergo deficiat animus seu voluntas, etsi deficiat permanentia, non deest elementum formale domicilii; potest enim quis e loco per plures annos abesse et tamen voluntatem retinere illuc redeundi atque perpetuo ibi manendi. At, cum animus in penetralibus humani cordis lateat, si quis in foro externo probare velit, se domicilium aut quasi domicilium liberum alicubi acquisivisse, suam debet exterius "demonstrare intentionem; et ita dicatur, si quis probare velit, se acquisitum domicilium vel quasi domicilium amisisse. Intentio autem exterius multimodis demonstrari potest; imo modi nonnulli habentur a lege ipsa, tamquam praesumptio iuris de intentione domicilii aut quasi domicilii acquirendi; contra quam praesumptionem tamen potest dari demonstratio. Intentio ergo acquirendi domicilii desumitur:

1.° Ex facto ipso commorationis: ita commoratio decem annorum in eodem loco, praesumptionem constituit circa animum ibi manendi perpetuo. Pariter pro quasi domicilio, multoties in eodem loco ad sex menses repetita commoratio; imo Benedictus XIV in constit. « *Paucis* ***abhinc»*** menstruam habitationem ponit ut tempus sufficiens, ad praesumptionem iuris constituendam pro quasi domicilio, in ordine ad matrimonium, si tamen aliunde non constet animum non extitisse domicilium acquirendi; sin minus, praesumptio cedit veritati.

2.° Ex fine commorationis in aliquo loco, qui si, suapte natura, diuturnus sit vel perpetuus (quin tamen obligationem residentiae inducat, tunc enim domicilium legale habetur), domicilii vel quasi domicilii acquirendi ostendere potest voluntatem, prout tempus exigit, pro uno vel alio, sufficiens.

3.° Ex translatione maioris bonorum partis in locum, vel ex aedificatione domus, vel ex eius conductione, eiusque ornatione ad eam habitandam (Cf. Innocent. XII, *B. Speculatores).* Unde doctores dicunt, « domicilium habere, ubi quis larem perpetuum, rerumque ac fortuna- « rum suarum summam constituit » (Cf. D'Annibale, *Theol. Mor., vol. 1,* ***§ 83*** *et alios) ;* vel etiam, « domicilium esse, ubi quis habitationem suam « vel unice vel principaliter figit » (Cf. Aichner, *Comp. I. E., § 164).*

4° Ex voluntate ipsius commorantis, verbis expressa, praesertim

tempore non suspecto, vel a testibus, qui hanc bene noscant, patefacta (Cf. Aichner, L c). ,

Quae omnia, si ad demonstrandam voluntatem domicilii vel quasi domicilii acquirendi valent, his opposita, ad eorum amissionem demonstrandam pariter valebunt. Ea tamen indicia plerumque non ita clare se exhibent, ut omne dubium circa rei veritatem tollant; unde bene aiunt auctores, hanc materiam circa impedimentum clandestinitatis difficiliorem prae caeteris esse (Cf. Deshayes, *Quest. Pratiques sur le Mariage)* ; ideoque opportune in posterum provisum est a decreto « *Ne temere»,* quod iam erat in votis (Cf. Gasparri, *De matrim., vol. II, n. 1089, 2).* Ita in casu nostro, cum necesse sit determinare, an Pasolinus, maior factus aetate, reliquerit legale illud domicilium, quod, cum minor adhuc erat, in paroecia S. Marcelli de Urbe acquisiverat ob residentiam paternam, quaestio exurgit, an pater eius Petrus Desiderius ibi domicilium revera habuerit, vel potius quasi domicilium. Quoniam autem, ut supra diximus, quasi domicilium facilius quam plenum domicilium amittitur, ideo Pasolini patronus, quo illius matrimonii nullitatem aptius atque commodius possit probare, contendit Petrum Desiderium, actoris patrem, ibi non verum domicilium, sed tantum quasi domicilium habere. Hoc argumentatur praesertim ex causa vel fine, ob quem ille in Urbe consistit. Hic enim, cum senatoria dignitate honestetur, in Urbe manet, ut senatorum conventibus intersit; at haec causa commorationem non exigit necessario perpetuam. Nam senatores plures, imo plerique, Romae instructas non habent domos; huc veniunt identidem, si graviores officii partes id postulare videantur, in proprias sedes deinceps reversuri. Unde, si hi omnes senatorum munere, funguntur, neque hic ullum habent domicilium, sequitur, istiusmodi causam, quae Romae actoris patrem detinebat, non ideo fuisse necessario perpetuam, ut inde domicilium oriretur.

E contra s. vinculi Defensor mordicus contendit, Petrum Desiderium, Romae, in paroecia S. Marcelli verum et proprium habere domicilium ; quo exinde facilius concludere possit, Pasolinum, eius filium, tempore sui matrimonii, illud adhuc retinere. Suam autem assertionem probare conatur, sive ex causa ipsa, qua Petrus Desiderius in Urbe moram fixit, quae est de sua natura perpetua seu ad vitam duratura, utpote senatoria dignitas, quamvis necessariam non secumferat commorationem (tunc enim domicilium induceret legale seu necessarium); sive ex hoc, quod Petrus Desiderius Romae larem seu centrum et summam fortunarum suarum constituit, ita ut, communi loquendi forma, hic habitare, non secus ac Ravennae, revera dicatur; quia hic habet domum condu-

ctam, suaque supellectili ornatam, *hk,* famulos, hic negotia, hic- maiorem anni partem moratur, idque a longissimo temporis spatio* scilicet iam quasi a vicènnio quodf utique gravissimam iuris praesumptionem pro domicilio constituit.

Si haec quaestio, pro quasi domicilio Petri Desiderii in Urbe solvi posset, certo certius, ex argumentis, quae modo laturi sumus, appareret, Pasolinum, maiore factum aetate, hoc quasi domicilium amisisse, et Ravennae tantum retinuisse domicilium. Heic enim nullo anno per sex menses, a decennio, commoratus est; imo libere onus, sibi a patre commissum, suscepit (administrationem scilicet familiae bonorum), quod ad sex menses Romae morandi ei commodum auferebat, ideoque apparet illum hanc voluntatem non habuisse,

At, etiamsi Petrus Desiderius Romae plenum acquisiverit domicilium, et ideo Pasolinus, dum minor erat, hoc sit sortitus, attamen visum est RR. PP; satis superque demonstrari posse, Pasolinum revera, maiore factum aetate, hoc domicilium, facto non residentiae et animo non residendi, deseruisse. Factum ex duobus satis luculenter apparet, nempe ex testibus et ex eiusdem epistolarum commercio: animus vero ex tribus, scilicet: 1.° ex mandato, quod, cum vix ad maiorem pervenisset aetatem, is a patre libenter accepit, familiaria bona, quae praesertim in Ravennatensi provincia sita sunt, administrandi; 2.° ex eo quod nomen dederat viginti circiter societatibus, publicae utilitatis causa Ravennae vel Fori Cornelii institutis, earumque conventibus interfuerat; 3.° ex eius voluntate, tempore non suspecto, manifestata.

Nunc breviter de singulis.

Testes in causa adducti, circa commorationem a Pasolino Ravennae vel Romae factam, quindecim sunt, quorum nonnulli revera maximi ponderis. Praestat audire, prae caeteris, parochum et sacerdotem, qui, tempore matrimonii Pasolini, erat coadiutor ad curam animarum in paroecia S. Dominici urbis Ravennae, in qua patricia Pasolinorum familia domicilium habet, quique, teste Ravennatensi Archiepiscopo * omni sunt exceptione maiores.

Parochus S. Dominici, interrogatus eirca commorationem comitis Pasolini, respondit: « Il conte Pasolino, prima dei matrimonio... abitual- « mente viveva nei limiti della mia parrocchia, e so che si assentava « almeno nella stagione invernale e durante la stagione dei bagni ». Interrogatus a iudice, ubi actor tempus hiemale duceret, respondit: « Ri- « tengo che preferibimente ed ordinariamente lo passasse a Róma». Interrogatus, an ipse comitem Pasolinum, quando hic matrimonium celebravit, tamquam suum parochianum haberet, vel an alibi domici-

lium aut quasi domicilium habere penserei, respondit: « Nell'epoca del « matrimonio, ho ritenuto che il conte Pasolino fosse mio esclusivo «parrocchiano, tanto che mi sono doluto nel vedermi escluso dalla « celebrazione di tale matrimonio, ed ho pensato che potesse avere un *« quasi domicilio in Roma,* o avesse *ottenuto una legittima dispensa ».*

ludici sciscitanti, an quoquomodo delegationem ad assistendum huic matrimonio dederit, respondit: « Non ho mandata alcuna delegazione e neppure ho detta alcuna espressione, che potesse significare « delegazione e nemmeno, col fatto dell'invio dei documenti (scilicet « productione attestationum libertatis comitis Pasolini ad valide et licite « contrahendum), ho inteso di tacitamente delegare ». Interrogatus, quid ergo censuerit circa • matrimonii Pasolini validitatem, respondit: «Mi «sono formato il concetto che fosse valido* stante quello che ho detto, «e che cioè avessero a Roma un *quasi domicilio,* oppure fosse munito « di *legittima dispensa » (Summ., pp. 24 et 25).* Ita propemodum, iisdem interrogationibus, responsum dedit parochi coadiutor, Michael Valgimigli. « Credo (ait ipse) che (comes Pasolinus) fino agli anni delia pu- « berta, sia stato colla famiglia ; dopo la pubertà, mi consta che, o «per ragioni di studio o d'affari, pochissimo tempo egli si trovava «con la famiglia in Roma. Nell'anno poi in cui avvenne il matri- « moniOj dimorò in Roma anche meno del consueto ». Interrogatus autem, an causas agnosceret, cur familia Pasolini delegationem a parocho Si Marcelli, ut matrimonium Florentiae celebraretur, petierit, respondit: « Non eonosco i motivi precisi perchè fu chiesta la delegazione al « parroco di S. Marcello, tuttavia ritengo che la famiglia, per sollecitare « il matrimonio, facesse pressione sul parroco stesso, il quale avrebbe « dato una delegazione, *che io ritengo nulla* ». Interrogatus, an parochus S. Dominici, quoquomodo, delegavisset alium sacerdotem ad assistendum matrimonio, respondit: « Sono sicuro che il parroco di « S. Domenico non ha dato delega in proposito a chicchesia e mai gli « fu richiesta, e perciò il parroco ed io pure ce ne dolemmo; » et subiungit : «Per quanto mi consta, nel parroco mai ho conosciuto dispo- « sizione o volontà di delegare e neppure il proposito di aggiungere cosa, « che potesse mancare per la validità del matrimonio in parola » *(Summarium, pp. 27 et 28).* •

Comes autem Petrus Desiderius, actoris pater, eius mater Comitissa Maria Pasolini Ponti, et Guido frater in assertione conveniunt, Pasolinum bimestre tantum quotannis Romae moram fecisse: «Per « Natale veniva con noi a Roma, trascorrendo assieme (salvo qualche « breve gita in Romagna) tutto il gennaio e febbraio, e durante Fanno,

« mterrottamente faceva in Roma qualche gita per visitarci ». Ita pater *(Summ., p. 9):* «Fatto (Pasolino) maggiore di età, nonostante che vivesse « abitualmente in Ravenna, passava due mesi con noi a Roma, e que- « sto stato di cose non si mutò nell'anno della celebrazione del matri- « monio ». Ita mater *(Summ., p. 13):* « Durante la sua minore età, visse « con i parenti. Nel 1896 fu mandato a studiare a Firenze, ove stette « circa tre anni, in seguito di che fu, con procura speciale, incaricato « della gestione degli affari in Ravenna, dove si stabilì con abituale di- « mora, venendo per circa due mesi all'anno, sebbene interrottamente, « presso la famiglia. Questo stato di cose non si cambiò durante l'anno « della celebrazione del matrimonio ». Ita frater *(Summ., p. 12).*

In idem etiam consentiunt caeteri quinque testes, Romae de hac re a Iudice instructore expresse interrogati, quamvis minus determinate referant circa tempus, quod Pasolinus quotannis Romae ducere soleret. Ita sacerdos Ioseph Clementi : « Il conte Pasolino Pasolini, fino ai 17 « o ai 18 anni, ha seguito sempre le sorti della famiglia, e quindi è « stato in Roma quattro o cinque mesi dell'anno. In prosieguo, quando « si è iscritto all'istituto di studi sociali in Firenze, e più tardi, quando « il padre gli affidò la gestione degli affari in Ravenna, allora non è « venuto in Roma, che per qualche giorno nelle circostanze ricordevoli. « Nell'anno del matrimonio le cose non si mutarono » *(Summ.,p. 15).* Item R. P. Ioannes Genocchi, praeco a S. Corde Iesu : « Il conte Pa- « solino Pasolini, nei primi anni dopo il 1896, era studente a Firenze e « lo vedevo raramente in Roma. Negli anni immediatamente precedenti «il matrimonio, lo vedeva, *su circa dieci volte air anno che frequen- « lava la famiglia, tre o quattro volte e altre volte mi dicevano che era « a Ravenna, ove amministrava i suoi fondi* ». Et sequitur: « La dele- « gazione al parroco di S. Marcello fu chiesta per mio consiglio e per « opera mia. Assicurato dal conte Pier Desiderio che il parroco dei « Pasolini a Ravenna aveva mandato le carte di stato libero, senza al- « cuna delegazione, pensai che questa si poteva anche ottenere dal par- « roco di S. Marcello; pensando in quel momento che Pasolino si « potesse considerare come quasi domiciliato in casa del padre » *(Sum- marium, p. 16).* Verum hic testis nonnullis contrarietatibus se implicuit, quia secunda vice interrogatus a Iudice Instructore : « Dica ora la S. V. «quali furono queste ragioni, che la persuasero a ritenere che Pasolino « poteva considerarsi come quasi domiciliato nella casa del padre, e se « anche oggi ritiene che il medesimo abbia avuto il quasi domiciliò nella « parrocchia di S. Marcello al tempo del matrimonio », respondit: « La «ragione che generò in me l'opinione che Pasolino avesse il quasi

«domicilio in Roma, fu *che ogni qualvolta ero invitato a pranzo dalla « famiglia, ivi trovavo anche, Pasolino;* non essendo solito entrare negli «affari privati della famiglia, non chiedevo quanto tempo questi rima- « nessè a Roma e quanto a Ravenna, e credei che si trovasse qui il « tempo sufficiente per costituire un quasi domicilio, pur sapendo che « egli gestiva a Ravenna gli affari del padre. Fo notare che ero invi- « tato *circa una volta al mese. Oggi* poi, dopo le notizie avute dalla « famiglia e dai Ravennati in Ravenna stessa, ritengo che la mia opi- « nione sul quasi domicilio di Pasolino era errata ». Deinde Iudex quae- sivit: « La S. V. interrogata dal notaio del Vicariato di Roma, nell'oc- « casione del matrimonio suddetto disse, con giuramento, che il conte « Pasolino Pasolini passasse in Roma la maggior parte dell'anno. Con- « ferma anche oggi tale opinione ? sapeva ciò per scienza propria, o « per assicurazioni ricevute dalla famiglia Pasolini ? » Testis respondit : « Trovo il riassunto della mia risposta, negli atti del Vicariato, inesatta, « nel senso che io non intesi dire neppure allora che dal 1879 in poi «Pasolino avesse sempre avuto il quasi domicilio in Roma. Io sapeva « bene che egli era stato, almeno per tre anni, studente a Firenze. È « vero però che io volli dire che Pasolino da alcuni anni aveva domi- « cilio in Roma, insieme con. la famiglia ». Ad aliam quaestionem: « Il « già parroco di S. Marcello afferma che fu la S. V. che lo persuase a «ritenere Pasolino come domiciliato nella sua parrocchia, che anzi la « stessa S. V. gli disse che pure la sposa era di lui figliana ». Respon- dit: « Affermo quanto alla prima parte. Riguardo alla sposa non ricordo » *(Summ., p. 52).*

Alius testis, Vincentius Morini, deponit: « Il conte Pasolino ha sem- « pre avuto il suo domicilio a Ravenna, però la sua dimora fu inter- « rotta nell'anno che dovè fare il volontariato; non essendoci sede di « reggimento a Ravenna,'venne in Roma. Dal 1898, da quando cioè,gli « fu affidata la gestione dei beni patrimoniali, non ha seguito più la « famiglia, salvo in brevi periodi dell'anno, nei quali si recava a yisi- « tare la famiglia in Roma. Tale stato di cose durò anche durante « F anno del matrimonio » *(Summarium, p. 18).* Testis Vincentius Moraldi: «Il conte Pasolino Pasolini risiedeva quasi sempre a Ravenna, per il « disbrigo degli affari di famiglia; faceva delle visite in famiglia per vedere « i suoi parenti. Questo stato di cose non mutò neppure durante l'anno « del matrimonio, anzi la sua permanenza, la maggior parte dell'anno, « era a Ravenna e a Goccolìa » *(Summ., p. 19).* Demum testis Rodul- phus Rognoni dicit : « dovè fissare (comes scilicet Pasolinus, mandato « accepto a patre, anno 1898, ad omnia gerenda familiaria negotia)

« come fissò fin da quell'epoca, in Ravenna la sua dimora abituale e « continua, salvo qualche breve interruzione di giorni, dovuta special- « mente a ragioni di affari o di visita alla famiglia. Questo stato di « cose durò fino alla celebrazione del matrimonio e anche dopo » *(Summ., p. 20).* Testes Ravennatenses Ioannes Masetti deponit: «Il « conte Pasolino.;... da quest'epoca (1898) ebbe il mandato di cui so- « pra e perciò, per attendere agli affari, ha dimorato in Ravenna quasi «sempre, pur passando qualche rnese con la famiglia a Roma. Ma « anche in questo periodo di tempo, faceva qualche visita a Ravenna, « sempre per ragione di affari » *(Summ., p. 31).* Item deponunt testes Dinus Bazzani et Dominicus Tuffi *(Summ., pp. 33 et 36).* Tres autem supradicti testes dependentiam a Comite Pasolino habent, cum ei operam praestent, ab eoque stipendium accipiant. At, cum de coetero fide sint digni, iam aliis adductis testibus fidem augent. Denique testis Angelus Zucchini deponit : « Il conte Pasolino Pasolini, prima dei matrimonio, ha « sempre vissuto con la famiglia, noto però che fu studente per circa « tre anni a Firenze ; nell'anno poi del matrimonio dimorò a Roma forse « neppure tre mesi » *(Summ., **p.** 39).* Circa residentiam actoris in paroecia S. Marcelli, interrogatus fuit etiam P. D. Iosephus Angelucci, qui tempore eius matrimonii, erat ibi parochus ; at iste respondit, se de Pasolino nihil scire *(Summ., p. 47).* Huc usque de testibus.

Clarius ab epistolari Pasolini commercio apparet, eumdem, exceptis duobus mensibus, quibus quotannis, a sua maiore aetate, se Romam conferre consueverat, Ravennae revera moram fecisse, ubi litteras accipiebat et unde mittebat. Idque per novem annorum spatium, scilicet ab anno 1899 ad annum matrimonii 1907; ad quod probandum, plus quam mille exhibentur epistolae. Quod si a die 24 februarii ad 5 iunii anni 1900 litterae desunt, hoc est, quia tunc Pasolinus Romae servitio militari erat addictus, et si a fine anni 1905 usque ad diem 19 martii 1906 pariter non adsunt litterae, hoc evenit quia, quum Pasolinus, festis natalitiis, Romam apud parentes sé contulisset, heic morbillo aegrotavit, sicut medici testimonium confirmat. Haec sunt quae ex actis apparent, relate ad factum commorationis Pasolini in Urbe per novem fere annos ante suum matrimonium.

Quoad vero animum non hic perpetuo manendi, luculehtiores probationes afferuntur. Prima, ut supra diximus, sumi potest á mandato amplissimo, quod a patre accepit Pasolinus, ubi primum' ad maiorem pervenit aetatem, ut universa bona familiae administraret : cuius exemplar, a notario recognitum, in actis invenitur *(Summ., pp. 62 et 64).* Bona enim immobilia Pasoliniae familiae "permulta sunt, sita partim

Ravennae, partim Fori Cornelii vel alibi. Si ergo Pasolinus, volens ac libens, hoc mandatum accepit, ad quod bene recteque gerendum, omnis cura diligentiaque erat adhibenda, ideoque vel Ravennae vel ruri manere debebat, concludere oportet, revera Pasolinum Romano domicilio valedixisse non ad semestre dumtaxat sed perpetuo; quia hoc mandatum nullam vel limitationis, vel rescindibilitatis, vel temporis clausulam includit. Quae conclusio, circa Pasolini voluntatem, confirmatur etiam ex facto, quod is pluribus societatibus, ut diximus, tum publicis tum privatis, Ravennae et Fori Cornelii utilitatis causa institutis, (viginti circiter) nomen dederat, earumque conventibus intererat *(Swmm., pp. 67-69).* Sed evidentius apparet a literis quibusdam, quae eius voluntatem, Ravennae perpetuo manendi nec amplius Romae stabilem moram figendi, demonstrant. Iam ab anno 1900, Pasolinus patri suo, Romae degenti, scribebat: « Siamo sempre animali esotici a Palazzo Sciarra, siamo « piante in vaso nei saloni di Roma, che hanno le radici nella terra di « Romagna» (Cf. leti 23 ottobre). Anno 1901: « Noi vogliamo sempre « restare *peregrini* in Urbe ; Romani mai ». (30 aprile). Opportune autem notat D'Annibale: «Qui alicubi domicilium transtulit, dicitur*incola;* qui «quasi domicilium, *advena;* qui autem eo versatur obiter et quasi prae- « teriens, *peregrinus* dici solet » (Cf. *Th. M., p. I, c. III, n. 86).* Anno 1903 idem Pasolinus consensum denegat emendi rus prope Romam, quia: « non « c'è l'idea di abitare e portare un poco della propria vita a Roma (12 mag- « gio) ». Anno 1907 scribit cuidam Masetti: « Non vedo Fora di sposare e « tornare con lei (Mildred) nella mia cara Romagna (20 febbr.) », et ita passim. Quae, quamvis privata documenta sint, et ideo non plenam mereantur in iure fidem, tamen, cum notas autenticitatis praeseferant, alia testimonia illustrant, eisque fidem augent.

Quod attinet autem ad Mildred Montague, non censuerunt RR. PP. assertionem s. vinculi Defensoris esse admittendam, nempe Mildred, quum, secunda vice, Americam reliquit Italiam petens ad matrimonium inibi contrahendum, esse vagam, quia, iam aetate maior, suum seu patris, domicilium tunc ipsa amiserat et novum (scilicet sponsi) nondum acqui si verat. Non enim illa suum Americae domicilium reliquit, nisi intuitu et conditione futuri matrimonii, et ideo non primum revera amisit suum domicilium, nisi quando, per matrimonium, novum acquisivit. At, dato etiam (minime autem concesso) quod Mildred, tempore sui matrimonii, esset vaga, non inde sequeretur, validum propterea esse suum matrimonium. Sane, qui docent parochum proprium vagorum esse quemlibet parochum totius orbis, docent etiam, parochum, qui eligitur a vagis ad assistendum eorum matrimonio, assistere debere intra fines proprii

territorii, utpote quia eius iurisdictio, in casu, non esset personalis, sed territorialis (Cf. Schmalzgr., *IV, II, II, 163 ;* Berardi, *Pr. 5209;* Lehmkuhl, *II, 776,* contra Sánchez, cuius sententia contraria absolute reiicitur). At parochus S. Marcelli de Urbe non adstitit praefato matrimonio intra fines suae parochiae, sed extra suum territorium, idest Florentiae, per sacerdotem delegatum repraesentatum. Ergo, neque adfuit parochus proprius sponsae, ita ut valide matrimonium contrahi potuerit.

Postremo quid dicendum, de testimoniis a Petro Desiderio, sponsi patre, et a R. P. Ioanne Genocchi redditis in curia Emi Cardinalis Vicarii? Iam vidimus supra, quale R. P. Genocchi a Iudice instructore circa haec interrogatus, responsum dederit. Pater autem actoris, pariter iudici sciscitanti respondit, quae dixit in Curia Emi Cardinalis Vicarii, se non amplius recordari, nec ea confirmare, quae ibi scripta fuerunt quoad commorationem filii. «Forsitan, ait ille, tunc animo exagitatus, « de me ipso, non de filio meo, loqui intendebam » *(Summ., p. 50).*

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et sententiamus : « constare de matrimonii, inter Pasolinum Pasolini et Mildred Mon- « tague, nullitate, propter impedimentum clandestinitatis », et sic proposito dubio respondemus; statuentes praeterea, eundem Pasolinum Pasolini ad omnes iudicii expensas teneri.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV* De *reform.* Concil. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, die 15 Maii 1911.

Fridericus Cattani, *Ponens.*
Antonius Perathoner.
Iosephus Alberti.

Sac. T. Tani, *Notarius S. B. Rotae.*

IL

GAMERAGEN.

NULLITATIS MATRIMONII (CORDIER-NICOLLE).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die 23 Iunii 1911, RR. PP. DD. Ioseph Mori, Ponens, *Fridericus Cattani et Ioseph Alberti, Auditores de turno, in causa* « Cameracen. - Nullitatis Matrimonii » *instante pro appellatione adversus sententiam Rotalem diei 11 Augusti 1910 defensore matrimonii ex officio, inter Ioannem Cordier repraesentatum per legitimum procuratorem Advocatum Ioachimum Antonelli Cöstaggini, et Mariam Nicolle, quae rite citata declaravit sese remittere iustitiae Tribunalis, interveniente et disceptante in causa eodem vinculi defensore, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Anno 1903 ad exitum vergente, sub fine mensis Novembris, Ioannes Cordier in civitate Insularum in Gallia (Lille) argentariam exercens, ope sui amici Iulii Verschave, occasionem nactus est invisendi et colloquendi cum puella Maria Aloisia Nicolle apud quamdam huius amitam dominam Warrein-Nicolle. Puellae pater, Victor Nicolle, una cum familia in oppido S. Audomari, vulgo *S. Omer,* commorabatur et opificium coriarium gerebat.

Ioannes, amore captus adolescentiae, postulavit et brevi admissus fuit ad eius familiam frequentandam. At in visitationibus peragendis illico persensit ex illius corpore malum et foetidum odorem profluere, licet interrupte et non semper cum eadem intensitate. De hac re sollicitus Ioannes, avebat enim cum ea matrimonio copulari, primum cum matre sua deinde cum amicis et praesertim cum amico suo medico Huyghe sermonem instituit, a quo edoctus fuit ingratum odorem ex variis causis derivare posse, et aliquando etiam ex morbo nasali vulgo ozaena nuncupato, eumque vitam coniugalem turbare, et postremo casu morbum noxium et contagiosum evadere proli ex matrimonio exoriturae. Hac notitia graviter commotus Ioannes, propositum iniit non nubendi si tali calamitate immunis sponsa non appareret: «S'il y a pareille « histoire, je ne veux rien savoir, je ne me marie pas ». Hinc omnem movit lapidem ad detegendam super hoc gravi puncto veritatem ; imploravit auxilium Iulii Carpentier medici oppidi Aubers, quem consuluit, sed hic ex ostensione photographicae imaginis sponsae, nullam morbi indicationem exhibere valuit. Item rogavit Iulium Verschave, ut ad

instruendam familiam Nicolle de exortis dubiis opera amitae Warrein supramemoratae uteretur, quae tamen recusavit.

Interim adventante tempore pro celebratione matrimonii statuto, idest die 26 Aprilis 1904, Ioannes anxietatibus pressus iterum de consilio medici Huyghe per epistolam rogavit amicum Verschave, ut instaret apud familiam Nicolle pro supponenda sponsa medicali inspectioni. « Je « me range, ille scribebat, à l'avance à l'avis, qui sera exprimé par le «docteur et forme les vœux le plus ardents pour que le résultat per- « mette de dissiper l'arrière-pensée, qui m'envahit en ce moment, et dont «je souffre tant». Verschave cum doctore Bachelet medico familiae Nicolle colloqui non valente, medicus Huyghe ad hunc epistolam direxit, Ioannis trepidationibus commotus. Medicus Bachelet in responsivis uteris declaravit Mariam et totam familiam Nicolle optima valetudine frui et obiectum malum odorem probabiliter derivare ex vicino opifìcio coriario.

Edita declaratio timores Ioannis non sedavit, eo vel magis quia die 21 Aprilis, occasione subscriptionis sponsalitii contractus apud familiam Nicolle, eumdem foetidum odorem ex corpore sponsae perfluere iterum persensit. Quare de hoc valde dolens et pertaesus* ad propria reversus tum matri tum patruo Aemilio Cordonnier voluntatem determinatam pandidit non nubendi, si sponsa ozaena esset affecta: tunc propositum initum fuit ut ope medicae peritiae res in liquido poneretur. Amico Verschave initum consilium familiae Nicolle pandere renuente, Ioannis mater una cum famula Lamerre familiam Nicolle adit et coeptam resolutionem ei manifestat. Sponsae pater, matrimonii dilationem adversans, in proposita peritia convenit, et praevia commendationis epistola obtenta a medico Bachelet ad medicum Lavrand in Tnsulensi athaeneo professorem, illico ad hunc sese transferunt Maria Nicolle eiusque pater, et mater Ioannis una cum mox citata famula. Doctor Lavrand, brevi habito colloquio cum sponsae patre, aliisque dein introductis, nempe matre Ioannis et sponsa, huius nares summatim inspicit et examinat, exponens morbum ozaenae ex syntomis non apparere, et in casu malum odorem ex alia causa esse repetendum : « après lequel il conclut, que « l'odeur en question n'avait aucune importance et était probablement « due à l'absorption d'un œuf au rhum que Mlle. Nicolle prenait chaque « matin dans son lit ».

Perlecta et cognita medici Lavrand declaratione, equidem dubia circa ozaenae morbum in sua sponsa deponere visus fuit sponsus Cordier, uti ex sequentibus verbis facile erui potest: « Tout est bien, puisque « il n'y a rien ». Sed sedatio fuit tantum momentanea et tribus diebus matrimonio praecedentibus sopiti timores iterum apparuerunt eum

vexantes, et voluntas non ducendi Mariam in uxorem, si foetido morbo esset obnoxia, iterum prodita permansit usque ad actum celebrationis matrimonii.

Hoc non obstante dubio, matrimonium rite initum fuit die 26 Aprilis, uti fuerat praefixum, et ex subsequentibus brevi innotuit exortos in Ioanne Gordier timores non carere fundamento. Sponsi de more voluptuarium iter nuptiale arripuerunt; quo perdurante, ingratus et foetidus odor ex Mariae corpore seu naribus emanans ita virum eommovit et depressit, ut coactus fuerit domum remeare ulteriori itineris susceptioni misso nuntio. Sponsi in civitatem Insularum die 15 Maii redeunt, et die insequenti iterum invisunt et interrogant medicum Lavrand : qui, diligenti peracto examine, declarat in naso mulieris laesionem quamdam inveniri, et nonnullas praescriptiones medicales describit pro morbi curatione, quibus a Ioanne medico Huyghe ostensis, hic eidem aperit eas pro curatione morbi ozaenae inservire ; nihilominus consilium dat medicum Valentin interpellandi. Hunc sponsi adeunt, qui diligenti peracto examine, refert morbosam mulieris affectionem esse gravem et noxiam etiam proli ex matrimonio nasciturae : attamen ipse in posterum neque de morbo neque de eius qualitate testimonium reddere voluit, invocans iii sui favorem legem de secreto professionali.

Hisce itaque visitationibus aliisque dein peractis, nec non ex propria experientia certior factus Ioannes de existentia foetidi odoris ex praemissa causa exorientis, post duos adhuc non completos menses à celebratione matrimonii seu initio mensis Iunii, thori separationem ab uxore peragit, et constito quod vita coniugalis et convictus inter ipsos fere impossibilis evaserit* die 15 adventantis Octobris eidem uxori, quae apud suos parentes curationis gratia diverterat, per epistolam nunciat dissolutionem vitae communis. Maria e contra viro suo definitive valedicit et per sententiam tribunalis civilis diei 23 Februarii 1905 divortium obtinet, ecclesiae lege contempta.

E parte sua Ioannes anxius de infausto exitu matrimonii et perpendens quod datus consensus nullus extiterat ob non existentiam conditionis cui fuerat ante celebrationem matrimonii alligatus* die 18 Februarii an. 1907 actionem nullitatis contracti matrimonii per exhibitum libellum coram Curia ecclesiastica Cameracensi proposuit, quae omnibus de iure peragendis completis, die 21 Novembris an. 1908 actori favorabilem sententiam protulit. Appellante ab hac decisione vinculi adsertore ex officio, causa devoluta fuit ad hoc S. Rotale Tribunal; et die 19 Iunii 1909 proposita sub consueta dubitandi formula: *«An constet*

de nullitate matrimonii in casu », responsum prodiit Ioanni adversum, nempe « *Negative* ».

Non acquiescente hoc editae resolutioni, quaestio per appellationem devoluta fuit ad secundum turnum seu immediate sequentem, et novus seu suppletivis processus instructus fuit. Causa una cum novis documentis ad trutinam revocata fuit die 11 Augusti 1910 sub rogandi formula: « *An confirmanda vel infirmanda sit sententia Rotalis in casu*», et responsum fuit : « *Infirmandam esse sententiam Rotalem in casu*». Hodie vero certamen renovatur ad instantiam defensoris vinculi ex officio, qui postremae decisioni non adhaerens ad tertium turnum appellavit, et hinc nova causae disceptatio redit sub dubio sequenti : « *An sententia Rotalis diei 11 Augusti 1910 sit confirmanda vel infirmanda in casu* ».

Ad factum quod attinet, Rmi Patres in primis adnotarunt in probatis extare Mariam Nicolle affectam fuisse morbo ozaenae et quidem etiam ante matrimonii celebrationem. In hac materia, iuxta principium « quicquid medicorum est, tractant medici », peritis in arte standum est et eorum attestationibus deferendum, per ea quae habentur in *c. significasti de homic.* et *cap. Proposuisti de probat,* etiamsi rationes non afferrent, cum ut ait Rota in *Faventina Mat. coram Seraphino* die 1 Feb. 1505 *n. 5* « sint potius iudices et arbitratores quam testes ». Iam vero morbo ozaenae Mariam laborare et laborasse ante initum matrimonium fidem perhibent septem medici in suis attestationibus, quas patronus Ioannis refert in suis allegationibus, et maxime esse attendibiles opportunis edocet testimoniis in secundo summario exscriptis.

Neque hae infringi valent a contrariis declarationibus medicorum Valentin, Bachelet et Lermoyex. Nam medici Valentin testimonium est potius negativum; ipse enim quamvis non semel invisit Mariam, tamen renuit testimonium dare super statu eius sanitatis, excusans se lege obligationis secreti professionalis. At si ita est, cur Maria Nicolle et huius familia ab hoc onere eum non solvit? Medicus Bachelet, praeterquam quod erat medicus familiae Nicolle, eadem lege tenebatur, et nullam medicam specialem inquisitionem effecisse apparet ; unde eius declaratio non magni est facienda. Medicus Lermoyez tradit foetidum odorem in Maria ab eius ore et dentibus carie laesis fortasse provenire : at factae medicae praescriptiones in naribus adhibendae vel revelant praesentiam ozaenae, ceu volunt medici periti consulti, Homaide, Capelle et Potet, vel sin minus excludere talem morbum positive nequeunt, cum ipse talis naturae sit, ut eius sintomata non continuo appareant, et facile ea celari et occultar! possint opportunis adhibitis remediis. Eamdem

viam sequi visus fuit medicus Lavrand, quando in prima visitatione superficiali peracta, fortasse deceptus a colloquio patris Mariae, eam declaravit immunem a morfeo ozaenae, ut medicus Huyghe sub iuramento deposuit: «à ma grande stupéfaction je notais, que le traitement de « cette affection (idest ozaenae) avait été prescript à la jeune fille ».

Perperam igitur in prima Rotali sententia invocatae sunt declarationes doctorum Valentin, Bachelet, et Lermoyez ad excludendum in Maria Nicolle ozaenae morbum, sicuti etiam sine fundamento edictum fuit duas peritias doctoris Lavrand utpote sibi contradictorias nil probare. Hanc enim exprobationem ita doctor repellit in secundo examine cui fuit a iudice subiectus: « Alors comme aujourd'hui j'ai été très affir« matif: j'ai déclaré: " Il n'y a plus à hésiter: on avait affaire à l'ozène ". « En ce qui regarde le reproche de contradiction, il tombe à faux: « dans les deux examens mes conclusions ont été adéquates aux simp« tomes observés. Ceux-ci s'étant trouvés différents, mes conclusions « ont été et ne pouvaient être que diverses ». Ulterius Rmi Patres adverterunt, quod in suppletorio processu ex mandato huius S. Tribunalis instructo, Curia Cameracensis medicum peritiorem ex officio delegit, cui pro examine acta et peritias utriusque processus in ordine ad existentiam controversi morbi remisit. At hic medicus nempe Franciscus Guermonprez in sua relatione iurata haec subiicit: « Dans le fait concret «sur le quel le tribunal est appelé à se prononcer, l'ozène existé, c'est « certain et selon les documents de la cause, cet ozène est d'une sorte « incurable... et on peut affirmer de façon catégorique que Mlle. Marié « Nicolle était affectée d'ozène plusieurs années avant son mariage ». Age vero quantum pondus habeant huiusmodi peritorum relationes clare edocet Marscard, *De probat., conclus. 1038, n. 32:* « quando inter plures « adesset peritissimus publice electus, tunc illi soli credi tradit Bar. in *« I. 1,* per illum testum *C. de pond, et am., lib. 10,* et cum ille sit ad hoc « constitutus dicitur officialis et credi illi debet in spectantibus ad eius « officium ». Unde Card. De Luca, in *Dis. 33 de iudiciis eos* considerat tamquam iudicis assessores et consiliarios. Ex hisce igitur supra expensis Rmi Patres concluserunt plene constare de existentia morbi ozaenae in Maria Nicolle etiam ante matrimonii celebrationem, sicuti etiam declaratum fuit in appellata sententia.

Secundo Rmi Patres, acta processus expendentés, pro comperto retinuerunt pariter in probatis extare, quod Ioannes exemptionem suae sponsae a praedicto morbo apposuerit tamquam conditionem *sine qua non* pro matrimonii celebratione. Hoc, omissa declaratione iurata ipsius actoris, ex pluribus aliis evincitur. Primo id liquet ex testimonio medici

Huyghe, qui cum Ioanni ostendisset pessiirias consequentias quae ex morbo huiusmodi in sua sponsa obvenire poterant proli, refert, Ioannem in sequentia verba prorupisse: « S'il y a pareille histoire, je ne « vieux rien savoir, je ne me marie pas »: id patet ex testimonio Iuliani Verschave, cui paulo ante primam visitationem sponsae peractam a doctore Lavrand Ioannes haec pandidit: « Je tiens à être édifié, car si « elle est malade, je ne me marie pas »; Eadem repetit famula Lamerre: « J'ai entendu Monsieur dire à sa mère et me dire à moi-même qu'il « n'épouserait pas Mlle. Nicolle si elle avait de l'ozène et qu'il ne l'épousait « qu'a cette condition qu'elle n'en ait pas ». Id confirmatur ex testimonio ipsius uxoris Nicolle, quae enarrat Ioannem post primam inspectionem medici Lavrand haec sibi dixisse : « Tout est bien, puisque il n'y a rien ». Quae verba hunc contrarium sensum etiam innuunt, quod si morbus extitisset, Ioannes matrimonium non müsset.

Insuper Rmi Patres appositionem conditionis arguerunt ex modo et ratione quam Ioannes adhibuit in matrimonii conclusione. Ipse non semel interrogavit medicum Huyghe super natura et facto foetidi odoris ex futura sua uxore eftlantis: pluries excivit amicum Verschave, ut per interpositam amitam sponsae, dominam Warrein, a familia Nicolle explicationem super dicto morbo obtineret. Pluries matri suae timores et anxietates exposuit sive apud medicum Iulium Carpentier, sive die 21 Aprilis, quando ipse una cum matre adiit familiam Nicolle pro capitulis matrimonialibus subscribendis: qua occasione sive ipsi sive eius patruo Cordonnier manifestavit, se nolle nubere, si sponsae ozaenae esset obnoxia. Hae facti circumstantiae satis innuunt pro. ipso exemptionem sponsae a morbo fuisse rem substantialem : quod ita clarum evadit, ut ad evitandas exortas anxietates decisum fuerit sponsam Mariam subiicere medicae visitationi doctoris Lavrand, uti de facto contigit. • "

Neque Patres admittere potuerunt quod vinculi defensor propugnat, scilicet adhibitas, a Ioanne diligentias non secumtulisse appositionem conditionis, sed tantum mansisse in limine indaginis, ideoque praestitum consensum evasisse purum ex peractis scrutationibus et peritiis. Hanc difficultatem nullum pondus habere facile ex sequenti observatione deducitur, reponendo quod Ioannes hanc viam sequi non impediebatur : sed aliam de facto cautius et prudentius amplexus est, requirens dictam exemptionem a morbo ut conditionem *sine qua non.* In casu est quaestio voluntatis et quomodo fuerit expressa superius visum fuit. Vindex appellat ad quamdam decisionem editam in causa *Romana, Nullitatis Matrimonii* coram me acta sub initio huius anni. Sed species est omnino

diversa: ibi enim non constabat de expressa appositione conditionis: sufficiat sequentia ipsius sententiae verba transcribere: «Initium sit a « primo Capite, in quo actor contractui praetendit appositionem condi- « tionis expressam de virginitate et integritate suae sponsae. Id in liquido «non est». E contra in praesenti specie ex supra deductis testimoniis appositio conditionis de non existentia ozaenae in sponsa aperte liquet.

Item Rmi Patres amplecti non potuerunt alteram vinculi defensoris animadversionem contendentia, in hypothesi adiectae conditionis hanc versatam fuisse in probatione per medici attestationem suam sponsam immunem extare ab incriminato morbo, quam conditionem purificatam et verificatam esse ait per expletam primam inspectionem medici Lavrand. Defensor vinculi se fundat ad hoc probandum in sequentibus verbis, quae leguntur in libello iudicii introductivo ab actore producto coram Curia Cameracensi : « Je déclarai à ma mère, que jamais je ne « me marierais dans cette incertitude, que j'étais décidé à rompre, si on « ne me prouvait pas par un visite médicale, que l'ozène n'existe pas « chez Mlle Nicolle ». Defensor non bene distinguit medium a fine quem sibi proponebat actor. Ioannes exemptionem sponsae a morbo ut conditionem intendebat, et unum ex mediis ad hoc detegendum erat inspectio medica. Aliunde, quod apposita conditio non constiterit in praecitata inspectione medica, praeter superius allata ex quibus eruitur natura appositae conditionis, conficitur etiam ex aliis verbis ipsius libelli iudicii introductivi : « Mais considérant qu'il résulte tant de mes déclarations « expresses faites antérieurement au mariage, que de démarches faites et «de la visite médicale exigée et subie, que je ne consentais pas à épouser «Mlle. Nicolle qu'à la condition qu'elle ne fut pas atteinte de l'ozène », Ergo visitatio medica fuit medium ad verificandum existentiam vel non appositae conditionis, non finis.

Neque pariformiter recipi potuit censura mota a vinculi defensore contra iudices appellatae sententiae, quasi ipsi litis obiectum mutaverunt asserendo quod obiectum conditionis non fuit morbus specificus ozaenae, sed in genere morbus causa foetidi odori s. Revera quod ageretur de vero morbo ozaenae post celebratum matrimonium detectum fuit: ante matrimonium latebat qualitas morbi. Doctor Huyghe Ioanni communicaverat, quod morbi ex nasi foetore graves esse poterant, indicans gravés consequentias, et nomen ozaenae pronunciavit: et ille respondit : « S'il «y a pareille histoire, je ne veux rien savoir, je ne me marie pas »; et alibi Ioannes loquens eum Verschave aiebat : « si elle est malade, je ne « me marie pas ». Ioannes nesciebat naturam morbi, sed tantum eius effectus persentiebat ; unde conditionem appositam intelligere tantum

valebat de morbo eiusmodi effectum causante : quod si ipse deinde ozaenam edixit, id factum est quia hoc verbum a doctore Huyghe didicerat. Hinc obiectum conditionis non tantum mutatum dici debet, sed potius directum ad morbi consequentias, quatenus ipse se referebat principaliter ad effectum foetidi odoris exitialem, qui sicuti ex ozaena ita ex alio gravi morbo provenire poterat.

Verum cum non sufficiat conditionem fuisse appositam, sed ulterius requiratur ut ea saltem virtualiter perseveret usque ad matrimonii celebrationem, Rmi Patres hoc quaestionis punctum discutientes, eiusmodi perseverantiam excludere non potuerunt: conditio siquidem a Ioanne iam posita, post primam medici Lavrand visitationem vel non fuit revocata, vel si dicatur eam fuisse retractatam, ipsa illico revixit et virtualiter perseveravit. Sane voluntatem conditionatam non cessasse apparet primo ex testimonio doctoris Huyghe, de quo infra. Ioannes post Lavrandianam inspectionem visus fuit aliquantisper conquiescere, ut ex ipsius sponsae testimonio liquet: «Il le lut et constatant, que le certificat « attestait aussi mon immunité, il le déchira immédiatement en disant: « " Tout est bien, puisque il n'y a rien " ». Haec Ioannis expressio non voluntatis mutationem, sed potius indicat erroneam de morbi absentia persuasionem: « puisque il n'y a rien », dum e contra de facto morbus aderat. Voluntatis mutatio adfuisset, si data contraria medici attestatione, ea non obstante, Ioannes matrimonium müsset.

At etiamsi paulisper admittatur, vel etiam placeat hanc animi acquiescentiam et verba expressa importare voluntatis mutationem, nihil tamen in casu prodesse potest, quia animi acquiescentia temporanea et brevis fuit, et voluntas conditionata iterum excitata fuit et virtualiter usque ad matrimonii celebrationem permansit. Subito anxietates quae videbantur sopitae, exortae sunt: hasque fugare incassum doctor Huyghe curavit, ceu hic enarrat: « Les médecins traitants ont parlé, tu ne dois « pas t'inquiéter, il n'y a rien »; at ille e contra anxius respondebat: « et « lui de me dire: " tout de même, s'il y a de l'ozène, je ne me marie « pas " » et in hac voluntate perseverabat etiam proficiscens ad S. Audomarum ad celebrandas nuptias: « Il m'a répété jusqu'au départ pour « St Omer: tout de même s'il y a de l'ozène, je ne me marie pas ». Hanc voluntatis perseverantiam confirmat ipsa famula Blanca Lamerre, Ioannis dubia memorans: « Même la veille, ipsa ait, du mariage il se « demandait, si le docteur avait dit vrai quand il avait déclaré, qu'il « n'y avait pas d'ozène », mox subdit: « Étant à table il a dit devant moi, « que s'il savait que Mlle. Nicolle avait de l'ozène, il ne la marierait « pas ».

Eadem voluntatis perseverantia et haesitationes ante matrimonii celebrationem roborantur etiam ex his, quae enarrant testes Verschave et Brisse. Primus testis ait: « Ma conviction est que cette disposition « d'esprit a continué après la consultation Lavrand », et testis Aemilius Brisse, die matrimonii accitus, ita deponit: « De son attitude comme de « sa conversation il fut clair pour moi, qu'il hésitait encore, si bien que «je lui dis: " Tu nous a fait venir: te maries-tu oui ou non! " »

Insuper cum in themate constet de voluntate Ioannis conditionata, uti superius visum fuit, haec non praesumitur mutata vel revocata, quoadusque id ex adverso non demonstretur, uti docet Pitonius, *Discep. eccles., 52,* et lege ipsa cautum est « quod quisque semel voluit aut noluit « illud semper deinceps velle aut nolle intelligitur, quamdiu non retracta- « vit voluntatem » *cap. Maiores de baptis.* et qui ait mutatam fuisse voluntatem, docere id debet, secus contrarium praesumitur. Quia voluntas semper censetur durare, quoadusque de mutatione non appareat. S. Rota, *dec. 219* coram Mohedano et confirmat D'Annibale, *Sum. Theol. Mor. v. 1, § 133.* In praesenti autem controversia positivis argumentis probari nequit Ioannem conditionatam voluntatem rétractasse. Ergo praesumptio pro eius perduratione militat.

Defensor vinculi ad probandum conditionem appositam fuisse revocatami et hinc consensum evasisse absolutum appellat ad illa verba primae depositionis actoris: « C'est ainsi, que j'ai été rassuré, que j'ai « été conduit à me marier *quand même* » et praesertim ex postremis verbis arguit recessionem a conditione exhibens explanationem datam ab «ppellata sententia idest: « non obstante timore morbi, non obstante pro- « posito non ducendi Mariam si eo morbo afficeretur » et invocat iterum casum in *Romana* nuper allegata, in qua edictum fuit conditionem cessasse ex illis verbis actoris: « Assicurato così (ex iuramento praestito « a sponsa) che esistesse questa condizione assoluta (in praesenti specie « ex medica fide doctoris Lavrand), io me ne accontentai senza preten- « dere nell'atto della celebrazione del matrimonio la ripetizione del giu- « r amento stesso ».

At quoad allegatam causam paritas negatur. In *Romana* plura alia adfuerant elementa, ut ex ea resultat, quae hypotheticam destruere valebant appositam conditionem, siquidem non apparebat eam virtualiter perseverasse, aut ante celebrationem matrimonii fuisse iteratam : quin imo post emissum iuramentum facta intercesserant quae recessionem a non probata, sed tantum praesupposita aut hypothetica conditione, aperte prodebant. Hinc iure merito concludebatur conditionem in facta hypothesi desiisse. Verum aliter se res habet in praesenti controversia.

Status animi in quo versabatur Ioannes ante matrimonii celebrationem, verba ab eo prolata post primam visitationem medici Lavrand coram amicis et praesertim coram doctore Huyghe et famula Lamerre, de quibus iam allatae depositiones loquuntur, vel indicant renovatam conditionatam voluntatem, vel sin minus demonstrant virtuaiem in ea perseverantiam. Quare si in appellata et incriminata sententia sequentia verba sequuntur: « Unde dimissa actuali intentione seu proposito non ineundi « contractum nisi sub certo modo, successit intentio virtualis », ita intelligenda veniunt, ut tantum cessaverit per factam peritiam intentio actualis: « Tout est bien, puisque il n'y a rien »; sed non desiit intentio virtualis in quam actualis conversa fuit, et quae perduravit usque ad contractum matrimonii.

Haec explicatio eo vel magis est tenenda, quia perfecte collimat cum interpretatione expressa ab ipso actore in secunda facta depositione Iuvat heic eam per extensum referre: « Sur ce qu'on a appelle mes contradictions au sujet des mes inquiétudes disparues, je vais expliquer « les sens des mes paroles. - C'est ainsi que j'ai été assuré; que j'ai « été conduit à me marier quand même. - Mon jugement s'est tourné « vers la pensée que probablement il n'y avait pas d'ozène. Mais sans « rien changer de ma volonté conditionelle, je me disais avec satisfaction « que probablement la condition n'existerait pas. J'ai donc été conduit, « ainsi que je l'ai dit, à me marier quand même, non par une modifi- « cation de ma volonté, qui serait devenue absolue, mais par un erreur « de mon jugement égaré par les indications des médecins » Unde dici potest intentionem actualem cessasse ex errore a peritia medica causato sed perseveravit seu remansit virtualis intentio ex motu et impulsu ab intentione actuali iam dato agens.

Deinde in *Bomana* observabatur errorem non posse invocari, quia non constabat de apposita integritatis in sponsa conditione. At aliter res se habet in praesenti specie. Ex demonstrans immunitas a morbo ozaenae in sponsa ab actore adiecta fuit tamquam conditio *sine qua non.* Ex facto peritiae doctoris Lavrand, Ioannes inductus est in errorem circa hanc qualitatem,'quae cum posita fuerit uti conditio, effecta fuit substantialis, proindeque datus consensus irritus evasit, requisita qualitate non existente.

Demum Rmi Patres etiam ex subsequentibus arguerunt coniici posse conditionatam voluntatem. Nam dubia circa Mariae Nicolle sanitatem et propositum eam non habendi uti sponsam si exoso morbo laboraret, perdurarunt usque ad diem qua separatio inter sponsos subsecuta fuit: ita amicus Verschave deponit sibi a Ioanne enarratum fuisse, quod per-

durante itinere nuptiali: « en Suisse devant son malheur il avait songé « au suicide et qu'une prière à la Vierge l'en avait éloigné ». Ob timorem existentiae morbi Ioannes incoeptum iter arcta vit, et dein pluribus medicis inspectionibus sponsa subiecta fuit, quae hanc rem ita confirmat: « Les choses se sont brouillées immédiatement; le voyage des noces « fut interrompu sous pretexte de revenir à Lille pour me faire soigner « à raison de l'odeur, qu'il prétendait avoir de nouveau remarquée ». Idipsum implicite fatetur sponsae mater, quando loquens de contracto matrimonio, haec subiungit: « Ça n'a jamais marché ». Igitur sive antecedentia, sive concomitantia, sive consequentia matrimonium inspiciantur, de apposita uti supra eius celebrationi conditione dubitari nequit; proindeque, cum haec defecerit, matrimonium ut nullum est renunciandum, uti in appellata sententia secundi turni fuit declaratum.

In iure Rmi Patres haec prae oculis habuerunt. Conditio est circumstantia actui adiecta ex qua ipse actus pendet. Card. D'Annibale, *Summula Theol. Mor., v. 1, n. 41.* Conditiones proprie dictae sunt quae respiciunt tempus futurum. Contrahere matrimonium per verba de praesenti sub conditione de futuro honesta et possibili est prohibitum: at si matrimonium ita contrahatur, quaeri potest utrum, verificata conditione, novus requiratur consensus ita ut illud tamquam sponsalia spectetur, vel potius matrimonium purum evadat absque novo consensu, de qua quaestione confer. Sánchez, *De matr. lib. 5, dis. 8,* et haec secunda sententia est receptissima uti tradit Fagnan. *in c. Super de apposiL condit.,* qui subdit hanc sententiam : « in Curia servari etiam post Trid. « et ideo ab illa in consulendo et iudicando non esse ullatenus recedendum ». Aliae vero conditiones de praesenti vel praeterito, improprie conditiones dicuntur quia actus valorem non suspendunt. « Unde ut « ait Pirhing *Ius can., Lib. 4, tit. 4, § 2.* « Matrimonium contractum sub « sub conditione relata in tempus praesens vel praeteritum non suspen« ditur nec vitiatur, sed statim valet si conditio est vel fuit posita, non « valet si ea non existit ». Bene tamen advertit Card. Gasparri, *De matr.,* n. 1022. « Quamdiu vero ignoratur, utrum conditio extet nec ne, nefas « est rei matrimoniali operam dare, quia periculo fornicationis coniuges « sese exponerent ».

Secundo advertendum in actu celebrationis matrimonii prohibitum esse apponere conditiones etiamsi sint de praeterito vel praesenti, idque ut ait Gury cum adnotat. Ballerini, *v. 2, n. 751,* ob multa et gravia incommoda quae ex tali modo contrahendi subsequi possunt et etiam ob reverentiam sacramenti. Verum si necessitas urget, tunc petenda est

Episcopi licentia, uti praescribitur in Instructione Austriaca pro matrimoniis § 55 et tradit Aichner, *Comperi. Iur. can., pag. 608.*

Tertio « omnes admittunt, ut ait Card. Gasparri, *I. c, n. 1023,* ma« trimonium esse nullum si conditio fuit actualis, nempe posita in ipso « actu matrimonii, et deinde appareat eam non existere ». Sed hic casus perraro accidere potest ob relatam ut supra prohibitionem. Hinc citatus Gasparri ita prosequitur: « Idem affirmamus tamquam certum si « conditio fuit tantum virtualis, scilicet quando in actu matrimonii de « ea ne verbum quidem factum fuerit, sed apposita antea fuit nec revo« cata ».

Certe si probetur conditionem *sine qua non* fuisse appositam antecedenter matrimonio, eamque non fuisse revocatam, et de facto defecisse ante matrimonii celebrationem, matrimonium est nullum: verumtamen iuxta citatum Gasparri huiusmodi probatio est plerumque valde difficilis. Iuxta allegatam Instructionem Austriacam § *55:* « Conditiones quae « in consensus declaratione haud exprimuntur, pro non appositis haben« dae sunt ». Sed haec est praesumptio iuris tantum et proinde non excludit contrariam probationem. «Ideo, notat Aichner, *I. c.* videndum « est, an non tantum temporis inter conditionis positionem et matrimonii « celebrationem forsan defluxerit, ut contrahentes conditioni renuntiare « censeri debeant ».

Cum appositio alicuius qualitatis tamquam conditionis *sine qua non* pendeat a voluntate contrahentium, hinc auctores de natura huius intentionis disquirunt. Reiffenstuel, *Lib. 4, tit. 1, n. 346,* haec habet: « Ut ex defectu huiusmodi qualitatis matrimonium sit nullum requiri« tur, quod contrahens talem voluntatem habeat; nimirum ut vel tunc « cum contrahit actu habeat, vel saltem eam intentionem prius actu ha« buerit non contrahendi nisi hanc qualitatem habeat, et per actum con« trariurn nondum revocaverit, sed virtute seu virtualiter adhuc reti« neat ».

Intentio ut ait Bonacina in sua *Theol. mor. de sacram in genere, dis. 1, q. 2:* « est actus liber voluntatis in finem... Unde patet non idem « esse intentionem et attentionem : nam attentio est actus intellectus « considerantis ea quae homo agit. Intentio vero est actus voluntatis, qua «homo se determinat ad aliquid agendum ». Auctores intentionem impliciter dividere solent nempe in actualem, virtualem et habitualem. Hanc triplicem intentionis speciem ita concinne D'Annibale, *opere citato, t. 1, n. 135,* describit: «Est triplex nostris intentio: actualis, habitualis, vir« tualis : scilicet intentio sine aliqua attentione (quae est actus intellectus) « ne intelligi quidem potest: nam qui possum velle quod nullatenus ani-

« m ad verto? Itaque intentio actualis est cui attentio adest continuo; ex « diverso habitualis, cui nullatenus adest: inter utramque tenet virtualis; « nam ea est cui attentio primo initio tantum operis inest, et post (quia « mens ad alia divertit) exulat, ideo initio actualis est, deinceps habitua- « lis, si tamen omnis prorsus ab ea attentio exulet, quod difficile est. « Et actualis, recte prorsus dicitur intentio et vere est principium humani « actus et planum est: item virtualis, quippe vere ab ipsa initium su- « mit actus et subinde antegressae, qua coeptus fuit, intentionis velut « impulsu et virtute prosequitur ».

Exinde patet maxima differentia inter intentionem habitualem et virtualem : utraque in eo convenit, quod intentio fuerit actualis in praecedenti et non formaliter revocata, sed habitualis remanet in habitu in actum neque directe neque indirecte innuens, e contra virtualis impulsu et virtute prioris intentionis adhuc perseverat. « In hoc potissimum, ait Ferraris, « *Bibl., can. V, Intentio,* differunt inter se intentio habitualis et intentio « virtualis, quod intentio habitualis duo tantum requirit, primo quod « praecesserit intentio actualis, secundo quod talis intentio non fuerit « revocata. At vero intentio virtualis ultra haec duo requirit aliquid tertium, « idest immanentem aliquam vim, virtutem, efficaciam innuentem et mo- « ventem ad opus praesens intentum ». Hinc fit ut iuxta D'Annibale, *I. c,* «habitualis intentio in rebus agendis ne nomen quidem inten- « tionis habet, nam quae hac intentione exterius fiunt, illa vi magis «habitus quam voluntatis obimus ». Cum intentione aliquando potest esse coniunctus error: sed quoniam errantis nullus est consensus relate ad illud in quo errat, hinc error revocare nequit semel proditam intentionem: si Titius v. c. intendat carnes die esuriali non manducare et ex errore eas in die quem falso putet non esurial em manducet, huiusmodi actus est profecto involuntarius quoad legis abstinentiae infractionem: num fortasse ex hoc facto argui poterit Titium emissam voluntatem non manducandi carnes die esuriali rétractasse ?

His innixi principiis Rmi Patres iure merito retinuerunt in casu, Ioannis pluries expressam voluntatem non ducendi Mariam Nicolle nisi immunem a morbo ozaenae, post primam erroneam consultationem medici Lavrand non fuisse mutatam, sed potius virtualiter perseverasse usque ad matrimonii celebrationem. Id tum a statu animi Ioannis, tum ab eius expressionibus persaepe manifestatis post dictam inspectionem, apprime resultat. Ita testis Verschave in secunda depositione haec ait: « Ma «conviction est que cette disposition d'esprit a continué encore après « la consultation Lavrand » id deducens ex sequenti facto : « Je revis donc « le lendemain Jean Cordier. Je lui reprochai tout naturellement d'avoir

« dérangé la famille Nicolle et de lui avoir imposé une démarche bien péni« ble, alors que suivant le doctour lui-même, il n'y avait pas lieu. À quoi « Cordier me répondit: " Possible que le docteur ait dit cela, mais après « tout je l'ai bien sentie l'odeur, moi ". Et j'ajoute que de l'ensemble de la « conversation, résultait que l'ozène était pour lui une condition essen« tielle de son mariage et une préoccupation constante " ». Eadem testatur presbyter Boisleux qui matrimonio benedixit. Rogatus hic a iudice utrum sibi constaret de perseverantia Ioannis in apposita conditione usque ad matrimonii celebrationem respondit: « Je crois qu'il en est « ainsi »: id deducens ex turbatione Ioannis praesertim in die nuptiarum: « Jean dans la première visite qu'il me fit après son mariage, n'a « jamais varié en disant qu'il n'avait voulu épouser Marie Nicolle que « si elle était exempte d'ozène, et que si en fait le mariage avait eu lieu, « c'est q'il avait été trompé sur ce point par la famille Nicolle, qui lui « avait fait croire, qu'il n'y avait pas d'ozène ». Vincentius Cordonnier haec habet: « Jean Cordier n'aurait jamais épousé Marie Nicolle, si Mon« sieur le docteur Lavrand ne l'avait déclarée exempte d'ozène ». Doctor Huyghe haec refert: « Après la visite chez le docteur Lavrand, « Cordier vint me voir et me dit: " C'est tout de même drôle, on n'a « pas trouvé d'ozène. S'il n'y en a pas, tant mieux " ». Error in casu inductus a peritia Lavrandiana nequidquam Ioannis voluntatem circa appositam conditionem mutare valuerat, quae usque ad diem matrimonii permansit. Unde testis presbyter Bailleux deponit sequentia verba Ioanni dixisse: « Dans ton cas, tu peux peut-être aussi faire valoir « l'erreur, car tu n'as pas été trompé seulement sur la condition, mais « après la visite chez le docteur Lavrand tu as été trompé d'une façon « substantielle ». Ad rem haec habet Sánchez, *De matr., lib. 7, disp. 18, n. 21:* « Id tamen fatebor, si qualitas in qua erratur apponatur per mo« dum conditionis in ipso contractu, quando scilicet matrimonium ini« tur, sive verbis exprimatur, sive mente contrahentis retenta sit, irri<< tari matrimonium; ut si contrahens eam actu intentionem haberet, duco « hanc si dives, aut nobilis sit: tunc enim, deficiente ea qualitate, defi« cit conditio et subinde consensus sub illa praestitus, atque ita matri« monium erit nullum. Desideratur tamen ut ea intentio apponendi ta« lem conditionem sit actualis aut virtualis, nimirum ut contrahens « habeat illam actu vel virtute quam antea habuit, nec per contrarium « actum fuit revocata. Haec enim intentio sicuti sufficit ad constituen« dum matrimonium si affirmativa sit, ita ad dissolvendum quando est « negativa. Non vero sufficit intentio habitualis: quare validum esset « matrimonium, licet in ea dispositione esset ut abstineret a matrimonio

« illo, si nosset foeminam esse corruptam vel ignobilem. Sicuti enim ea « intentio habitualis, quando est affirmativa non satis est ad verum « matrimonium ubi adesset error personae vel conditionis, qui dirimen-te tes sunt, ita non satis est ad illud irritandum quando est negativa, exi-« stente errore solius qualitatis, qui matrimonium minime irritat ».

Neque uti superius alias observatum est, diversa foret conclusio, si paulisper admittatur, voluntatem Ioannis ex cognita facta inspectione a Doctore Lavrand fuisse mutatam circa iam appositam conditionem; prouti ex adverso praetenditur. Haec siquidem mutatio vel retractatio in hypothesi fuisset per brevissimum tempus : nam Ioannes perpendens gravissimas consequentias ex morbo derivantes et dubiis pressus, conditionem iam appositam illico iteravit expressis verbis, non obstante contraria opinione medici Lavrand in peritia prodita. Doctor Huyghe haec deponit de Ioanne post dictam inspectionem : « Toujours hanté « par ce que je lui avais dit de la maladie, il paraissait garder ou plu-« tôt gardait un doute réel et m'a encore répété jusque au départ pour « St. Orner: tout de même, s'il y a de l'ozène, je ne me marie pas ». Famula Lamerre in sua prima depositione sequentia testata est: « Avant « le mariage j'ai entendu M. Gordier dire à sa mère et me dire à moi-« même qu'il n'épouserait pas Mlle. Nicolle, si elle avait de l'ozène et « qu'il ne l'épousait qu'a cette condition, qu'elle n'en ait pas ». Idem pressius et clariori modo confirmat in secunda facta depositione: iudici enim percunctanti : « Savez-vous si avant et après l'inspection passée « sur madame Marie Nicolle par le docteur Lavrand, Jean Gordier a « manifesté d'une façon quelconque, qu'il maintenait comme condition « *sine qua non* de son consentement, que Marie Nicolle n'aurait pas « d'ozène? » ita ipsa reposuit: « Oui, il l'a toujours dit: même la veille « du mariage il se demandait si le docteur avait dit vrai, quand il avait « déclaré qu'il n'y avait pas d'ozène. C'est devant sa mère et devant « moi qu'il exprimait cette inquiétude, en pleurant au moment du dé-« part ». Neque haec Blancae Lamerre declaratio dici potest contradicta ab alia testificatione emissa in prima depositione et super qua etiam sese fundavit sententia primi turni ad innuendam voluntatis mutationem: « Pour moi Jean s'est marié bien convaincu que la maladie n'existait « pas. Sans quoi il ne se serait pas marié ». Haec enim acquiescentia primo non erat plena, ut indicant alia verba in antecessum prolata a teste : «Jean était évidemment plus content après la consultation qu'avant, « mais ses inquiétudes continuaient toujours ». Hinc secundo consequebatur quod ipse nuncium non semel emissae conditioni mittere nequi-

bat. Quare merito sententia appellata correxit sententiam primi turni, declarans Ioannem ab apposita conditione numquam recessisse.

Neque demum Rmis Patribus visa est facessere negotium censura mota a vinculi defensore contra iudices appellatae sententiae, quod illi scilicet fundaverint suam sententiam in declaratione actoris in iudicio emissa affirmantis, se tantum mentaliter conditionem concepisse in actu celebrationis matrimonii, proindeque eum nihil operatum fuisse. Hoc siquidem nihil ponit in esse: certe actor propositam in mente conditionem in actu matrimonii exprimere non valebat, quia celebratio matrimonii sub hisce clausulis erat interdicta. Actor itaque aiendo: « Cette « condition est restée dans mon intime », intendit declarare se etiam in actu matrimonii perseverasse in voluntate iam alias expressa; proindeque alii iudicis interrogationi: « Avez-vous posé la condition avant «le mariage?» Ipse respondit: « J'ai formulé, j'ai même exprimé au « dehors ma volonté bien déterminée de n'épouser Mlle. Nicolle qu'à la « condition... ». Nec item aliquid relevat alia incriminatio a vinculi defensore contra eosdem iudices mota in eo versans, quod hi nempe videantur confundere voluntatem interpretativam cum habituali in sequenti appellatae sententiae commate: «Ad intentionem habitualem in « qua nullus motus in finem habetur, reducitur voluntas interpretativa, « de qua D'Annibale... ». Sed responsio in promptu est: Iudices id intelligunt non in conceptu logico, sed tantum effective, seu quoad influxum in actum practicum, ut eruitur ex subsequenti inciso : « Et iure « meritoque », eiusdem sententiae. Revera iuxta D'Annibale cit. effective voluntas interpretativa « nihil est, ideoque nihil praestat », et voluntas habitualis, seu intentio habitualis « in rebus agendis ne nomen quidem «intentionis meretur». Unde Gury, *sup. cit. in v. I, de act., cap. 2, art. 1,* loquens de voluntario habituali tradit quod est « illud quod olim « quidem fuit habitum nec retractatum, sed nunc neque directe neque «réflexe in voluntatem aut in actum influit ». Proinde in genere asseri potest quod voluntas interpretativa et habitualis, quoad influxum in actus confundantur, licet logice ad invicem distinguantur.

Quibus omnibus in facto et in iure perspectis, Christi nomine invocato, nos infrascripti Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus - *constare de nullitate matrimonii inter Ioannem Cordier et Mariam Nicolle* - seu proposito dubio - *An sententia Rotalis diei 11 Augusti 1910 sit confirmanda vel infirmanda in casu* - respondemus — *Sententiam Rotalem esse confirmandam* - et pro confirmata haberi decernimus et declaramus.

In expensas vero iudiciales Ioannem Gordier condemnamus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris trinalium ad quos spectat, ut exequutioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. can. et praesertim ***Gap.*** *3, Sess. XXV, de Beform.,* Concil. Trid., iis adhibitis exequutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae in aedibus Tribunalis Sacrae Romanae Rotae,- die 23 Iunii 1911.

Ioseph Mori, *Ponens.*
Fridericus Cattani.
Iosephus Alberti.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD ITALIAE ORDINARIOS, DE OPERARIIS EX ITALIA IN EXTERAS NATIONES MIGRANTIBUS.

Mimo e Brno Monsignore,

Uno degli argomenti più particolarmente cari al cuore dell'Augusto Vicario di Gesù Cristo ed oggetto delle Sue più pietose provvidenze è stato, da un ventennio, quello della emigrazione, sia permanente che temporanea, degli operai italiani all'estero. Questa pontificia sollecitudine, figlia della visione dei molteplici pericoli di ordine religioso, morale e sociale, cui i medesimi sono esposti, fu tradotta dai Sommi Pontefici Leone XIII di s. m. e Pio X felicemente regnante in atti di grandissima importanza pratica e consegnata in documenti memorabili, fra i quali hanno il primo posto le Circolari di questa Segreteria di Stato, in data del 18 maggio 1899, del 19 giugno 1900 e del 25 gennaio 1908, dirette, rispettivamente, agli Arcivescovi di Milano, Torino e Vercelli, ai Metropolitani ed ai Vescovi d'Italia.

Nei citati documenti, a rapidi tratti si faceva constare il fatto del sensibile moltiplicarsi di quegli esuli volontari che, abbandonando il focolare domestico, valicano i confini della patria, per cercare in terre

straniere, dell'Europa, del Levante e delle Americhe, una sorte men dura, e ne rimangono lontani per molti mesi dell' anno e talvolta per sempre. Si descriveva, a tale proposito, la triste condizione, specialmente degli emigranti temporanei, i quali, in determinata stagione, prendono la via dell' estero in cerca di lavoro, si stabiliscono in luoghi moralmente infestati dalla eresia e dal socialismo e, senza essere più sostenuti dalle cure amorose dei genitori, della sposa, dei figli, che ordinariamente hanno lasciati nel paese natio, nè dal ministero paterno del proprio Parroco, ignoti fra ignoti, finiscono sovente con l'abbandonarsi al vizio, col divenir vittime di sètte sovversive e col perdere persino il sacro ed inestimabile tesoro della Fede. S'invocavano finalmente - dopo avere con soddisfazione riconosciuto il molto sino allora fatto dai Vescovi e dalle varie Opere sorte, con l'approvazione dell'Autorità Ecclesiastica, per l'assistenza degli operai italiani - le cure dei Prelati sempre più provvide ed alacri, affinchè quell'ingente numero di lavoratori nostri, sparsi nei vari Stati, non mancassero colà di quegli spirituali ed altresì materiali presidi ed aiuti, senza di cui vano sarebbe stato poi sperare nella loro perseveranza e voler scongiurare il pericolo di ravvisarli, al loro ritorno in patria, molto diversi da quali ne partirono, vale a dire, viziati nella mente e nel cuore, perversi e pervertitori.

Ed ora il Sommo Pontefice Pio X è lieto dei risultati sin qui ottenuti, grazie ai quali si può ammirare diffusa, per tante e svariate Opere di religione, di beneficenza, d'istruzione, di cooperazione e di previdenza a favore dei nostri emigranti, una bella fioritura di carità, religiosa e patria ad un tempo. Al raggiungimento di sì confortevoli risultati ha contribuito la maggior parte delle Congregazioni religiose d'Italia, rappresentate nei varí paesi della nostra immigrazione, parecchie delle quali si sono all'uopo recentemente confederate.

Se non che, troppo preme al Santo Padre la sorte degli emigranti, perchè Egli si tenga interamente pago di ciò e non si senta, invece, stimolato dalla altissima Sua Missione a cercare ogni modo per apportare a tale organizzazione sempre nuovi perfezionamenti, che rendano al lamentato male, il quale pur non accenna a cessare, adeguato il rimedio.

E infatti a conoscenza della stessa Santità Sua che all'elemento emigrante, specialmente delle città secondarie, dei paesi e delle campagne, non è peranco abbastanza nota l'importanza delle accennate Opere, istituite in suo favore; anzi sovente ne ignora perfino la esistenza. Avviene, così, che partano molti nostri operai, senza prima pensare a porsi in relazione con i centri delle suddette Opere, i quali potrebbero sicuramente illuminarli ed opportunamente indirizzarli alle tante Missioni e

Segretariati, che corrispondono coi detti centri e trovansi nelle regioni stesse dove essi si recano.

Mancata agli emigranti, per così dire, la prima orientazione, ne consegue che sempre malagevole, spesso anche impossibile, sia poi al più esperto zelo cattolico .il raggiungerli sulla malaugurata via ed il salvarli dalle insidie e dai mali, in cui ben presto vanno a cadere. E, a questo proposito, è risaputo da tutti come, in alcune stazioni specialmente dell' estero, per le quali sogliono passare con maggiore affluenza gli operai italiani, e nelle più note città industriali, non manca mai un buon numero di loschi speculatori, di propagandisti del socialismo ed anche di emissari del protestantesimo, che attendono la facile preda al varco e la fanno loro col seducente miraggio di procurare agli emigranti protezione, lavoro ed alloggio ; ma, in realtà, col fine di sfruttare la buona fede e le preziose energie proprie dei nostri lavoratori o d'ingrossare con essi le file del proselitismo settario. Il primo cedere a queste male arti - le quali confermano, purtroppo, quanto previdente ed operoso sia lo spirito del male - è il preludio triste di quelle colpe, con cui quei poveri operai comprometteranno più tardi la loro coscienza e lo stesso loro benessere materiale: l'apostasia, il sovversivismo e tutti quei funesti disordini morali, che qui è bello tacere, ma che tanto detraggono, nel concetto degli stranieri, alla onorabilità del nostro buon popolo italiano.

Così grave male invoca un rimedio pronto ed efficace. Il perchè la medesima Santità Sua è venuta nella determinazione di raccomandare, per mio mezzo, alla S. V. Illma e Revma, come opera altamente grata al Signore ed altresì benemerita della civile società, innanzi tutto un'azione *preventiva* a favore degli emigranti. Essa deve promuoversi nell'Italia stessa, anzi, nelle stesse Parrocchie, a cui rispettivamente appartengono coloro che sono per emigrare. E, a questo riguardo, s'impone, con la evidenza di prima necessità, il ministero del buon Parroco; massima cura del quale deve essere di allevare i suoi figli spirituali, in ispecie della nuova generazione e del ceto operaio, col nutrimento d'una religiosa istruzione, veramente sana nella dottrina e soda nella pratica. Meglio di ogni altro presidio che si possa escogitare, tale coltura, sinceramente e fortemente cattolica, salverà il popolo che égli ama e gli darà fondata speranza che i suoi parrocchiani, pur divelti dalle vicende della vita lungi dal patrio suolo, serberanno, attraverso le prove ed i pericoli, illesa la fede, puro il costume ed intemerato il nome italiano. Nè mancano al Parroco zelante, qualora egli desideri dare nuovo ordinamento ed impulso all' Opera catechistica della sua Parrocchia, sapienti

direttive in tanti accreditati libri pastorali e, segnatamente, nella fondamentale Enciclica « *Acerbo nimis* » del regnante Sommo Pontefice.

Questo importantissimo suggerimento di ordine generale potrà poi integrarsi coi seguenti provvedimenti speciali :

I. Gioverà costituire in ciascuna Diocesi, dove già esso non funzioni, un *Gomitato per l'emigrazione;* fine del quale sarà di agire come intermediario fra i Parroci, dalle cui cure dipendono gli operai che temporaneamente o definitivamente espatriassero, e gli Uffici d'informazione per gli emigranti (*).

II. Il detto Comitato si costituirà per iniziativa e sotto la presidenza dell'Ordinario; e dal medesimo Ordinario si chiameranno a farne parte persone caritatevoli ed influenti, sia del clero che del laicato, le quali diano sicuro affidamento di voler consacrare al nobile scopo la loro attività. Il Comitato suddetto avrà sede nella città episcopale, e potrà stabilire altrove dei Sottocomitati, nelle località specialmente dove si renda necessario di esercitare con maggior prontezza ed efficacia l'opera salutare, assegnando a ciascun Sottocomitato le Parrocchie con le quali deve all'uopo corrispondere.

III. Ove il Vescovo lo stimi giovevole, potrà assumere e costituire in Comitato o Sottocomitato per l'emigrazione taluna fra le più sperimentate ed attive associazioni cattoliche fiorenti nella sua Diocesi.

IV. Compito precipuo del Comitato e dei Sottocomitati per l'emigrazione sarà di tenersi in relazione: l.°con i menzionati Uffici centrali d'informazione, per interessarli in tempo alle future sorti degli emigranti che partiranno dalla Diocesi e concertare con essi quanto mai si prevede possa tornare a quelli proficuo: %° con tutti i Parroci della Diocesi, per avvalersi del loro zelo a favore degli emigranti medesimi.

V. Premuroso impegno di ciascun Parroco, a questo riguardo, sarà, in generale, di servire da organo intermedio tra il Comitato, o il proprio Sottocomitato, e gli emigranti. Sono affidate perciò al suo zelo parti di delicata carità ed insieme di abile previdenza, come le seguenti:

1. S'informerà, il più presto possibile, delle partenze che saranno per verificarsi nella sua parrocchia e, sopra tale argomento, si procurerà

(*) Fra i vari Uffici sorti in Italia a questo scopo si raccomandano in modo particolare: quello del Rmo Monsignor Gian Giacomo Coccolo *(Boma* - Lungo Tevere Castello, 3), e quello della Rma *Consulta Ecclesiastica* dell'Opera di Assistenza agli operai italiani emigranti in Europa *(Milano* - Arcivescovado). Il primo si occupa del passaggio degli emigranti fra i due continenti ed in generale delle informazioni sull'America; il secondo delle informazioni e corrispondenze per i varí Stati d'Europa e per altre contrade.

tutti quei dati che possano prestare materia ad utili suggerimenti; vale a dire: il numero, la professione, le qualità degli emigranti, il viaggio che intendono intraprendere, la mèta che si prefigg ono, ecc. Tutto ciò comunicherà immediatamente al Gomitato, o al proprio Sottocomitato, perchè questi, a loro volta, gli somnlinistrino pratiche indicazioni ed opportune raccomandazioni al riguardo.

% Trovandosi, per tal modo, in grado di bene indirizzare e consigliare coloro che sono per emigrare, il Parroco si darà cura di trasmettere loro le indicazioni e raccomandazioni medesime; esortandoli a servirsene fiduciosamente e persuadendoli dei gravi pericoli, ai quali andrebbero incontro, qualora non volessero trarre profìtto dalle prelodate Opere di assistenza, che esistono in loro favore nei paesi dove si recheranno.

3. Approssimandosi il giorno della partenza, il Parroco farà ultima prova del suo zelo sacerdotale e della sua sollecitudine paterna per quei poveri operai. Li adunerà presso di sè, li conforterà nel bene, li metterà in guardia contro le particolari insidie, provvederà alla tranquillità della loro coscienza e, sopratutto, avrà pensiero di non lasciarli partire, senza che siansi, in apposita funzione religiosa e con devota solennità, accostati tutti insieme alla Sacra Mensa per cibarsi del Pane dei forti.

4. Dopo la partenza degli emigranti, il Parroco non deve ritenere del tutto esaurito il suo compito a loro riguardo. Il ricordo dell'affetto paterno e delle sante parole, con cui il pastore buono consolò il loro commiato e l'amarezza della loro dipartita dal paese natio e dalla famiglia, resterà certamente caro e venerato nel loro animo per qualche tempo. Ma le preoccupazioni ed impressioni della nuova vita finirebbero col cancellarlo, se l'opera e, a così dire, la voce stessa del proprio Parroco non si volgesse di tanto in tanto a loro, sul suolo straniero, benefica ed ammonitrice ancora. Di qui la necessità che il Parroco si tenga in qualche corrispondenza coi suoi figliuoli e s'informi, nel miglior modo che per lui si possa, della vita che essi menano e delle condizioni in cui versano, per provvedere all'occorrenza coi mezzi dei quali il Comitato dispone.

5. Quando, finalmente, gli emigranti saranno di ritorno in patria, rimarrà al Parroco il dovere di riparare ai danni che, per disavventura, la lontananza dalla parrocchia avesse prodotti nelle loro anime. Inoltre, quante volte dalla esperienza delle passate emigrazioni egli possa raccogliere qualche pratica osservazione, che, se conosciuta dal Comitato, crede gli darebbe modo di migliorare il funzionamento dell'Opera, si studierà di comunicargliela.

Nel tracciare qui a V. S~ le somme linee di questa organizzazione diocesana, che, se attuata fedelmente, darà l'ultimo perfezionamento e la piena garanzia di successo alle Opere istituite in soccorso degli emigranti italiani, il Santo Padre esprime la ferma fiducia che Ella si farà volentieri maestro e duce della novella organizzazione proposta. ; e nutre speranza altresì che, dopo apposita esortazione e sotto la dipendenza e vigilanza di V. S., tutti e singoli i Parroci di cotesta Diocesi sentano viva ed urgente la necessità di farsi zelatori, per la parte che loro riguarda, di queste provvidenze, le quali son dirette al bene ed alla salvezza dei loro spirituali figliuoli.

Gradirò di sapere da V. S., a suo tempo, che cosa Ella avrà potuto fare in ordine ai provvedimenti suindicati; ed intanto mi è grato confermarmi con sensi di ben distinta stima

Della S. V. Illma e Revma

Roma, 8 Settembre 1911.

Servitore

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

AVVISO DI CONCORSO.

I sacerdoti che aspirano ad un posto di maestro nei corsi liceali, filosofici e teologici nel grande Seminario regionale Calabrese in Catanzaro, presentino prima del 25 ottobre la loro domanda al proprio Ordinario coi documenti dell' età, degli studi fatti, dei titoli comprovanti la propria idoneità e buona condotta sacerdotale, per essere quindi trasmessi alla S. C. Concistoriale.

Saranno preferiti a pari condizione i sacerdoti di origine Calabrese.'

Ogni raccomandazione di favore è proibita.

Per le scuole filosofiche-liceali si richiede un maestro di filosofia e di propedeutica, uno di belle lettere, uno di scienze naturali. Per la teologia, uno di teologia fondamentale, uno di sacra Scrittura e d'ebraico, uno di morale e uno di storia ecclesiastica, ai quali si potrà commettere, secondo i programmi da stabilirsi in dettaglio, l'insegnamento di qualche altra materia secondaria.

Roma, 25 settembre 1911.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE.

11 Santo Padre, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato si è degnato di nominare:

Protonotario apostolico ad instar participantium :

13 Settembre 1911. — Il Rev. Dott. Vittore Giulio Arocha, parroco nell'archidiocesi di Caracas.

Prelati domestici di S. S.:

11 Agosto 1911. — Il Rev. Matteo Kooplicat, appartenente al Vicariato Apostolico di Changanachery.

12 Settembre 1911. — Il Rev. Celestino Alvarez Galán, Vicario Generale dell'archidiocesi di Yucatán (Messico).

14 Settembre. — U Rev. Davide Leistle, Dottore in Teologia, Rettore del Seminario diocesano di Augsburg.

ONORIFICENZE.

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

Titolo di Conte :

14 Settembre 1911. — Al Sig. Giuseppe Maria Agostino Legeard de la Diriays, dell' archidiocesi di Rennes.

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

21 Agosto 1911. — Al Sig. Selim Rabbat, domiciliato in Alessandria d'Egitto.

Il Cavalierato dell'Ordirne di S. Silvestro Papa:

7 Agosto 1911. — Al Sig. Giacomo Fiorini, tenente in 2^A^ nel Corpo della Gendarmeria Pontificia.

21 Agosto. — Al Sig. Basilio Malatakis, di Costantinopoli.

28 Agosto. — Al Sig. Edoardo L. Hearn, residente a New-York.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE.

La Santità di Nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari :

18 Settembre 1911. — Mons. Vincenzo Cumino, dell'archidiocesi di Torino.

— Mons. Nicolò Batistiç, della diocesi di Ragusa.

— Mons. Giovanni Formosa, della diocesi di Malta.

— Mons. Isauro Aranjo de Medeiros, dell'archidiocesi di Rio Janeiro.

Cameriere d'onore di spada e cappa soprannumerario :

18 Settembre 1911. — Il Sig. Barone Leone de Trétaigne.

NECROLOGIO

18 Settembre 1911. — Mons. Giulio Alfonso Cousin, Vescovo di Nagasaki.

23 Settembre. — Mons. Eugenio Francesco Touzet, Vescovo di Aire e Dax.

— Mons. Antonio Polito, Arcivescovo di Corfù.

28 Settembre. — Mons. Giuseppe Deruaz, Vescovo di Losanna e Ginevra.

Annus Ili. - Vol. III. Die 15 Octobris 1911. Num. 14.

ACTA APOSTOLICAE!»

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

EPISTOLAE

I.

AD ADAMUM IOSERHUM SCHMITT, PRAESIDEM COETUS VIRORUM CATHOLICORUM MOGUNTINO CONVENTUI APPARANDO.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Laetamur utrumque: apparari scilicet annuum Germaniae catholicorum coetum, Moguntiae proxime celebrandum, atque inibi sollemnia instrui ob exitum primi saeculi a nativitate Guilelmi de Ketteler, Moguntinorum Episcopi, Virum de Ecclesia, de civitate tam bene meritum efferre iure gestiunt animi : eumdemque grata prosequi recordatione non Moguntinos tantum velle cives, sed Germaniae universae catholicos, iucunde equidem accepimus. Exigit id quippe gratus eorumdem animus , qui probe norunt quo idem ardore religionis et Apostolicae Sedis iura tuitus sit: quanta sapientia christianam doctrinam explanant, qua maxima parte cohaeret cum quaestione quam vulgo vocant socialem, cui solvendae evi cit religionem catholicam vim suppeditare mire efficacem salutaremque : quo denique studio causam complexus sit adolescentium ac mulierum qui quotidiano labore exercentur. Sed idem exigit et Ecclesiae vestrae nomen quae a suo Antistite tantum habuit luminis, quantum res ab eo praeclare gestae scriptaque egregia testantur. Eoque profecto indicta sollemnia Nobis accidunt iucundiora, quod excitata Episcopi desideratissimi memoria spem bonam facit fore ut congredientes omnes, in lucem doctrinae atque exemplorum eius religiose conspicientes, accomodata ad tempora consilia hauriant, et novos concipiant ignes ad optimam navitatem religioni impensius usque probandam.

Sit igitur felix coeptorum vestrorum exitus, eademque et adauctae fidei et latius fusae ac prospere vigentis catholicae actionis fructus afferant uberrimos. Quod ut e sententia cedat, caelestium vobis adiumentorum vim adprecamur opem que advocamus Bonifatii Episcopi sanctissimi, qui et Ecclesiae vestrae parens extitit, et primus Germaniae populos ad christiana sacra perduxit. Is adsit vobis, communi prece exoratus, detque benignus ut quos eius labor fructus eduxit, caeleste eiusdem patrocinium in ampliorem laetioremque adducat ubertatem.

Benevolentiae demum Nostrae testimonium, Apostolicam Benedictionem tibi, dilecte Fili, iis qui tecum conventui disponendo navant operam, nec non iis omnibus qui eidem intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die-xn Iulii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

IL

AD R. P. D. PATRIARCHAM ATQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS CATHOLICOS NATIONIS ARMENAE, DE NATIONALI SYNODO ROMAE CELEBRANDA.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Vobis plane compertum est, Venerabiles Fratres, quanta benevolentia Romani Pontifices inclytam Armenorum Nationem prosequuti fuerint. Praeter ea quae neminem latent de mutuo arctissimoque affectu inter Sylvestrum Papam et Gregorium Armeniae Archiepiscopum, illustris extat memoria Florentini Concilii in quo Eugenius IV maxime adlaboravit ut Ármenos cum Romana Ecclesia conciliaret. Insuper Urbanus VIII, admissis Armenorum alumnis in Collegium Urbanum Christiano Nomini Propagando: Benedictus XIV, restituta Patriarchatus Ciliciensis dignitate: GregoriusXVI, ordinata re dioeceseos Costantinopolitanae, collataque liberaliter opera in hospitalem domum urbanam peregrinis ex Armenia recipiundis, benevolentiam suam re ipsa testati sunt. Insigne praeterea fuit Pii VIII beneficium cui potissimum debetur impetrata ab Armenis catholicis libertas contra civilem schismaticorum antistitum iurisdictionem. Neque praetereunda est religiosa Pii IX sollicitudo in iis decernendis et procuran dis quae in bonum Ecclesiae Armenae vergere existimavit. Item ad componendum dissidium recenti aetate exortum Apostolica Sedes mirum quantum adlaboravit ut funestano, illam schismatis flammam extingueret. Praeclara etiam extitit Leonis XIII solertia et munificentia, qui in hac

principe orbis christiani civitate erigendum curavit Collegium ubi adolescentes Armeni in sortem Domini vocati liberaliter erudiuntur. Ad Nos quod attinet nihil profecto eorum praetermisimus quae Nationis vestrae spirituali emolumento conducere videbantur. Nunc vero, attentis peculiaribus temporum adiunctis, et inspecta praesenti Ecclesiae Armenae conditione, ad dissensionum germina penes vos evellenda, ad iurium concertationes praecavendas, ad disciplinam ecclesiasticam roborandam, ad legitimas traditiones et consuetudines vestras firmandas, ad clericorum et laicorum officia declaranda maxime valituram esse confidimus Synodi nationalis celebrationem. Quocirca per praesentem epistolam mandamus ut huiusmodi Concilium, cui Rmus D. Patriarcha praesit, quantocius ab ipso convocetur, et opportunitatis gratia Romae celebretur. In hac Synodo de iuribus Patriarchae et Episcoporum, de recta fidelium administratione, de cleri disciplina, de monachorum institutis, de missionum necessitatibus, de cultus divini decore, de sacra liturgia de cognatisque agatur rebus quae cautissime definiendae sunt ad maiorem Dei gloriam procurandam et Ecclesiae Armenae splendorem augendum. Uti penes alias orientales ecclesias Synodi nationalis celebratio magno fuit emolumento pro negotiis componendis et ecclesiastica disciplina instauranda, ita Vestrae Ecclesiae, ex legum scriptarum elucubratione et promulgatione , salubérrimos fructus profuturos Nobis iure merito pollicemur. Interim ex intimo cordis Nostri Deum oramus et obsecramus ut coelestium charismatum copiam Vobis propitius largiatur. Ac divini huius praesidii auspicem et flagrantissimae illius qua Vos in Domino amplectimur charitatis testem, Apostolicam Benedictionem Vobis, Venerabiles Fratres, cunctisque clericis laicisque fidelibus armenis peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxx Sextilis MCMXI, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. **x.**

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

•L

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

Brevi Apostolico nominati sunt:

18 septembris 1911. — R. D. Noë Ioseph Tacconi, e Seminario Mediolanensi pro Missionibus ad exteras gentes, Episcopus titularis Aradiensis et Vicarius Apostolicus de Ho-nan meridionali.

— R. P. Iuventius Hospital, ex ordine Eremitarum S. Augustini, Episcopus titularis Caunensis et Vicarius Apostolicus de Ho-nan septentrionali.

— R. D. Aloisius Calza, ex Instituto Parmensi S. Francisci Xaverii ad exteras Missiones, Episcopus titularis Termessensis et Vicarius Apostolicus de Ho-nan occidentali.

— R. D. Aloisius Bumei, Episcopus Ecclesiae Alexiensis (Alessio in Albania).

21 septembris. — R. D. Georgius Koletsi, Episcopus Ecclesiae Sappensis (Sappa in Albania).

IL

NOMINATIO VICARII APOSTOLICI.

SSfîms D. N. Pius Papa X, in audientia diei *30 augusti 1911*, renuntiationem R. P. D. Ioannis Baptistae Cazet, e Societate Iesu, ab officio Vicarii Apostolici de Madagascar centrali benigne accepit; quapropter R. P. D. Henricus de Saune, ex eadem Societate* eius Coadiutor, ipsi in munere succedit.

III.

NOMINATIONES PRAEFECTORUM APOSTOLICORUM.

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominati sunt:

25 septembris 1911. — R. P. Stanislaus de Vos, e Societate Iesu, Praefectus Apostolicus de Koango in Congo Belgico.

26 septembris. — R. P. Oswaldus Waller, e Seminario Lyonensi ad Missiones Africanas, Praefectus Apostolicus de Nigeria orientali.

SACRA ROMANA ROTA

i.

MASSILIEN.

NULLITATIS MATRIMONII.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die 1 Iulii 1911, RE. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii Ponens, *Seraphinus Many et Franciscus Heiner, Auditores de turno, in causa* « Massilien. - Nullitatis matrimonii » *instante pro appellatione Defensore vinculi ex officio adversus sententiam Curiae Massiliensis, inter Leoniam Flanchut repraesentatam per legitimum procuratorem ex officio deputatum, Nazarenum Ferrata Advocatum, et Aemilium Raulier contumacem, interveniente et disceptante in causa vinculi Defensore, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Aemilius Raulier, cum optaret se commercii socium adiungere cuidam Iosepho Zwingesteiln, et pecunia careret, eam sibi comparandam cogitavit per matrimonium. Et res feliciter ei cessit ; invenit enim mulirem Leoniam Planchut an. 24 ac discretam habentem dotem. Solemnia nuptiarum rite celebrata fuerunt die 17 maii 1898 in Ecclesia S. Vincentii a Paulo Massiliensi in civitate. Verum nuptiae, uti facile coniiciendum erat, infelicem exitum habuerunt. Etenim quindecim post dies ab inito contractu, statim ac Aemilius sponsae dote potitus fuit, prima luce, Leonia dormiente, ablatis inauribus, et omnibus rebus, quas secum ferre potuit, e domo coniugali aufugit, nunquam reversurus. Mulier multis aerumnis ac calamitatibus per plures annos affecta, matrimoniale foedus, infausto omine contractum, infrangere cupiens, supplicem proprio Ordinario obtulit libellum, ut suum matrimonium nullum declararetur ob simulatum consensum ex parte viri. In actricis favorem causa adiudicata fuit a Iudice Massiliensi, a quo tamen pro suo munere vinculi Adsertor provocavit ad H. S. O. Hodie itaque causa proponitur sub consueta formula dubii : « *An constet de nullitate matrimonii in casu* ».

Matrimonium essentialiter consistit in contrahentium consensu, qui est anima contractus: consensus autem debet esse verus. Quod si quis exterius celebret ac ritum matrimonialem observet, actu tamen voluntatis expresse et positive reiiciat contractum, vel eius obligationes sub-

stantiales, consensus dicitur simulatus et fictus, et matrimonium nullum est. Hoc verificatur etiam in hypothesi, qua actu positivo et expresso una tantum reiiciatur obligatio substantialis, v. g. vinculi perpetuitas, eodemque tempore intentio adsit contrahendi matrimonium : « Nam cum « ius sit relativum obligationi, si pars mente nunc excludit aut limitat « obligationem matrimonialem, eo ipso excludit aut limitat matrimoniale « ius, et ideo deficit consensus et matrimonium. Id potest et alio modo « declarari. In casu sunt duo voluntatis actus positivi et contrarii; con- « trahens enim vult matrimonium, quia ex hypothesi vult illud contra- « here, et simul non vult, excludens aut limitans obligationem, et ideo « ius. Hic posterior voluntatis actus priorem destruit, vel, si mavis, isti « duo contrarii positivi voluntatis actus mutuo se elidunt, et ita ipse nil « vult, ideoque plane deest matrimonialis consensus ». Gasparri, *De Matrimonio, n.* ***919,*** *tert. edit.* Simulatio autem, cum sit factum internum, probatu difficillima est. Attamen Doctores omnes admittunt eam satis probatam esse: 1.° si manifesta sit causa, seu motivum simulationis; 2.° si simulatio ipsa evincatur ex circumstantiis antecedentibus, concomitantes, et subsequentibus matrimonium.

I. Hisce positis ex exhibitis processualibus tabulis apertissime liquet Aemilium Raulier nonnisi ad. pecuniam comparandam matrimonium subiisse. Id enim primo loco eruitur ex testium depositionibus, ex quibus scatet D. Raulier enixe institisse apud Leoniae parentes, ut pacta pecunia quam cito sibi numeraretur, atque asseruisse, quod si illam ante nuptias obtinuisset, has prorsus amandasset. Re quidem vera Leonia, iudicialiter excussa, fassa est: «Un mois avant le mariage, il avait dit «à Monsieur et à Madame Zwingesteiln, ses associés: " Si la famille « Planchut me donnait l'argent, je partirais de suite.... " Le 14 mai, en « sortant de chez le notaire, il témoigna à Monsieur Planchut mon frère « et à moi son mécontentement de n'avoir pas reçu les milliers de francs « que mon père lui avait promis " ». Pater autem actricis deponit: « D'abord « avant le mariage, il aurait dit cette parole significative : " Si le père « Planchut me donnait la somme, je partirais de suite, sans subir le « mariage ". C'est à son associé qu'il a dit cette parole.... En sortant du « notariat le veille du mariage, il a fait une scène, parce que je n'avais « pas versé l'argent promis ». Hoc etiam Paulus Planchut, Leoniae frater, asserit : « Je sais qu'il a dit à des tiers, à son associé, que si Monsieur «Planchut lui avait versé la somme promise avant le mariage, il ne « serait pas allé jusqu'au mariage. À la sortie de chez le Notaire, il a « paru très contrarié de ne pas recevoir la dot promise ; ce qui me « prouve encore, que s'il était entré en possession immédiate de cet argent

« il aurait rais sa menace à exécution ». Et Ioseph Zwingesteiln testatus est : « Monsieur Raulier cherchait une femme afin de se procurer des « capitaux pour s'associer avec moi. . . . Il a toujours dit qu'il se mariait « pour avoir de l'argent ». Eadem praeterea repetunt Renatus et Aloysia Gimontre et Carolus Depourier. Porro ex hisce depositionibus sat patet Aemilium nonnisi ad captandam pecuniam matrimonium contraxisse.

Nec vim aliquam detrahunt praefatis depositionibus animadversiones solertissimi vinculi Vindicis. Etenim leve illud quod citati testes non sunt testes de propria scientia, sed de auditu alieno, qui generatim s loquendo non probant. Nam testes, etiam de auditu, probationem gignunt « quando testimonium de auditu alieno est adminiculatum, seu coniun- « tum cum aliis coniecturis, aut praesumptionibus, vel probationibus » (Ferraris, ad v. *Testis n. 20),* sicuti in casu nostro contingit, prouti infra videbimus : eo vel magis quod testes fide digni et omni exceptione maiores perhibentur a Curia Massiliensi. Levius alterum quod recensiti testes non a pluribus, sed ab uno tantum, i. e. a Iosepho Zwingesteiln rescivisse declarant, quod deponunt. Nam in primis dicendum non unicum esse testem, sed saltem duos, Iosephum videlicet Zwingesteiln, eiusque uxorem Aliciam, uti patet ex epistola eiusdem Aliciae relata a patrono in *Summario additionali pag. 5.* At dato etiam quod unicus sit testis, certissima doctrina est, unum testem, etsi plenam probationem non exhibeat, inducere tamen iuridicam veritatis praesumptionem, si omni exceptione testis maior sit. (Çf. De Angelis ac Santi in *tit. XX, lib. II, Decret. Gregor. IX).* Levissimum tandem aliud quod unus Zwingesteiln non solum non confirmat quod ceteri testes ab eo audivisse affirmant, nam rogatus a iudice: « M. Raulier vous a-t-il réellement « dit avant son mariage : " Si M. Planchut père me donnait l'argent « promis, je partirais immédiatement sans me marier ? " » respondit: « Je « ne me rappelle pas »; sed aliquid aliud addit penitus diversum, imo contrarium, hisce verbis : « Je crois qu'il s'est marié tout de même ». Etenim ad responsionem quod attinet : « je ne me rappelle pas », haec nec confirmat nec negat aliorum testium depositiones. Neque mirandum est, quod Ioseph confessus sit se oblitum fuisse, post 12 annos, quorundam verborum quae prolata fuere ante celebrationem matrimonii Planchut-Raulier. Hanc oblivionem fatetur etiam eius uxor in epistola 25 febr. 1910: « Douze années ont passé depuis, pendant lesquelles j'ai eu tellement « de soucis et de malheurs de toutes sortes, que vous comprendrez « facilement que ma mémoire me fasse défaut pour des choses qui ne « me touchaient nullement ». Ceterum acta referunt eumdem Iosephum verba protulisse aequipollentia controversae loquutioni : « Il a toujours

« dit qu'il se mariait pour avoir de l'argent ». Quoad ea autem, quae Zwingesteiln protulit, i. e. « Je crois qu'il s'est marié tout de même », nemo non videt testem tantummodo voluisse se referre ad ritum celebrationis matrimonii, secus ne haud antea quidem dixisset: « C'est « plutôt pour l'argent, que pour sa femme qu'il s'est marié ».

Aemilium inhiasse tantummodo pecuniae in contrahendo matrimonio patet secundo loco ex eo quod ipse nunquam deperiit Leoniam, sed eam revera odivit : « Je rappelle (narrat eadem Leonia), qu'un jour « il me fit cette question : " Si quelqu'un vous démandait si vous m'aimez, « que répondriez-vous ? " " Je répondrai que je suis folle de vous. " - Et « alors, je lui posai à mon tour la même question : " Si l'on vous déman- « dait si vous m'aimez, que répondriez vous ? " Il resta muet un instant, « baissa les yeux et me dit : " L'avenir vous l'apprendra " ». Saepe citatus I. Zwingesteiln asserit: «Un jour même il a ajouté: "Ma future me « dégoûte, je crois que je vais tomber dans un gouffre " ». Atque eius uxor Alicia in citata epistola scribit: « Le jour, ou la veille de son ma- « riage, je ne me rappelle pas au juste, il est venu chez nous (où il ne « venait plus) nous dire, qu'il sentait qu'il allait dans un gouffre, qu'il ne «vous aimait pas».

Neque aliquo in pretio habendum est factum consummationis matrimonii. Consummatio enim Libidini potius, quam amori coniugali tribuenda est. Deinde prudentia, seu melius calliditas docebat, ut simulatio tamdiu duraret, usque dum eius auctor sua vota expleverit, ne uxor in suspicionem adduceretur; quod perbelle Leonia deinceps intellexit, quum iudici asseruit: « Pour atteindre son but, il dû passer par « les phases du mariage ».

II. Determinata causa, seu motivo simulationis, nunc ipsa simulatio probanda est ex adiunctis, aut circumstantiis praecedentibus, concomitantibus, ac subsequentibus matrimonium. Et ad ea, quae coniugium praecesserunt, ex actis constat Aemilium paucis hebdomadibus ante matrimonium, scilicet die 27 martii, ab aurario, apud quem pro futura uxore monilia emit, petiisse quo pretio revendi possent: quod sic narrat ipse aurarius, Rodulphus Lyon : « Avant son mariage, Monsieur Raulier « s'est présenté chez moi pour acheter des bijoux, et, comme je lui mon- « trais de pendants d'oreilles, il me fit cette réflexion, qui m'a beaucoup « surpris: " Quels sont ceux, me dit-il, sur lesquels je perdrais le moins « en cas de revente! " ». Qua singulari interrogatione manifestavit Aemilius se non intendere praefatas maures in perpetuum sponsae tradere, sicuti mos est, sed eas, statuto tempore, ab uxore auferre et re vendere. - Ulterius liquet D. Raulier ante festum Paschae an. 1878 domum con-

duxisse, ut ibi post matrimonium cum futura uxore habitaret; at non multo post, i...e. die 14 maii (tribus diebus ante matrimonium) locatori notum fecit se renuntiare contractui transacto primo locationis anno. Hoc fatetur Leonia hisce verbis: « Monsieur Raulier avait arrêté, avant « Pâques, un logement, rue Gaubert 24, pour pouvoir y habiter après « la célébration du mariage, qui devait avoir lieu le 17 mai. Mais le « 14 mai, à 2 h. de l'après-midi, il me dit: " Je vais écrire à M. Laurent, « notre propriétaire, pour lui donner congé, car à Marseille, si l'on « n'avertit pas le propriétaire avant le 15 mai, on est lié pour une nou- « velle année " ». Quod revera factum est, uti testatur Leoniae frater.

Ad ipsum matrimonium quod attinet, Aemilius socio Zwingesteiln ipso mane diei, quo nuptiae celebratae fuerunt, dixit: « Je ne sais pas « quand cela se fera ». Quae verba ostendunt Aemilium nullo modo propensum fuisse ad hoc matrimonium, sed potius illud passum fuisse, quod facile ex dictis colligitur. Deinde post peractam nuptiarum solemnitatem, eadem die in prandio frigidum, imo indecorum se exhibuit erga sponsam, prouti refert Lucia Depouzier: « J'ai pu constater lé jour même « du mariage une grande froideur et même un manque de convenance « à l'égard de sa fiancée, après le repas qui a précédé la cérémonie. « J'ai jugé par là qu'il avait un très mauvais caractère ».

Quod spectat ad adiuncta, quae matrimonium subsecuta sunt, brevissime contrahi possunt. Cum de die in diem magis ac magis graviter et moleste ferret Aemilius solutionis pecuniae dilationem, tandem die 31 maii voti compos factus pecuniam recepit; cum autem et inaures uxoris, quas ipse emerat (non tamen soluto pretio) valde concupisceret, tempus noctis opportunum expectavit, ut, uxore somno oppressa, inaures subriperet; quod et fecit. Itaque die 1 iunii, collecta pecunia et ablatis inauribus, summo mane aufugit, quin unquam per tresdecim annos minimam sui notitiam dederit.

Haec omnia, si coniunctim sumantur, luculentissime ostendunt Aemilium non verum matrimonium contrahere voluisse, sed artem tantum callidissimam et sacrilegam adhibuisse, ut dotem et cetera sibi subriperet. Quod si dicatur ipsum verum matrimonium tanquam medium ad finem adhibere potuisse, admittendum saltem est eumdem expresse et positive noluisse se uxori in perpetuum alligare, sed solummodo per tempus necessarium ad pecuniam captandam. Dictum est *expresse* et *positive;* etenim expresse voluit finitam locationem, expresse manifestavit intentionem auferendi et revendendi monilia uxoris; expresse sibi proposuit fugam arripiendam semel ac pecunia et inauribus potitus esset; hoc quidem ultimum verbis non patefecit, sed facta verbis validiora hoc

testantur, imo clamant. Quod enim Raulier, collectis pecunia ac monilibus, absque ulla prorsus mora aufugerit, id tribui nequit consilio repentino, nunquam antea habito, sed omnino referri debet ad propositum, quod iam ante matrimonium ipse in mente sua volvebat, sive quando de locatione brevi finienda, sive quando de inauribus revendendis cavebat.

Praetereundum tandem non est causam propositam fuisse apud S. G. Concilii 7 martii 1885 « *Parisien - Matrimonii* », in qua agebatur de quodam Augusto cive Americano, qui, ut pecuniae summam sibi a matre, intuitu nuptiarum promissam, consequi posset, matrimonium exterius quidem contraxit cum Magdalena, sed fìete et simulate, simulatione saltem partiali, reiecto nempe indissolubilitatis vinculo, nec volens cum uxore manere nisi per tempus necessarium, ut praedictam pecuniae summam consequeretur, postea fugam arrepturus cum amasia, quam deperibat. Porro, rite probata dicta simulatione per ea omnia adiuncta, quae matrimonium praecesserunt, comitata sunt, et subsecuta, Sacra Congregatio matrimonium nullum esse declaravit ex defectu consensus ex parte viri. *(Acta S. Sedis, Tom. XXIII, pag. 14-31).*

Quibus omnibus rite consideratis ac sedulo perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, Christi nomine invocato, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus *constare de nullitate matrimonii inter Leoniam Planchut et Aemilium Raulier:* seu proposito dubio respondemus: « *Affirmative».*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV, de Reform.* Conc. Trid., iis omnibus adhibitis mediis, quae magis eficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, 1 Iulii 1911.

Guilelmus Sebastianeiii, *Ponens.*
L. *Çfc* S. Seraphinus Many.
Franciscus Heiner.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

IL

ROMANA

STIPENDII.

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die 25 Iulii 1911, RR. PP. DD. Michael Lega, Decanus Ponens, *Fridericus Cattani, Antonius Perathoner, Auditores de turno in causa* « Romana - Stipendii » *agitata inter nonnullos Professores iam addictos Instituto* Angelo Mai *hodie suppresso, actores, repraesentatos per Henricum Kambo et Cristophorum Astorri Advocatos, et Administrationem Bonorum S. Sedis, conventam, repraesentatam per Carolum Patriarca et lulium Patriarca Advocatos, interveniente et disceptante, pro iustitia et iuris tutela, Promotore Iustitiae, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Postquam anno 1870 civilis Romanorum Pontificum principatus, per vim et maxima cum iniuria eversus fuit, consequutum est ut quae a Summis Pontificibus et sub eorum ditione et nutu sive a municipio sive, alias, a civili auctoritate publicae scholae erectae fuerant pro civili iuvenum institutione, eaedem transierint ad novos rei publicae civilis moderatores.

Attamen quia moralis et religiosa iuvenum institutio arctissime coniungitur cum disciplina humanarum scientiarum et neminem latebat quo tenderent proposita rei publicae moderatorum, proinde nonnulli cives, de publico bono solliciti, suis impensis scholas instituerunt, ubi iuvenes, una cum disciplinis profanis , in avita religione imbuerentur. Verum expensae in hunc scopum erogandae in dies augebantur, quibus substinendis cum impares essent scholarum privati institutores, ne fructus qui inde percipiebantur et qui maiores in futurum sperabantur deficerent, Leo Papa XIII, sub initio sui Pontificatus, opportunum esse duxit has scholas in curam S. Sedis assumi, constituto consilio prudentum virorum pro iisdem moderandis, et attributa ad sustinendas pene integras expensas annua pecuniae summa ex pontificio aerario. Ad rem faciunt quae in suppletoria interrogatione retulit Alexander Seganti Prof., videlicet: « che l'Angelo Mai non fu che la continuazione « dell' Archiginnasio della Pace, che in origine era-sussidiato dal Comune, « in seguito dallo Stato Pontificio, come sua dipendenza, fino al 1870 ». Sane hunc post annum, everso civili principatu, hae scholae inter privatas adnumeratae sunt.

Substitutio aerarii Pontificii privatis civibus scholarum institutoribus effecta est quin ullus actus pontificius intercesserit, sed propositum et voluntas, quae tacite inerant, nihil immutandi in natura earumdem quae iure privatarum scholarum regebantur, videntur aliquo modo manifestata fuisse. Refert enim Natalucci Adv. in relatione exarata ab eodem circa petitionem a Professoribus exhibitam pro obtinenda assignatione pensionum (ibi) : « La Santa Sede nel fondare in Roma li tre istituti d'istru-« zione secondaria F. S. De Merode, Angelo Mai, ed Antonio Canova « dichiarò esplicitamente che non intendeva assumere alcun impegno « stabile e che li avrebbe mantenuti fino a quando le sue condizioni « economiche lo avessero permesso. Il Consiglio direttivo, attenendosi « rigorosamente alle istruzioni avute, non ha omesso di farle conoscere « ai singoli professori ed altri addetti degli enunciati Istituti; perciò si « è astenuta dal rilasciare ad essi biglietti di nomina, limitandosi sol-« tanto a darne partecipazione scritta alle Direzioni degli Istituti e comu-« nicazione verbale ai prescelti. Perdurando tuttora le stesse circostanze « e condizioni di cose, vorrà ora la S. Sede assumere impegni positivi « ammettendo la stabilità delle nomine e riconoscendo nei nominati il « diritto al conseguimento della giubilazione? ».

In decreto autem a. 1890, quo certis sub conditionibus Professoribus assignata sunt subsidia, cavetur sub art. 3: « le stesse norme (de subsi-« diis assignandis) saranno osservate nel caso che il professore od impie-« gato fosse costretto di ritirarsi per soppressione o scioglimento dell'lsti-« tuto », et in art. 10: « Le disposizioni contenute nei precedenti articoli « saranno mantenute sino a che le condizioni economiche della S. Sede « lo permetteranno e non potranno in qualsiasi tempo e sotto qualsiasi « pretesto attribuire alcun diritto giuridico a favore delle persone sussi-« diate e costituire alcun vincolo legale a carico del Consiglio Diret-« tivo ».

Quae declarationes, dum ordinatae sunt ad conservandam iis scholis primigeniam naturam privati instituti, tamen non impedierunt quominus hae scholae essent et nuncuparentur *pontificiae*, quippe quas substentabat aerarium pontificium, et S. Sedes sive per Consilium Directivum eisdem praepositum sive per S. Congregationem Studiorum moderata est.

Ast progressu temporis augebantur expensae et multiplicabantur impedimenta opposita ne optatus fructus perciperetur; cum enim omnimode iuvenes afficerentur a civili auctoritate ad publica gymnasia adeunda, difficilior facta est eorum institutio in privatis scholis, et exinde alumnorum numerus minui coepit; quamobrem, omnibus pensatis, Beatis-

simus Pater Pius X, suo Chirographo diei 1 Iunii 1909 dato Praeposito Generali PP. Barnabitarum, supprimendum esse decrevit Institutum « Angelo Mai », haec statuens; « Il dovere di tener conto dell'obolo dei « fedeli per provvedere ai bisogni della Santa Sede mi impone di usare «la possibile economia in tutto che superfluo. Ora poiché l'Istituto «Angelo Mai ed il Ginnasio-Liceo dell'Apollinare hanno un numero « assai limitato di alunni, sono nella necessità di unire in un solo i « due Istituti. La P. V. Revma pertanto avvertirà le famiglie degli allievi « che frequentano l'Angelo Mai che pel venturo anno scolastico sarà « chiuso T Istituto e concentrato per quelli che desiderano approfittarne « nel Seminario dell'Apollinare ».

Exinde Professoribus qui in suppresso Instituto Angelo Mai operam dabant et posthac ab officio cessabant, provisum fuit ipsis assignata pensione respondente annis praestiti servitii, attributa pro singulis annis, quadragesima parte annui stipendii. Haec dispositio pressit vestigia decreti a 1890, vulgo nuncupati - *De pensionibus,* - quamvis hoc abolitum fuerit a 1897, idemque in minori mensura pensionem spoponderit; edicebatur enim in art. 2: « Verrà assegnato un sussidio corrispon- « dente a tante quarantesime parti, diminuite di un quinto, dell'onorario « percepito nell'ultimo biennio quanti sono gli anni del servizio prestato. « Qualora poi non avessero compiuti i dieci anni di servizio, consegui- « ranno per una volta sola una gratificazione corrispondente a tanti « mensili stipendi, diminuiti di un quinto, quanti sono gli anni del ser- « vizio prestato ». Sane, non detracta quinta parte annui stipendii, uti caverai citatus articulus, assignata est in pensionem quadragesima pars integri stipendii pro singulis annis praestiti servitii.

Ast non stipendii partem sed integrum stipendium sibi deberi, sive in pensionem, sive in remunerationem operarum quas rependere non secus ac antea se paratos esse profitentur, contendunt instantes hodierna actione, quae ex commissione Beatissimi Patris apud H. S. Tribunal agitatur et cognoscenda est definitivo iudicio, quaeque proponitur hac rogandi formula legitime concordata, scil.: « *An constet de bono iure instantium exigendi integrum stipendium, non seclusa obligatione eorumdem instantium praestandi suas operas sub antecedentibus conditionibus in casu? »*

In factum controversum haec ulterius adverterunt Domini:

1.° In libello supplici instantiae introductivo actio instaurata est: « contro *a)* l'Amministrazione dei beni della S. Sede; *b)* la S. Congre- « gazione degli Studi; *c)* ed i Revmi Barnabiti ».

Verum cum actum est de concordando dubio ad quem effectum omnes conventi, uti par erat, in ius vocati sunt, procurator PP. ßarnabitarum, nec non S. Congregationis Studiorum procurator, petierunt se iudicio declarari extraneos, in eoque nullam partem habere. Pro definitione quaestionis incidentis decretum fuit a Dño Ponente ut quaestio proponeretur per memoriale in turno diei 14 Apr. 1910, quo die prodiit hoc rescriptum, seu « attento quod PP. Barnabitae in suo memoriali « satis probarunt, se in ius vocari non posse ut obligarentur pensionem « aut integrum stipendium solvere actoribus, quum non ipsi obligarentur, « antequam supprimeretur collegium Angelo Mai, stipendium solvere, « nec obligationem ullam ipsi assumpserant pensionem aut stipendium « solvendi; attento consensu procuratorum aliarum partium, edictum « fuit, revera PP. Barnabitas hodierno iudicio esse et debere uti extra« neos haberi, salvo iudicio de expensis ».

Nihil vero decisum fuit de simili quaestione quoad S. Congregationem Studiorum, quia haec in sua petitione amplius non institit, cum suae petitionis rationes *per memoriale* non explicaverit, prouti decretum fuerat.

2.° Quamvis suppresso virorum consilio antea praeposito hisce scholis, eidem substituta fuerit S. Congregatio Studiorum, nihilominus eiusmodi negotium ei pertinebat non vi proprii ordinarii mandati sed ex commissione Summi Pontificis ; stipendia autem et pensiones rependuotur ab ipso aerario pontificio, quamobrem hoc revera, seu Administratio bonorum S. Sedis in causam vocatur. Proinde officiales omnes sive maiores sive minores S. Congregationis, nonnisi testium partem habent in hoc iudicio cui revera extranea est eadem Congregatio.

Hoc RR. Patres declarare voluerunt ut satisfiat quoque Promotoris Iustitiae instantiae expetentis, ut extra iudicium mittatur haec Sacra Congregatio; cui petitioni actorum procurator consensit.

3.° Praeterea Domini adnotarunt quod quamvis in Chirographo SSmi 1 Iunii 1909 sermo sit « di unire in un solo i due Istituti », tamen revera suppressum est Institutum « Angelo Mai », et Gymnasium Lycaeum ad S. Apollinaris intactum mansit. Hoc uti factum incontroversum asserunt actores et admittunt omnes testes. Quare ea unio habita est quae alterius Instituti fuit *extinctiva,* et hoc denunciat Chirographum, advertens alumnos « che frequentano l'Angelo Mai, che pel «venturo anno scolastico sarà chiuso l'Istituto, e concentrato per quelli « che desiderassero approfittarne nei Seminario dell'Apollinare ». Hoc recognoscunt ipsi actores in libello introductivo : « Avvenuta nel decorso « anno 1909 la chiusura dell' Istituto.... ». Quare habita est suppressio

Instituti cum substitutione alterius Instituti quoad alumnos inscriptos alteri Instituto suppresso.

4.° Demum semel pro semper Domini adnotatum esse voluerunt, nempe in agitatione causae et in hac ipsa sententia sermonem haberi de decreto a. 1890 quo pensiones assignantur, et de pensionibus assignatis vel assignandis tamen S. Sedes, quae professa est se nolle, se non posse obligari erga professores de onere solvendi pensiones, cavit ne incitato decreto pensionis vocabulum usurparetur, sed agitur semper de *subsidiis,* de personis *subsidiandis.* Sane Decretum hanc refert inscriptionem: « Norme alle quali il Consiglio Direttivo degli Istituti Pontifici d'istruzione « secondaria dovrà attenersi nel *sussidiare* i professori ed impiegati di « detti Istituti che, o per età inoltrata, o per altre giuste cause, fossero « inabilitati a proseguire neh" esercizio del loro ufficio ». Quae ratio loquendi significabat et denunciabat Professoribus intentionem S. Sedis eo clarius quo declarationes continebantur in ipso praefato decreto. Hoc enim provocatum fuit a Professoribus qui exhibuerant « un progetto di « Regolamento per la giubilazione ». Professores autem expetierant iubilationem, sin minus pensionem, quia huiusmodi iuris recognitio et concessio aequivalebat recognitae et concessae stabilitati officii. Quare Adv. Natalucci in relatione hac de re exarata notabat: « Perdurando tuttora le « stesse circostanze e condizioni di cose, vorrà orala S. Sede assumere « impegni positivi ammettendo la stabilità delle nomine e riconoscendo « nei nominati il diritto al conseguimento della giubilazione ? »

Cui quaestioni ab ipsis Professoribus propositae S. Sedes respondit negative, nedum per articulos 3 et 10 iam relatos, sed tantum indulgens ut concederentur *subsidia* sed non titulo, non nomine iubilationis aut pensionis.

Quibus in facto adnotatis, pressius accedentes ad iuris quaestionem, Domini examinarunt: 1.° Quaenam esset conditio iuridica harum scholarum. Quae quamvis ab origine erectae non fuerint a S. Sede, tamen a momento quo pontificiae appellatae sunt quia a pontificio aerario alebantur et a S. Sede, una vel alia ratione, dirigebantur, iure merito dicuntur fundatae a S. Sede et in eius proprietate esse tum quoad supellectilem scholasticam tum quoad liberam facultatem easdem quoque supprimendi.

Ast quum *pontificio* nomine glorientur hae scholae, non licet inferre, prouti concludunt actores, has necessàrio fuisse stabiles non secus ac S. Sedes, Christi Ecclesia, quae deficere nequit: « L'ente da cui i Pro- « fessori furono assunti in servizio (legitur in scriptura exhibita ab àcto- « rum procuratoribus), era come abbiamo detto la S. Sede, indefettibile

« nella sua vita non solo, ma anche nel suo modo di esistere. Ente so« vrano e riconosciuto come tale da tutte le nazioni, fornito di un patri« monio proprio e dei mezzi necessari alla fondazione e manutenzione « di una scuola. Onde per questo lato la stabilità dell'impiego dei pro« fessori era tanto assoluta quanto quella degli impiegati governativi, « essendo entrambi dipendenti da enti per natura loro perpetui ed inde« fettibili ». Ast haec conclusio distat longissime a veritate, confundit principia iuris publici, continens fundamentalem errorem. Scholae enim de quibus agitur, docent iuvenes illas humanas disciplinas, illas artes, non comprehensas in Ecclesiae divina missione, perpetua, supernaturali, indeficiente in omne aevum, seu non comprehensas in eius iure publico •constitutivo, ut utamur verbis iuridicis. Hae scholae, uti iam advertimus, iure appellatae sunt pontificiae, at, nihilo secius, recensendae sunt inter scholas *privatas seu paternas*, uti appellatae sunt a Professoribus in relatione data Revmo P. Nespoli Praeposito a. 1904, ita concepta : « L'Istituto " Angelo Mai " sorse dall'unione delle scuole paterne e dal« l'Archiginnasio della Pace. *Le scuole paterne* si fondarono neh' anno « 1870, quando il Governo Italiano tolse ai Gesuiti il Collegio Romano. « Alcuni dei Professori che cominciarono ad insegnare in quell' anno, « insegnano ancora nel nostro Istituto.... Leone XIII, prese a cuore il « nostro Istituto. Fissò 1' annuo assegno per pagare i Professori, la pi«gione, gl'impiegati e per fondare una biblioteca, e un gabinetto». Scholae eiusmodi privatae seu paternae, quamvis una simul pontificiae, penes nos regantur necesse est iure civili italico, quod hodie, everso de facto civili pontificio principatu, viget etiam heic Romae. Habita ratione iuris publici, rem explicat Card. Cavagnis *(Inst. iuris pub. eccl., Vol. III, lib. IV, edit. 4)* examinans ius Ecclesiae circa scholas pro laicis fidelibus fundatas et considerat *(pag. 10)* « 1.° Ius Ecclesiae negativum curandi ne « in eisdem attentetur doctrinae christianae ; 2.° ius positivum promovendi « religiosam culturam in scholis sive laicis sive clericorum ». Hoc autem ius nedum *negativum* sed ipsum *positivum* esse *hypotheticum* in suo exercitio seu accidentale ratione adiunctorum, explicatur a Card. Cavagnis, *loc. cit.* Praeterea *(pag. 49)* quaerit expresse : « An Ecclesiae sit quoque « ius instituendi scholas pro laicis » et ponit principium *(pag. 50) : « semel pro semper adnotamus, curam huiusmodi negotiorum .(nempe* disciplinarum seu scientiarum civilium) *spectare ad civilem potestatem eiusque leges ab ecclesiasticis viris servandas esse.... nempe et clericos subiici vi directivae legum civilium, causa boni publici constitutarum, in iis quae dignitati et officiis sui status non adversantur* ». Unde id consequitur, ubi leges civiles vigent ordinantes haec negotia, quod si Ecclesia, utens

facultate civibus seu personis moralibus concessa sub certis conditionibus scholas instituendi, eiusmodi scholas ad laicos instituendos in humanis disciplinis revera instituat, hae scholae lato sensu propriae dici possunt Ecclesiae, uti explicat *(I. cit., n. 92)* Card. Gavagnis: « *lato sensu scholae propriae habentur, cum propriis impensis instituuntur, sed servatis dispositionibus legum civilium tum quoad materias tum quoad scholasticam disciplinam et qualitates docentium et regentium, ut sunt apud nos scholae privatae sed legibus uniformatae* ». Itaque scholae de quibus quaestio est sunt vere privatae, legibus civilibus regni itàlici uniformatae, nec earum natura et conditio iuridica immutata est quando effectae sunt *propriae* S. Sedis seu Pontificiae: tunc mutatus est institutor sed eadem permansit institutio.

Ex dictis consequi notarunt Domini, quod uti ad rem non faciunt imo nullimode pertinent principia iuris publici invocata ab actoribus, scilicet « la stabilità dell'impiego dei Professori era tanto assoluta quanto « quella degli impiegati governativi, essendo entrambi dipendenti da enti « per natura loro perpetui ed indefettibili »; item ad hodiernam controversiam nullo modo pertinet Constit. « *Quod divina sapientia* » edita a Leone P. XII, qua ordinatur «methodus studiorum cum pietate con« iuncta *in ditione pontificia* ».

Haec Constitutio proinde non comprehenditur in iure pontificio quo universus regitur orbis catholicus, sed lata est pro ordinandis disciplinis quoque civilibus et profanis, prouti expostulabat exercitium civilis principatus quo tunc fruebantur Romani Pontifices in Statu Romano. Congregatio Studiorum instituta est hac Constitutione ut praeesset studiis tum Romae tum in Pontificia ditione. In mandatis habuit art. 5: « *has Constitutiones ac ceteras quae in posterum in lucem prodierint diligentissime servandi* ».

Eversa de facto Pontificia ditione, hae quoque ordinationes corruerunt. Inde factum est ut praefatae scholae, quamvis pontificiae, non reciderint suapte natura sub auctoritate dictae Congregationis, sed serius et quasi in substitutionem Consilii Directivi.... Scholae autem et studia ordinata sunt non a Const. « *Quod divina sapientia* », sed a legibus italicis; id vero curae fuit S. Sedi ut studia profana cum pietate coniungerentur.

2.° Haec considerata sunt quoad *iuridicam conditionem* scholarum. De Professorum *iuridico statu* perpenderunt Domini, admitti non posse actorum assertionem, eos nempe habendos esse in censu officialium stabili modo addictorum S. Sedi. Hinc sibi vindicant quae statuta sunt a Const. « *Sapienti Consilio* » inter normas communes *De stipendiis, n. 5,*

nempe : « Gradus et stipendia sarta tectaque manebunt administris eorum etiam officiorum quae ob novam Romanae Curiae ordinationem aut prorsus desierint aut sint natura penitus immutata ». Ast animadversum est a Dominis, hanc Constitutionem legem ferre *De Curia romana,* seu de *Congregationibus, Tribunalibus* et *Officiis* eamdem Curiam constituentibus et proinde de Officialibus eidem Curiae adscriptis ; sed si percontemur ab actoribus ut dicant an et cuinam Congregationi, Tribunali, Officio addicti sint, nullam responsionem ad rem dare possunt. Sane dependentiam habuerunt in suo munere a S. Congregatione Studiorum ; verum pendere ab aliqua S. Congregatione sive directe sive indirecte, sive ordinario sive extraordinario iure, certe non praestat titulum inscriptionis in Romanam Curiam, adeo ut risum moverent ex. gr. Regulares si contenderent se addictos esse S. Congregationi de Religiosis quia ab eius ditione et nutu in pluribus pendent.

Non inficiati sunt RR. Patres, haberi posse officiales addictos S. Sedi etsi proprie non pertineant ad Curiam Romanam, quales sunt qui in Palatio Pontificio operam dant insignibus operibus extructis, ut ecce Musaeis, tum custodiendis tum amplificandis, aut novis aedificiis extruendis, qui tamen suam conditionem iuridicam non repetunt hodie a Constitutione « *Sapienti Consilio* » sed ab aliis legibus seu decretis sibi propriis. Verum neque in hoc censu reponi possunt actores, quia non habent legem propriam a S. Sede conditam quam sibi vindicent. Siquidem iam probavimus, neque Leonianam Const, « *Quod divina Sapientia* » neque Pianam « *Sapienti Consilio* » proprie ad eos pertinere. Nec iuvat invocare citatum articulum Const. « *Sapienti Consilio* », uti communem et consuetam regulam a S. Sede receptam pro omnibus casibus; nam haec illatio non fluit ex littera legis expresse agente de Curia romana, sed neque ex intentione legis, quia invocata praescriptio pertinet ad dispositiones dictas *transitorias* seu contingentes in executione legis, et hinc nata non est condere normam firmam et stabilem.

Non exinde tamen DD. abiudicare intendunt actoribus, eos nempe habendos esse in numero administrorum S. Sedis, et sane quia militabant stipendiis S. Sedi et dabant operam in scholis pontificiis, isti inserviebant S. Sedi, Eiusque sancto proposito, scilicet instituendi iuvenes profanis disciplinis cum pietate coniunctis. Huc vero revocandum est, has scholas fuisse privatas, civili legi *unifórmalas;* huc revocanda sunt principia iuris publici iam explicata, unde consequitur, Professores uti administros S. Sedis ea iura sibi vindicare posse adversus eamdem quae privatis pactionibus continentur, et sibi stabilitatem officii arrogare

iure merito, si haec in dictis pactionibus sive implicite sive explicite comprehensa sit.

Et in solutionem huius quaestionis animadverterunt RR. Patres, non probare stabilitatem Officii conventam esse, quae asseruit Rmus Praesul a secretis S. Congregationis referens in sua attestatione, de actorum iuridica conditione, « di averla creduta non diversa da quella degli « altri impiegati della S. Sede, i quali senza una mancanza non debbono « essere dimessi ». Porro quicumque admittatur intercessisse contractus inter actores Professores et S. Sedem sive locationis operarum sive mandati sive conventio qualiscumque innominata *do ut facias,* absque dubio mens non erat S. Sedis suos professores dimittere sine causa proportionate gravi. Idem testatus est Henricus Valenti videlicet : « Richiesto di « paragonare la condizione dei Professori con quella degli impiegati della « S. Congr. degli Studi, ha risposto che essi impiegati hanno il rescritto « del SSmo, quantunque ritenga che senza grave motivo i Professori non « avrebbero potuto essere licenziati ». In hunc scopum in contractu inito a S. Congregatione Studiorum cum PP. Barnabitis haec conditio adiecta est, sub. n. 3: « Che debbono ritenersi tutti gli attuali Professori presente- « mente addetti all' Istituto, nè i Barnabiti potranno licenziarne alcuno, « tranne per cattiva condotta, o per insufficiente prestazione dell'opera « loro neh' insegnamento ».

Animadversum est autem a Dominis, nedum in probatis non existere S. Sedem pactam fuisse Professoribus stabilitatem officii, sed quam longissime hoc distare a sua voluntate, a suo proposito, constare omnimode et saepius significasse S. Sedem; prouti declaravit Natalucci in iam relatis verbis. Revera idem Professor recolens merita Professorum in S. Sedem et in ipsam civilem rempublicam, ait rationem habendam esse «dello « scoraggiamento che deve necessariamente nascere in coloro che vi « appartengono dalla *precarietà* del loro impiego ». Et hinc concludit « che il consiglio direttivo debba appoggiare, dentro però ragionevoli « limiti, la domanda da essi promossa al S. Padre » nempe obtinendi iubilationem, sin minus pensionem. - Tunc temporis adeo perspecta erat Professoribus eorum conditio, ut animo hi conciderint ob precarietatem sui officii, et petierint a S. Sede, ut ipsis assignaretur iubilatio aut pensio, si tanto tempore eis contigerit suas operas dare in dictis scholis. Id petebant, non quia diffiderent instantes de S. Sede, sed timebant eventus qui non semel fortiores sunt ipsa hominum voluntate. Refert Natalucci: « L'esperienza dimostra che il governo cerca tutti i modi di avversare « F insegnamento cattolico. Potrebbe dunque avvenire che gli ostacoli « che si vengono tuttodì attuando, rendessero o assolutamente impos-

«. sibile o totalmente difficile la esistenza degli Istituti Pontifici d' Istru-
« zione da doverne consigliare la chiusura. Ed è questo forse il motivo
« principale da cui furono indotti i Professori ad inoltrare la loro domanda
« al 'S. Padre, come risulta anche dalla relazione che accompagna il pro-
« getto da essi esibito ». Quare Natalucci, relator, anceps haerebat et dubius magis animo quam mente, quippe qui volebat consulere suis collegis quin noceret S. Sedi, et subiungit: « Ma conviene purtroppo riflettere che rico-
« noscendo la S. Sede la stabilità dei Professori ed il loro diritto a conse-
« guire la pensione, si potrebbe trovare esposta ad erogare rilevanti
« somme senza alcun vantaggio diretto ed immediato ». Denique consilium dabat *S. Sedi de ineunda via media conciliationis,* videlicet cum deficeret in aerario pontificio summa capitalis unde desumerentur in posterum pensiones « *Il fondo pensioni* », nihilo secius stabilitas officii recognosceretur, sed « al riconoscimento della stabilità dell' impiego ed
« al diritto alla pensione venisse apposta la riserva, *finche le circostanze*
« dei tempi e le condizioni della S. Sede lo permetteranno ». Exinde non satis fiebat omnino votis Professorum sed melior eorum conditio efficiebatur, cum hactenus S. Sedes negasset, se quamcumque stabilem obligationem assumere velle: « che non intendeva assumere alcun impe-
« gno stabile ». Quinam vero fuit exitus tum petitionis Professorum tum consilii Natalucci relatoris ? - Neque unam neque alterum excipere censuit S. Sedes, sed dum nec iubilationis nec pensionum ius recognoscit, spondet *se subsidia praebituram esse Professoribus* sub certis conditionibus et cum expressa conditione posita m art. 10 iam relato, nempe relatas normas « non potranno in qualsiasi tempo o sotto qualsiasi
« pretesto attribuire alcun diritto giuridico (nempe iudiciali actione mu-
« nilum) a favore dellef persone sussidiate ». In art. 3 autem iam relato implicite respuitur quaecumque stabilitas tum scholarum tum officiorum. Ceterum *quia promissio boni viri est obligatio,* et hoc vinculum quoque morale assumere nolebat S. Sedes, hinc quasi secretas servare mandavit has normas, certe easdem numquam formiter voluit denunciare Professoribus. Neque de hoc conqueri hi possunt, nam ipsi petierunt *ex gratia,* S. Sedes censuit se non posse obligari in id quod petebatur, ob infausta rerum adiuncta quae subire necesse erat. Attamen decreto anni 1890 approbantur nonnullae normae « alle quali il Consiglio Direttivo dovrà
« attenersi nel sussidiare i Professori ». Dum S. Sedes subsidia tantum promittit quin se *obligare* intendat, et hinc abstinet a publicamus his normis ne Professores in eisdem nimis fiderent, sane rectius et fidelius se gerere non poterat erga Professores, quos turpiter decepisset, si in eiusmodi rerum adiunctis multa et facile promisisset.

Nihilo secius hodie instantes se deeeptos fuisse conqueruntur quia asserunt se persuasos firmiter fuisse de stabilitate officii, quum eorum officium, suapte natura, stabile esset, et tale fuisse, ipsae suorum Moderatorum promissiones sibi indubitanter persuaserant. Quamobrem sibi non pensionem sed integrum stipendium vindicant, se profitentes paratos suas operas iterum praestare sub anteactis conditionibus.

Actores suam intentionem probare potissimum intendunt per testes qui adducti sunt ut evincatur :

i.° Professores, ignorasse ***decretum,*** ita dictum, de pensionibus, et potissimum art. 3. praevidentem Instituti suppressionem.

2.° Professoribus, cum Institutum concessum fuit PP. Barnabitis, pollicitationes et declarationes factas fuisse, ordinatas etiam ad suadendum eisdem sui officii stabilitatem.

Quoad ***primum*** punctum, testis Ioseph Biroccini Prof., qui partem habuit in redigendo schemate controversi decreti, refert: « Non ricordo « affatto che in quel disegno o progetto si parlasse del caso della chiu« sura dell' Istituto. Il Regolamento non ci fu mai comunicato nel suo « testo, ma Mons. Guidi, Segretario della Congr. degli Studi, venne a « darci la lieta notizia all'Istituto». Idem testatur Ioseph Tuccimei Prof.

Eduardus Persiani Prof, testatus est: « Non mi è stato comunicato «oficialmente, ma però ho inteso che contenesse un articolo relativo « alle pensioni da conferirsi agli insegnanti, qualora però le condizioni « della S. Sede lo permettessero ».

Alexander Seganti Prof, asserit notitiam habuisse Professores de pensionibus decretis, sed excludit notitiam de praefato art. 3. Idem testis, interrogatus in alio examine circa art. 10 iam relatum, reponit: « Che « quando il Prof. Natalucci a me, come Vice-Preside, lesse il Regolamento, « conobbi l'esistenza di un articolo simile, articolo che poi, partecipato «agli altri Professori, mise in dubbio la serietà del Regolamento stesso. « Però il Prof. Natalucci, Vice-Preside del Consiglio Direttivo* che, spe« cialmente delegato per la parte amministrativa, era il Superiore effettivo, « tranquillizzò gli animi, dicendo che si era voluto prevedere anche il « caso in cui il Papa fosse costretto a lasciare Roma ».

Costantini Aloisius Prof, refert : « Ufficialmente no, credo che « privatamente alcuni lo abbiano letto: mi è ignoto l'articolo relativo «alla chiusura». Et prosequitur: « Era presunzione di diritto* e per « l'esperienza era anche presunzione di fatto, che la S. Sede trattasse « con benignità e larghezza i Professori. Poi le cose cambiarono, poiché « sotto il Card. Satolli di fatto fu abrogato il Regolamento delle pen« sioni ».

Rmus Ferri-Mancini, Canonicus Lateranensis, testatus est : « Non fu «mai comunicato a me ufficialmente e neppure privatamente, come mi « sembra, ma credo che privatamente fu comunicato a qualche Profes- « sore, poiché se ne parlava... L'Avv. Natalucci più volte dichiarò che la « Santa Sede era aliena dal dare pubblicità con documenti scritti alle « pensioni, che anzi si asteneva perfino dal comunicare le nomine. « Però tutti erano fiduciosi che in qualche modo si sarebbe loro prov- « veduto ».

Augustus Persichetti Professor testatus est, se artic. 3 ignorasse, subiungens: « Che se avessi avuto conoscenza di tale articolo, avrei prov- « veduto altrimenti ai miei interessi, non potendo accettare una condi- « zione così aleatoria ». Interrogatus vero an haec ignorantia culpae seu negligentiae Professorum attribuenda esset, respondit : « Che egli cono- « sceva l'esistenza di questo regolamento, e, persuaso che fosse ispirato « a giustizia e benevolenza verso i Professori, non si curò di vederlo, « tanto più che si sarebbe dovuto andare a cercarlo presso la Congre- « gazione degli Studi presso la quale era depositato, non essendo stato « messo a disposizione dei Professori, ed anche perchè queste disposi- « zioni relative ai Professori erano così gelosamente riservate che sem- « brava indiscretezza andarle ad investigare ».

Alphonsus Mencacci Prof, respondit : « Che il Regolamento non fu « mai in nessuna maniera comunicato, e i colleghi parlavano dell' esistenza « di un regolamento approvato, e che non avrebbe davvero contenuta «la clausula di chiusura dell'Istituto». Et interrogatus quare ipse et sui collegae minime solliciti fuerint de cognoscendo ipso textu decreti, reponit: « Che essendovi una commissione speciale incaricata per questo « genere di pratiche, viveva fiducioso e tranquillo sulle operazioni della « medesima ».

Quibus ex attestationibus, sequitur:

l.° Neminem ignorasse controversum decretum, plures ex Professoribus ipsum textum perlegisse, imo concludere fas esse, omnes fuisse de re satis edoctos, quia constituta erat « una commissione speciale incari- « cata per questo genere di pratiche », nihilo secius omnes obtestantur, Professoribus fuisse ignotum art. 3, saltem eius sensum non perspexisse.

%° Certe ex negata publicatione et denunciatione decreti quod pene secretum asservabatur apud S. Congregationem, Professores non deduxerunt quod necessario consequebantur, scilicet, ergo S. Sedem noluisse concedere quod ipsi petierant, saltem noluisse se obligatione certa adstringere, proindeque eorum sorti non fuisse congrua securitate consultum ; ex adverso hi adducti sunt ut in spem contra spem crederent, et se habue-

runt riti inamovibiles, stabili officio provisos, vel saltem integra pensione donandos si Institutum defecerit, et innitebantur non conventioni, non certae legi aut decreto, sed praesumptioni, uti ait Costantini : « Era « presunzione di diritto e per l'esperienza era anche presunzione di fatto, « che la S. Sede trattasse con benignità e con larghezza i Professori ». Et confirmat Ferri-Mancini : « Però tutti erano fiduciosi che in qualche « modo si sarebbe loro provveduto ». Quod factum psycologicum sub aliquo aspectu redundat in laudem Professorum et ipsius S. Sedis, sed non praestat fundamentum actionis iuridicae.

3.° Repetitae sunt Professoribus declarationes significantes mentem S. Sedis anno 1904, uti recolit P. Nespoli qui in sua attestatione retulit: « I « Professori dicevano sempre di aver diritto a pensione, cosa che nega- « rono e negano *Y* Emo Card. Satolli Prefetto degli Studi ed il Segretario « Mons. Dandini ». Revera in actis extat epistola quam P. Nespoli dat a. 1904, mense Octobri, Cardinali Praefecto Studiorum, aiens : « Quando « la S. Congñe degli Studi cedeva ai Barnabiti *Y* Istituto *Angelo Mai*, « tra le altre cose domandava al Rmo Mons. Dandini se i professori ad « esso appartenenti avevano diritto a pensione. Il Rmo Monsignore « rispose senza esitare : " No, non hanno diritto ". Ora i professori avendo « ciò appreso, sono in una vera e continua agitazione e concordi affer- « mano il diritto alla pensione. In prova adducono le ragioni che l'È. V. « è pregata di leggere nel *pro-memoria* a me presentato e che compiego « con questa mia ». In hoc libello, cuius partem iam retulimus, recolunt instantes historiam decreti nuncupati de pensionibus, et asserunt : « Il « rescritto è andato in vigore perchè molti sono i professori e gli impie- « gati e le loro famiglie che godono le pensioni. Non è vero che il « rescritto è stato abrogato, che se pure lo fosse, l'abrogazione potrebbe « danneggiare i nuovi Professori che ora assumono l'insegnamento, non « coloro che insegnavano nel 1890, e neppure quelli che entrarono dopo « il rescritto o che accettarono il posto sapendone e conoscendone le « condizioni favorevoli ». Nihilominus referuntur facta negatae pensionis et obtentae, post multas instantias, *ex gratia:* hinc querelae, haesitationes, dubia. - Die 28 Nov. 1894, S. Congregatio respondit et litteris et libello, atque facta mentione Institutorum *Angelo Mai* et *De Merode* tempore fundationis, et benevolentiae qua eos affecit Leo XIII f. r., ait : « Tra gli atti di benevolenza deve annoverarsi il desiderio di accordare « loro una pensione per provvedere al loro avvenire. A tale scopo fu « redatto un regolamento, ma con l'esplicita dichiarazione che con esso « non s'intendeva imporre verun obbligo alla S. Sede ». Et refertur ex integro art. 10 Decreti. - Subiungitur : « In seguito a questo, due soli

« professori ebbero la sorte di godere dell'accordato beneficio, ma poco « dopo, le condizioni economiche della Santa Sede essendosi aggravate « per sopraggiunti disastri, lo stesso Pontefice non si trovò più in grado « di proseguire a largheggiare in beneficenze come avrebbe voluto, e le « recenti ristrettezze lo indussero a venire nella determinazione di ces- « sare dal concedere ulteriori, pensioni, che anzi neh" udienza del Giu- « gno 1897 ordinò di mettere tosto in esecuzione tale determinazione ». Haec denunciai S. Congregatio quoad anteacta tempora; quoad futura, considerans libellum Professorum quasi *novam petitionem,* reponit : « Il « non esserci fondi stanziati per dare pensioni ai professori, il non « avere questi fatto mai alcun rilascio allo scopo, e il non trovarsi la « Santa Sede in condizioni di secondare il loro desiderio, sono motivi che « inducono questa S. Congregazione a non esporre *la domanda dei Pro- « fessori ad una nuova e certa negativa.* Non resta dunque che sperare « in tempi migliori ». Nullo pacto admitti potest, hanc responsionem efnagitatam, instantissime a Professoribus expetitam, a Patre Nespoli pro- vocatane non fuisse illico eisdem denuntiatam, ut cognoscerent rerum statum et sibi prospicerent : attamen nulla habetur replicatio, nulla ad- mirationis aut deceptionis significatio: Professores acquiescunt, idem perseverat rerum conditio, eademque perseverat fides, securitas animo- rum in benignissimam S. Sedis voluntatem. Et reapse, quod in votis, quod in pollicitationibus, in communi persuasione fuit, paulo post con- tigit, seu S. Sedes suis Professoribus, etiam suppresso « Angelo Mai », non defuit, et in largiori mensura concessit subsidia quam in abolito decreto a. 1890 sponderentur.

Quoad *alterum* punctum, nempe promissam stabilitatem officii,te- stis Ioseph Biroccini Prof. retulit: « Quando si fondò l'Istituto Angelo « Mai alla dipendenza della S. C. degli Studi, allora entrarono anche « nuovi professori, oltre quelli che avevano insegnato nelle scuole pa- « terne e nell'Archiginnasio alla Pace (soppressi) e questi nuovi profes- « sori (a quanto essi mi dissero) ebbero assicurazioni che l'impiego « sarebbe stato stabile e che se non sarebbero stati pagati come dal «Ministero dell'Istruzione Pubblica, nondimeno avevano la stabilità « della dimora in Roma, e non sarebbero mai stati abbandonati dalla « S. Sede ». Testis subiunxit: « Quando noi per la chiusura dell'Istituto « andammo da Mons. Dandini, questi non solo ci fece vedere e leggere « il contratto interceduto fra la S. C. degli Studi ed i PP. Barnabiti, ma « aggiunse che. noi non dovevamo perdere nulla, e che in forza di quel « contratto avevamo diritto all'intiero stipendio ». In quam attestationem adverterunt Domini, testem referre *de relatu* nonnullorum Professorum

et quonam tempore haec didicerit non referre. Ceterum hi Professores qui, praeter omnem consuetudinem et usum, nominati sunt absque litteris *nominationis* (non secus ac alii), certe percontati sunt a Prof. Natalucci, vel ab alio cuius erat explicare mentem S. Sedis panditam Consilio Scholarum Directivo, quid sibi vellet haec extraordinaria ratio procedendi. Ipse autem Natalucci nobis auctor est in sua relatione: « II « Consiglio Direttivo attenendosi rigorosamente alle istruzioni ricevute, « non ha omesso di farle conoscere ai singoli professori ed altri addetti « degli enunciati Istituti (De Merode - Angelo Mai - Antonio Canova), « e perciò si è astenuto dal rilasciare ad essi biglietti di nomina, limi- « tandosi soltanto a darne partecipazione scritta alle direzioni degli Isti- « tuti e comunicazione verbale ai prescelti ». Quare si in facto sive Natalucci sive alius diversimode se gesserit et ea promiserit quae S. Sedes nullimode concedere intendebat, prodidisset suum officium, sed S. Sedem obligare non valuisset. Quia vero nulla adest solida ratio impingendi hanc culpam prudentissimis viris, verisimile est et coniicere licet, ipsos suasisse Professoribus, S. Sedem eos non esse derelicturam nisi extrema necessitate adacta foret (quod remotissimum erat): Professores autem fuisse allectos "potissimum ex facto quod ipsis numquam romanum domicilium defuisset; quod quanti sit romano civi nemo est qui nesciat. - Equidem si gubernio italico dedissent operas suas, dum admodum severiori disciplinae se subiicissent, probe sciebant ipsis emigrandum esse ab Urbe, et forsan eö longius iussi fuissent abire, quo eorum amor et studium arctius adhaerebat veteri, aeternae Urbi. Romani iurisconsulti dixerunt haberi domicilium ubi quis « *harem perpetuum rerumque ac fortunarum suarum summam constituit* » (ex *I. 7. Cod. De incolis).* Porro iactura domicilii in cive romano ñon compénsatur quingentis vel nongentis libellis annuis. Et hoc adverterunt Domini, non ut detraherent fidei et amori instantium in S. Sedem, sed ut responderent argumento deducto ex damnis oeconomicis quae iidem subierunt. Siquidem in tota hac causa habetur mirum factum. S. Sedes, sua ratione agendi, suis expressis declarationibus, videtur quasi deterrere professores; at hi alacrius adhaerent scholis pontificiis: et in hoc habetur *quid humani,* seu praeter praesentem rerum conditionem non certe iniucundam qua fruebantur, aderat firma, solidissima spes, S. Sedem eos non esse derelicturam.

Ceteri testes, Tuccimëi, Persiani, Seganti, Persichetti, Mencacci, asseverant, certam persuasionem omnes habuisse de stabilitate officii, quae parumper vacillavi! quum PP. Barnabitis scholae commissae sunt; omnem vero dubitationem sustuluisse, et Cardinalem Praefectum Sacrae Congregationis, et Praesulem a secretis eiusdem Congr.

Discordât aliquantisper attestatio Aloisii Costantini qui retulit: « I timori circa la stabile posizione datano dal nuovo regime che s'inau- « gurò nel 1898-1900; allora fu sciolto il Consiglio Direttivo ed i Pro- « fessori restarono senza difesa ». Quamvis et haec attestatio non satis concordet cum factis certo documento probatis; scilicet iam a. 1888-89, Professores erant admodum solliciti de sua sorte precaria, cui ut consuleretur, efflagitarunt decretum edi de iubilatione et pensionibus.

Cum Professores maximam vim reponant in declarationibus et pollicitationibus Card. Satolli, quasi hic stabilitatem officii collocaverit extra quamcumque dubitationem, examinata est a Dominis attestatio Caroli Santucci, Comitis, Adv. ita concepta: « Quando l'Angelo Mai era per pas- « sare ai Barnabiti, vennero da me due professori uno dei quali mi pare « fosse il Prof. Biroccini, manifestandomi le loro gravi preoccupazioni « circa la loro sorte e chiedendomi di volermi recare dall'Emo Card. Sa- « tolli. Mi recai di fatto dall'Emo il quale appena io gli ebbi esposto di « che si trattava mi rispose: " Dica a questi signori, *trepidaverunt Umore « ubi non erat Umor* ", ciò che nel seguito della mia conversazione ebbe « per me il significato che si fosse già pensato a salvaguardare equa- « mente l'interesse degli antichi professori. Però l'Emo non credè di « scendere a particolari e così io non potei riportare ai professori che « l'assicurazione generica avuta con quelle parole le quali, secondo me, « dovevano bastare a tranquillizzarli ».

Adverterunt Domini, promissiones ac declarationes factas ab Emo Praefecto fuisse vehementer spontaneas, affectuosas et quasi amanter reprehensivas, quia a S. Congregatione in *art.* ***3*** conventionis, qua Scholae Barnabitis commendabantur, iam cautum fuerat: « debbano ritenersi tutti « gli attuali professori ; nè i Barnabiti potranno licenziarne alcuno tranne « per cattiva condotta », etc.

Verum in conventione, dum ex una parte statuitur quod Congregatio « affida e perpetuamente consegna e trasmette alla Congregazione « dei Barnabiti il pontificio Istituto Angelo Mai », ex alia in *art. 4* non excluditur casus « che per qualsiasi motivo l'Istituto cessasse o venisse « chiuso »; nihil véro statuitur de sorte Professorum quum provideatur de supellectili scholastica, et hoc quia de Professoribus nihil innovari volebat. Hac de causa Emus Praefectus « non credè di scendere a par- « ticolari.... non potei (testis) riportare che l'assicurazione generica ».

Ipsae instantiae Professorum non eo spectabant ut novum rerum statum sibi impetrarent sed ut nihil innovaretur. Narrant hi in supplici libello dato eidem Congregationi Studiorum annum 1904, et iam citato: « Nel 1902 la Congregazione fece la nota cessione.... i Professori si agita-

« rono e per mezzo del Conte Santucci e di una loro commissione com-
« posta di Seganti, Rocchi, Tuccimei e Biroccini, sollecitarono dall'Emo
« Card. Satolli un' assicurazione di loro sorte e n' ebbero in risposta che
« avevano ,avuto torto di temere perchè non avrebbero perduto nulla ».
Prosequuntur narrantes facta non respondisse promissis obtentis non de stabilitate officii sed ne deterior eorum conditio fieret: « I fatti non
« hanno corrisposto alle promesse. Vi sono stati danni per tutti ed altri
« individuali. Tutti hanno perduta la speranza di promozione. Difatti è
« vacata la Cattedra d'italiano nel Liceo, e al posto di Mons. Ferri-Mancini
« è stato nominato il Revmo P. Ghignoni. Si sono perdute le gratifica-
« zioni.... Ma quello che ha accresciuto il turbamento è il fatto della
« famiglia Reggiani. Morto quel rispettabile vecchio, la figlia nubile e
« impotente per la malferma salute a guadagnarsi il pane, non ha potuto
« ottenere la pensione ».

Praeterea testes fere omnes vocant in causam etiam Praesulem Dandini, Secretarium S. Congregationis, a quo aiunt factas fuisse Professoribus declarationes et promissiones non minus clare asserentes officii stabilitatem. Audiatur Testis Pater Vitale inductus iussu H. S. O.: hic postquam explicaverit Patres, inita iam conventione, obtinuisse a Sacra Congregatione facultatem substituendi Patrem Barnabitam Professori Linguae Italicae (prouti factum est), refert: « mai nella stipulazione
« del contratto e dopo fu parlato dell'amovibilità dei Professori, ritenen-
« dosi assolutamente e dalla Congregazione degli Studi e da noi, che i
« Professori dovessero in perpetuo insegnare. In secondo luogo... il Re-
« verendo Mons. Dandini ripetette a me più volte che, come la S. Sede
« non avrebbe mai potuto licenziare senza gravi ragioni di demeriti i
« suddetti Professori, così ancora noi Barnabiti dovevamo assolutamente
« rispettarli ».

Ast hae declarationes non minus ac illae redditae a Card. Satolli visae sunt Dominis nullum negotium facessere, quippe quae se referebant ad initam conventionem, vi cuius PP. Barnabitae in dimittendis Professoribus nullam potestatem sibi attribuere poterant, quam ipsa S. Sedes non habuisset, seu dimittendi Professorem absque causa proportionate gravi. Aliae vero declarationes quae asseruntur datae a Praesule Secretario post factam Instituti suppressionem, eidem obiectae sunt in examine iudiciali, at ipse reposuit « di aver detto che la S. Congrega-
« zione era estrànea ai fatto totalmente ».

Re sane vera, notarunt RR. Patres, tum Praefectus S. Congregationis, tum Praesul a Secretis, etsi voluissent, potuissentne obligare Sanctam Sedem ? Sacra Congregatio fuit extranea et facto suppressionis et

scholarum institutioni, et hinc declarata est hodierno iudicio extranea. Quare si controversae declarationes et promissiones datae fuissent, hae habent vim moralem qua tenentur promittentes, non vim, non actionem iuridicam qua adstringatur S. Sedes. *p*

Nihilominus probe recognoverunt Patres, eiusmodi declarationes maximi factas fuisse ab actoribus quia prödibant ab iis viris quarum erat significare et manifestare mentem S. Sedis, eiusque decreta et voluntatem exequi. Hanc provinciam non egressas esse obiectas declarationes et promissiones censuerunt Domini extitisse locuienter probatum; at denuo adnotare non praetermiserunt quae retulit Praesul a Secretis S. Congregationis Studiorum, Revmus Dandini, in litteris die 29 Augusti 1907 datis Revrho Bressan, Capellano Secreto SSmi Patris, dum iam agebatur de supprimendo Instituto: « Parecchi anni dopo l'ufficiale abo- « lizione delle pensioni i due Istituti furono affidati a due distinti Ordini « Religiosi per una somma convenuta, e nell'atto di trasmissione il per- « sonale che fu riconosciuto esuberante e non trovava posto nella nuova « sistemazione fu ringraziato, accordando a ciascuno una gratificazione **r«** per una sola volta; e sembrò che tutto fosse passato in *re iudicata* ». Documenta exhibita probant hac ratione fuisse dimissos aliquos officiales, utique non professores; ast omnes et singulos addictos hisce Institutis iam recognitum est a Dominis, esse in numero *administratorum S. Sedis habendos.* Sed ex relatis verbis Revmi'Dandini id concludere directe voluerunt Domini, nempe eius declarationes factas ante et post Instituti suppressionem non posse praesumi aliquid significasse aut intendisse contrarium menti S. Sedis et initis conventionibus quas ipse perspecte cognoscebat et applicabat.

Postremo loco Domini examinarunt argumentum deductum a iure communi romano, vi cuius instantes contendunt perpetuitatem inesse Officio Professorum etsi hanc recognoscere renuisset aut non intendisset S. Sedes; plus enim in hisce negotiis *est in veritate quam in aestimatione,* iuxta iuris effatum.

Invocatur autem praescriptio legis 38 ff. *locati conducti:* « Qui operas « suas locavit, totius temporis mercedem accipere debet si per eum non « stetit quominus operas praestet ». Adversa pars libenter admittit in themate agi de locatione operarum; sed excipit legem-ad rem non facere* quia nulla adfuit temporis praefinitio, cum S. Sedes declaraverit se erga professores nolle assumere ullam stabilem obligationem Seu ad certum tempus duraturam. Legem Invocatam ' ita commentatur D'Annibale *(II» n. 494):* «Inita locatione non licet ante definitum tempus neque lo- « catori a locatione discedere neque conduetori locatorem dimittere

«*nisi ex iustissima eausa,* alias locator mercedes praeteriti quoque tem- « poris amittit, conductor futuri quoque praestabit ». Quamobrem etsi actoribus contigisset probare sui officii stabilitatem, tamen ulterius probare debuissent non adesse illam *iustissimam causam,* eam nempe in Chirographo Pontificio invocatam, ex qua licet resilire a pactis, a conventione. - Quum vero in themate probata non sit officii stabilitas, imo huiusmodi obligationem erga professores se nolle assumere non semel et expressis verbis significaverit S. Sedes, exinde eidem licuit, ex iuxta causa, Professores dimittere. In chirograho *1 Iunii 1909* decernitur suppressio Instituti *Angelo Mai,* invocatis rationibus oeconomicis, et revera S. Sedes iam declaravit ab initio, se conservaturam esse scholas quousque id paterentur eius vires oeconomicae: en iusta causa suppressionis Professoribus saepies et multimodis denunciata. Resolvi autem legitime, hac ratione, contractum locationis operarum quando tempus non est definitum , fluit ex *cit. leg. 38 ff. locati conducti :* docent unanimi sententia canonistae, uti Reiffenstuel, *De locato et conducto n. 90;* Schmalzgrueber, *h. t. n. 72 seq.;* S. Alphonsus, *Theolog. Moral., Lib. III, n. 864;* item iurisconsulti Arndts-Serafini Pandette, *Par. 310 seq.;* Serafini, *Inst. diritto Rom. Par. 137;* Warnkoenig, *Comm. Iuris Rom. Priv. tom. 2 lib. III, cap. I, n. 615;* Pacifici-Mazzoni, *Trott, delle Locaz.* n. 268, *2ª edit. Firenze;* Laurent, *Principi di diritto civ. Delia Locaz. dell'Opera. Vol. XXV, Par. III, N. 507 seq. (Milano, Società edit).* Hic iurisconsultus late tradit iurisprudentiam tribunalium Galliae et docet hanc non esse uniformem sed eamdem favere resolutioni huius contractus quando tempus non est definitum et maxime in officiis publicis seu ad rempublicam pertinentibus: et in hoc accedit doctrinae Card. De Luca, (Disc. XX, n. 3 *De Regalibus).* Indemnitas autem data a conductore locatori tenet locum iustae causae, uti explicat etiam per iurisprudentiam iste Doctor *loc. cit.* In casu nostro S. Sedes prospexit quoque Professorum indemnitati, dum suppresso Instituto eisdem concessit subsidia quae decreto a. 1890 determinata fuerant, imo in largiori mensura uti explicatum est, et quamvis idem decretum a. 1897 revocatum fuerit. Quare S. Sedes nedum iustitiae sed aequitati et caritati undequaque satisfecit.

Postremo loco Domini considerarunt etiam quaestionem an hodierna actione agatur de locatione *operarum* vel potius de *mandato* vel de contractu *innominato:* controvertitur enim apud iurisconsultos (uti videre est apud Pacifici-Mazzoni, *Op. cit., Delle locazioni,* et Laurent., *Op. cit. Vol. XXVII, Del Mandato, cap. 1),* utrum professores dicendi sint operas locare non secus ac opifices, vel melius ex mandato operas impendere. Censuerunt autem RR. Patres, haberi reapse *operarum locationem,* quia

operarum nomine veniunt tum operae intellectuales tum fabriles seu labores opificum ,• et ita indiscriminatim considerat Card. De Luca, *De locato et conduci, in Summa N. 37.* Mandatum vero non intelligitur, si qui operas alteri locat non agit nomine eius quem repraesentat seu mandatarii.

Siquidem in mandato habetur operarum locatio, sed specifica qualitas mandati habetur in eo quod mandatarius agit nomine mandantis, uti bene perpendit Laurent, *loc. cit.* et hoc non praestant professores qui suo nomine docent iuvenes certas disciplinas, quamvis ex commissione vel ex iussu alterius qui mercedem seu salarium rependere debet. Ex mandato magis quam ex locatione operas dare professores nonnulli censuerunt, quia mandatum est contractus gratuitus non secumferens *salarium* conventum sed *honorarium,* et hoc magis convenire professoribus, qui operas praestant nullo pretio aestimabiles. Nobilissimus conceptus sed non iuridicus ob allatas rationes ; quamvis et penes nos merces quae rependitur professoribus honorarium appellari soleat, sed non in sensu iurisprudentiae romanae, non in executionem mandati, suapte natura, gratuiti. Qui contractus aliunde multo minus faveret Professoribus quia multo faciliorem admittit resolutionem: uti explicat Laurent, *i. cit.* cum communi.

Quamobrem concluserunt Domini, Professores certe non fuisse deceptus a S. Sede; quod si nihilominus se ipsos deceperunt, succurrit *regula iuris 86 in 6: Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare.* Neque arguere licet, culpae professoribus tribui fidem, confidentiam invicte habitam in S. Sedem, in eius maternam benignitatem, nam S. Sedes, uti felicissimis verbis usus est Beatissimus Pater in suo Chirographo, eleemosinas fidelium dispensat, administrat, et innumeris praemitur necessitatibus; quare Ei non fas est, pietatis, benignitatis, munificentiae nomine dare id quod exinde aliis subtrahitur quibus ipsa debitrix est: haec est hodierna S. Sedis conditio, dura sed vera, aliena, a suo proposito, a sua caritate, ab historia anteacti temporis; sed haec est matris Ecclesiae, heic Romae, hodierna conditio.

Quibus omnibus sedulo perpensis et consideratis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus « *Non constare de iure instantium exigendi integrum stipendium in casu* », seu proposito dubio respondemus : « *Negative* seu *non constare* ».

Statuimus autem et decernimus, expensas haberi compensatas inter partes, exceptis expensis factis a PP. Barnabitis occasione quaestionis

incidentis definitae die 14 Aprilis 1910, quas expensas reficere debent actores.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et Ministris Tribunalium ad quos spectat ut executioni mandent hanc nostram sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam SS. Canonum et praesertim *cap. S, sess. XXV, de Reform.* Concilii Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 25 Iulii 1911.

M. Lega *Decanus, Ponens.*
Fridericus Cattani.
Antonius Perathoner.

L. S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

NOMINA.

7 Ottobre 1911. — Con biglietto del Cardinale Prefetto della Sacra Congregazione dei Riti Mons. Aristide Gasparri è stato nominato Aiutante di studio nella medesima Congregazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE.

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di nominare:

Prelato Domestico.

15 Settembre 1911. — Il Rev. Can. Arturo Poggioli, Primicerio di S. Petronio a Bologna.

ONORIFICENZE.

Il Santo Padre, con biglietto e con breve della Segreteria di Stato, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno:

27 Settembre 1911. — Al Sig. Architetto Agostino Chomel, di Lione.

Il Cavalierato dell''Ordine di S. Silvestro Papa :

30 Settembre 1911. — Al Sig. Francesco Rissing, di Menden nella diocesi di Paderborna.

NECROLOGIO

17 Settembre 1911. — Mons. Amando Olier, dei Maristi, Vescovo titolare di Tipasa, Vicario Apostolico dell'Oceania centrale.

1 Ottobre. — Mons. Camillo Sorgente, Arcivescovo di Cosenza.

— Mons. Mauro Nardi de' Minori Cappuccini, Vescovo di Tebe.

10 Ottóbre. — Mons. Tommaso Costa y Fornaguera, Arcivescovo di Tarragona.

9 Ottóbre. — Barone Atanasio de Charette de la Contrie, Colonnello del Reggimento dei Zuavi Pontificii e Generale di Brigata nell'Esercito Francese, Cavaliere della Milizia Aurata o Speron d'oro, ecc.

Annus III. - Vol. III. Die 10 Novembris 1911. Num. 15.

ACTAIJWOIJCAEIEIÌ

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

CONSTITVTIO APOSTOLICA

DE NOVA ECCLESIASTICAE HIERARCHIAE IN ANGLIA ORDINATIONE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si qua est in universo orbe christiano ecclesia, quae peculiarem Apostolicae Sedis curam providentiamque mereatur, ea sane est Anglorum ecclesia; quam quidem a Sancto Eleutherio felicibus apud Britannos initiis adauctam ac deinde a Gregorio magno per apostolicos viros felicius constabilitam innumerabiles prope filii deinceps nobilitarunt vel vitae sanctimonia illustres, vel fortiter oppetita pro Christo morte praeclarissimi. Id Nos Nobiscum animo reputantes, qui sane non minus benevolentiae studium erga Anglorum ecclesiam fovemus, ecclesiasticam ibi hierarchiam, quae hodie, postquam restituta est, una tantum provincia continetur, melius componere statuimus atque illa addere quae in magnum animarum bonum reique catholicae incrementum facile cederent, nempe duas novas ecclesiasticas provincias constituere decrevimus.

Hisce itaque Nostris litteris novas ecclesiasticas provincias *Birmingamiensem* et *Liv er solitariam* constituimus. Tres

propterea in posterum ecclesiasticae provinciae in Anglia erant: *Westmonasteriensis,* cui sufïragabuntur ecclesiae Northanthoniensis, Nottinghamensis, Portusmuthensis et Southwarcensis, prout antea; *Birmingamiensis,* cui suffraganeae erunt ecclesiae Cliftoniensis, Menevensis, Neoportensis, Plymutensis et Salopiensis; *Liverpolitana* denique, quae suffraganeas habebit ecclesias Hagulstaelensem - Novocastrensem, Loidensem, Medioburgensem et Salfordensem. Insuper Archiepiscopo *Westmonasteriensi* pro tempore exsistenti novae quaedam accèdent ad regiminis actionisque unitatem servandam praerogativae quae tribus hisce capitibus continentur, nempe: 1.° Praeses ipse erit perpetuus collationum episcopalium totius Angliae et Cambriae; ob eamque rem ipsius erit conventus indicere eisque praeesse iuxta normas in Italia et alibi vigentes; 2.° Primo gaudebit loco super aliis duobus Archiepiscopis nec non pallii et cathedrae usu atque praeferendae crucis privilegio in universa Anglia et Cambria; 8.° denique totius Ordinis Episcoporum Angliae et Cambriae regionis personam ipse geret coram suprema civili potestate, semper tamen auditis omnibus Episcopis quorum maioris partis sententias sequi debet. *Birmingamiensis* autem et *Liverpolitanus* Archiepiscopi iisdem prorsus gaudebunt privilegiis et iuribus, quibus in catholica ecclesia coeteri Metropolitam pollent. Speciali autem ex gratia atque in maioris Nostrae benevolentiae signum benigne indulgemus, ut his ipsis Nostris litteris, quibus novae provinciae eriguntur, Revmi Eduardus Ilsley hucusque Birmingamiensis Episcopus et Thomas Whiteside hactenus Liverpolitanus Episcopus earumdem sedium ad metropoliticum ius evectarum Archiepiscopi sint absque alia ulla Apostolicarum litterarum expeditione. Ad horum omnium autem executionem Emum Pranciscum Bourne, hodie Archiepiscopum Westmonasteriensem, deputamus, qui adimpleti mandati sui postea testimonium et exemplar ad Sacram Congregationem Consistorialem transmittet.

Porro in hac nova Angliae dioecesum constitutione quaedam alia pro opportunitate, seu prout experientia animarumque bonum suggesserit, ulterius statuenda Nobis reservavimus. Sed quae hisce litteris in praesens statuuntur, satis valere nunc ad rei catholicae in Anglia utilitatem atque incrementum censemus, bona spe confisi fore, ut quod heic humano peragitur ministerio, Deus Omnipotens perficiat ac solidet; atque inde fiat", ut in Anglia nobilissima sanctorum altrice vetera sanctitatis exempla felicius instaurentur.

Haec vero edicimus et sancimus, decernentes has Nostras litteras validas et efficaces semper esse ac fore, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis generalibus et specialibus, ceterisve quibusvis in contrarium facientibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo undecimo, v Kalendas novembres, Pontificatus Nostri anno nono.

A. CARD. AGLIARDÍ
S. B. E. Cancellarius.

C. CARD. DE LAI
S. C. Consistorialis Secretarius.

VISA

Loco ^ Plumbi.

M. RIGGT C. A., *Not.*

Reg. in Cane. Ap. N. 570.

I.

MOTU PROPRIO

DE TRAHENTIBUS CLERICOS AD TRIBUNALIA IUDICUM LAICORUM.

Quantavis diligentia adhibeatur in condendis legibus, saepe non licet dubitationem praecaveri omnem, quae deinceps ex earum callida interpretatione queat exsistere. Aliquando autem iurisperitorum, qui ad rimandam naturam vimque legis accesserint, tam diversae inter se sunt sententiae, ut quid sit lege constitutum, non aliter constare, nisi per authenticam declarationem, possit.

Id quod videmus contigisse, postquam Constitutio *Apostolicae Sedis* promulgata est, qua Censurae latae sententiae limitantur. Etenim inter scriptores, qui in *eam* Constitutionem commentaria confecerunt, magna orta est de ipsius Capite VII controversia; utrum verbo *Cogentes* legislatores personaeque publicae tantummodo, an etiam homines privati significentur, qui iudicem laicum, ad eum provocando actionemve instituendo, cogant, ut ad suum tribunal clericum trahat.

Quid valeret quidem hoc Caput, semel atque iterum Congregatio Sancti Officii declaravit. — Nunc vero in hac temporum iniquitate, cum ecclesiasticae immunitatis adeo nulla solet haberi ratio, ut non modo Clerici et Presbyteri, sed Episcopi etiam ipsique S. R. E. Cardinales in iudicium laicorum deducantur, omnino res postulat a Nobis, ut quos a tam sacrilego facinore non deterret culpae gravitas, eosdem poenae severitate in officio contineamus. Itaque hoc Nos Motu Proprio statuimus atque edicimus: quicumque privatorum, laici sacrive ordinis, mares feminae ve, personas quasvis ecclesiasticas, sive in criminali causa sive in civili, nullo potestatis ecclesiasticae permissu, ad tribunal laicorum vocent, ibique adesse publice compellant, eos etiam omnes in Excommunicationem latae sententiae speciali modo Romano Pontifici reservatam incurrere.

Quod autem his litteris sancitum est, firmum ratumque esse volumus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die ix mensis Octobris MCMXI, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

IL

MOTU PROPRIO

DE NONNULLIS IN ORDINE FRATRUM MINORUM SERVANDIS CIRCA CURIAM GENERALEM, ELECTIONES ET PRIVILEGIA PERSONALIA.

Quo magis incolumis fiat unio quatuor Familiarum Minoriticarum, quae pari omnino iure parique minori tico titulo, sive Regularis sive Strictions Observantiae S. Francisci, unum mo-

rale Corpus constituebant, et quo facilius augescat opus feliciter absolutum a Leone XIII, piae recordationis, necessarium duximus prorsus eliminare quamdam permanentem semperque graviorem discordiae et mutuae diffidentiae causam, productam e *fusione* multarum Provinciarum Fratrum Minorum, inclinationes, usus et consuetudines diversas habentium, iuxta differentem ex-familiam, ad quam pertinebant, restituendo familiis antiquarum Provinciarum, quae super hoc Nos instantissime effiagitarunt, et quae ob auctum sacerdotum numerum et ob alias causas poterant de novo constitui, ipsarum autonomiam, servata tamen perfecta unione Constitutionum et Regiminis, praescripta a Leone XIII, et hoc fine prae oculis habito, ut praefatae Provinciae differentia haberent territoria et non *commista*, exceptione facta pro nonnullis magnis civitatibus relate ad aliquas Provincias.

Quibus adhibitis mediis, *revixit* promissio facta et usque ab initio iterata ex parte Superiorum, qui promoverunt unionem; quo vocabulo significare volebant, non fusionem, nec destructionem Provinciarum, sed plenam legislationis et regiminis unitatem, efformando unam dumtaxat magnam Minoriticam Familiam, perfecte unitam. Fusio illa Provinciarum ex parte Superiorum Maiorum, bona fide facta fuit; verum finis per se nobilis, quem prae oculis habuerant, in praxi id effecit, ut multorum animi magis seiungerentur : idcirco temerarie et iniuste reprobarentur, tum vivum desiderium, tum humiles preces, quas Apostolicae Sedi porrexerunt plures religiosi, non exceptis etiam iis dignioribus ob singularem virtutem, scientiam et auctoritatem, ut intra unionem recuperaretur antiqua autonomia quoad respectivas ipsorum Provincias, atque ita de medio tolleretur pomum discordiarum, quae, praecipue in Italia, fiebant gravissimum, imo et imminens periculum completae ruinae unionis sanctissimae, factae per constitutionem *Felicitate quadam.*

Sublata hoc modo praecipua dissensionum causa, nunc, omnis cura est adhibenda, ut in hac magna Minoritica Familia,

quam constanti amore prosequuti fuimus et prosequimur, gubernium generale, provinciale et locale totius Ordinis facilius, efficacius et salutarius reddatur, et insuper, ut in omnibus Generalibus Comitiis, quando, sexto quovis anno, iuxta Constitutionum praescriptum, simul conveniunt quotquot gaudent iure suffragii in Capitulis Generalibus, semper fiant electiones Ministri Generalis et Definitorii Generalis, cum non dissimili temporis duratione. Sed quoniam, ut experientia docet, nimius Consiliariorum numerus recto regimini magis nocet, quam prodest; necesse est, ut restringatur numerus Religiosorum, fruentium iure adsistendi coetibus definitorialibus. Expedit insuper, ut Ordo agnoscat, quinam de iure vices gerere debeat, Ministri Generalis aut Provincialis, Sede plena, aut Sede vacante; ut electiones fiant cum maturo examine, multa cum serietate et religione, remoto prorsus abusu iteratorum scrutiniorum cum excessivo omnino numero, qui saepius deploratus fuit, et qui non leves discordias fovet, et quodammodo destruit aestimationem debitam auctoritati tum eligendorum, tum electorum; ut novae electiones semper debitis normis et intra debitos limites peragantur.

Praeterea, cum tituli honorifici, ius praecedentiae, et exemptionum, seu personalia privilegia, concessa velut in praemium temporale et velut honor terrenus, religiosas familias facile avertant a plena regularis disciplinae observantia, et saepissime etiam a vero progressu individuali in virtutibus, iure meritoque quamplures e dignioribus filiis Seraphici sanctae humilitatis Magistri Francisci Assisiensis, vehementissime cupiunt et instant, ut tales honores et privilegia, quae practice redundant in personale tantum et terrenum commodum, ex Ordine removeantur; cumque talis petitio penitus respondeat desideriis Nostris; idcirco praefata privilegia tollimus, abolemus, abrogamus, exceptione facta, ex parte tamen, pro Ex-Provincialibus immediatis et pro Fratribus, qui duas primas Dignitates totius Ordinis exercuerint, scilicet pro Ex-Ministris Generalibus et Ex-Procuratoribus Generalibus, et pro hisce ultimis, etiam quia officio

Procuratoris Generalis erit adnexum illud Delegati aut Vicarii Generalis.

Haec autem non excludunt, sed id etiam includunt, ut Patribus, qui vires suas consumpserunt aut consumunt in bonum Ordinis, in difficilioribus aut gravioribus muneribus exercendis, omnes et singuli conentur specialem exhibere reverentiam, grati animi significationem, in spiritu verae dilectionis, charitatis et cuiusdam veluti aequitatis : sed gratissimum erit Deo mutuum et sanctum illud certamen, quo subditi suos iam Superiores aliosque benemerentes adiuvabunt et reverebuntur, et quo isti totis viribus evadere curabunt humiliores, et eo magis alieni fieri a quolibet vel desiderio honorum et specialium adiumentorum, quo maiora fuerunt ipsorum merita, tum praeterita, tum praesentia. Deo maxime quidem acceptus et benedictus a Seraphico Patre erit ardor ille laudabilissimus, quo viri apostolici, peritissimi sacrarum scientiarum professores atque eximii educatores et moderatores Fratrum Minorum, nullum alium honoris titulum aut privilegium habere satagent, quam abiectos vivere in Domo Dei, novissimum locum quaerere, et nullum suorum operum praemium desiderare in terris, ut securius maiora praemia, imperituros honores, retributionem maximam in aeterna beatitudine consequantur.

Quapropter Motu hoc proprio sequentia omnino perpetuoque servanda edicimus, decernimus, mandamus :

I. Sex tantum erunt Definitores Generales, ex quibus duo pro lingua italica; unus pro lingua germanica; unus pro lingua anglica; unus pro lingua gallica; unus pro lingua hispanica,

II. Lingua tamen hic sumenda erit promiscue etiam pro imperio, regno, regione, cum linguis et regionibus affinibus vel vicinioribus, dummodo tamen eligendus veram peritiam habeat linguae, in praecedenti articulo designatae.

III. Officium Ministri, Procuratoris et Definitorum Generalium per sex tantum annos perdurabit. Post primum tamen sexennium Minister, Procurator et duo tantum ex Defmitoribus rationabili de causa reeligi poterunt ad secundum sexen-

nium, dummodo duas ex tribus partibus votorum favorabilium obtineant. Pro ulteriori sexennio requiritur licentia S. Sedis.

IV. In electionibus Ministri Generalis, Procuratoris Generalis et Ministri Provincialis, si post tertium scrutinium, non habeatur electio, fiat quartum, in quo vocem passivam habeant duo Patres, qui maiorem suffragiorum numerum in tertio retulerint : et si suffragia fuerint paria, electus declaretur religione senior. - In electionibus Definitorum, tum Generalium, tum Provincialium aliorumve Superiorum seu Officialium per scrutinia secreta constituendorum, inaniter peracto primo et secundo scrutinio, fiat tertium tantum, in quo sufficiat maioritas relativa suffragiorum : quod si suffragia fuerint paria, electus proclametur religione senior.

V. Ministri, Custodes et Defmitores Provinciales per triennium in officio perdurent. Ministri Provinciales, Custodes et duo ex Defmitoribus rationabili de causa reeligi possunt ad secundum triennium ; sed pro ulteriori triennio requiritur licentia S. Sedis.

VI. Guardiani per triennium in officio perdurent, seu de Capitulo ad Capitulum: abrogatis omnino congregationibus annuis seu intermediis. Elapso triennio, Guardiani iusta de causa eligi possunt pro alio conventu; pro secundo triennio in eodem conventu, requiritur licentia Ministri Generalis. Pro tertio autem triennio in eodem conventu, et pro quarto triennio in alio vel aliis requiritur licentia S. Sedis.

VII. Absente Ministro Generali, Procurator Generalis, et absente Provinciali, Custos Provincialis munere Delegati Generalis vel Provincialis respective fungi debet; qui, vacante officio, nomen Vicarii Generalis vel Provincialis item respective assument.

VIII. Tituli praecedentiae et exemptiones de iure vel consuetudine in Ordine vigentes inter eos, qui actu Superiores non sunt, omnino tolluntur. Soli Ex-Ministri et Ex-Procuratores Generales, semper et ubique, et Ex-Provincialis Minister durante immediato triennio, sed in sua Provincia tantum, titulum et

praecedentiam habere poterunt cum voce activa et passiva in capitulis generali et propriae Provinciae, si de Ex-Generali et Ex-Procuratore, et in Capitulo Provinciali, si de Ex-Provinciali agatur. Nullus vero, etiamsi sit Ex-Generalis, locum aut vocem habere poterit in congressibus definitorialibus, sive generalibus, sive provincialibus.

IX. Fiant reformationes studiorum, et normae Lectorum constituendorum, suppressis titulis offíciorum, quae actu non exercentur.

X. Constitutiones Ordinis reformentur infra sex menses iuxta praescripta in praesenti decreto, idque per specialem Commissionem a S. Sede designandam, additis insuper necessariis aliis et opportunis modificationibus, tum ut plane respondeant hodiernis praescriptionibus Canonicis, tum ut e medio tollantur abusus, qui novissimis praesertim temporibus hinc inde irrepserunt, tum ut spiritus vere seraphicus in toto Ordine efficacius uberiusque vigeat novaque semper incrementa suscipiat. — Haec tamen Constitutionum reformatio non importat substantialem mutationem earumdem, sed novam tantummodo editionem cum suppressione, vel modificatione eorum, quae, hisce Nostris praescriptionibus contradicunt, et cum emendationibus et additionibus opportunis et necessariis.

Nomina Moderatorum Curiae Generalitiae Ordinis Minorum, per has Nostras praescriptiones reformatae, a Nobis electorum et constitutorum, in separato documento publicari mandamus. Circa Commissionem novae Constitutionum editioni parandae, cum novis Superioribus voluntatem Nostram communicandam curabimus. Denique ipsis Superioribus Generalibus, ad maius totius Ordinis bonum et incrementum, opportunas Eegiminis Normas dabimus.

Contrariis quibuscumque, etiam specialissima mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die 23 Octobris anni 1911, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

EPISTOLAE.

I.

AD RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS CANADENSES, POST PERACTUM FELICITER CONCILIUM PLENARIUM.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Missam a vobis communem epistolam, cum primum ecclesiarum vestrarum Concilium Plenarium sollemnibus concluderetis caerimoniis, existimare debetis accidisse Nobis vehementer gratam, tametsi hoc intervallo nihil vicissim litterarum a Nobis accepistis : nunc enim, postquam huius Apostolicae Sedis iudicio acta eius Concilii recognita et probata sunt, maturum putavimus vobis, Venerabiles Fratres, gratulando rescribere. — Equidem ecclesiam Canadensem quanto opere diligamus quamque habeamus caram, satis iam videmur declarasse, cum celeberrimus conventus Marianopoli actus est in honorem sacratissimae Eucharistiae, itemque per sollemnia saecularia ob memoriam conditae Quebecensis urbis. Pariter autem constat caritatem eiusmodi in Nostris quoque Decessoribus fuisse perpetuam. Profecto, ut ista ecclesia sensim ad hanc amplitudinem perveniret, multiplici factum est causa, nimirum et prudentia hominum clarissimorum, qui primi auctores eius fuerunt, et virtute eorum qui vitam ipsam pro ea profuderunt, et Cleri utriusque sedulitate, et sacrorum antistitum qui eam ex ordine gubernarunt, diligentia et cura : sed in primis ad id valuit gratia paternumque studium Pontificum Romanorum, qui quidem in omni varietate temporum ei adesse eandemque in maius provehere non destiterunt. Hinc illa exstitere arctissima amoris vincula, quae vos omnes Apostolicae Sedi coniunctos tenent, quaeque quum Cleri ac populi inter ipsos et cum Episcopis suis coniunctionem confirment, magnum rebus vestris incrementum roboris afferunt. Nec silentio praetereundi sunt, qui civitati praesunt ; quorum vel aequitas vel sapientia sane est eommendabilis, quod non, ut fere fit, sacram potestatem odiose coangustent, sed omnem ei libertatem muneris permittant: quo enim largius benefica vis religionis in vitas hominum influxerit, eo etiam melius prosperitati rei publicae consultum fuerit. — Iam vero ad refovendos christianos spiritus in istis regionibus, ad actuosam bonorum virtutem acuendam, denique ad vires quodam modo reiiciendas ecclesiae Canadensis optimam vos rationem inivisse videmini, cum Plenarium celebrastis Concilium : cuius quidem Nos prospero laetoque exitu vobis plurimum ex animo gratulamur. Etenim illa Nobis magnae fuerunt

voluptati, quod Quebecenses cives - quae urbs illustris iure delecta est Concilii sedes, cum christianam sapientiam primum acceptam longe lateque inter Canadenses diffuderit - vos, quotquot conveneratis Patres, summo studio maximisque honoribus et laetitiis prosecuti sunt; quod vobis et eximio viro praesertim, qui Personam Nostram gerebat ut Delegatus Apostolicus, magistratus publici honestissimas observantiae significationes dederunt ; quod maxime inter vos, cum ancipites difficilesque causae in consultationem venerint, tamen summa semper animorum fuit consensio. — Quae autem communiter a vobis consulta et decreta sunt, certo scimus praeclaros utilitatis latura esse fructus, modo iis rite obtemperetur, quod futurum confidimus. Etsi vero quid pro his temporibus potissime sit opus facto, ipsi per vos videtis, idque non solum deliberando spectastis, sed etiam per Synodales Litteras Clerum populumque admonuistis, tamen quaedam sunt, quae Nobis videntur singularem a vobis diligentiam requirere.

Itaque primum volumus, prudenter vos quidem sed perseveranter detis operam, ut quaecumque etiamnum insident sententiarum discrepantiae inter catholicos propter generis et linguae discrimina, eae funditus tollantur. Nihil enim tam decet homines eiusdem fidei eiusdemque gregis, quam concordibus omnino inter se esse animis ; nihilque hac est concordia magis necessarium ad religiosam rem in ista regionum immensitate promovendam. — Deinde, omnes hortari catholicos ne cessetis, ut sese non modo privatim, sed publice etiam tales exhibeant. Neque enim licebit, quod laboramus, *omnia,* quantum potest, *instaurare in Christo,* nisi, praeter mores singulorum domesticamque societatem, civilia quoque instituta spiritus Christi pervaserit. — Ad hanc rem quoniam prorsus necesse est christianae praecepta sapientiae vulgo esse cognita, idcirco vobis, Venerabiles Fratres, ceterisque omnibus, quorum est procuratio animarum, attente vigilandum erit, ne in scholis elementorum unquam de religione institutio desideretur, verum quotidie ad certas horas habeatur, et quidem ita, ut pueri cum sinceram notitiam, tum amorem Ecclesiae matris et caelestium doctrinarum, quas illa tradit, imbibant. In ephebeis vero et in athenaeis catholicis altius debent studio religionis erudiri adolescentes, quo fiat, ut deinceps nec periculose versentur cum civibus acatholicis, et praeiudicatas quoque opiniones, quae lumini evau gelicae sapientiae officiunt, eorum animis possint disputando detrahere. — Atque hoc est, quod postremo cupimus maximae esse vobis curae, ut qui nobiscum de fide dissident, eos, revocatos ab errore, ad Ecclesiae complexum invitetis. Sacrorum enim pastorum est non modo oves, quae congregatae sunt, custodire, sed etiam devias reducere. Huiusmodi cum

sint acatholici Canadenses, iique magnam partem, conscientiae bonae, diligenter eis opus est, oblata veritatis luce, aditum ad unicum ovile Iesu Christi patefacere et munire. Id autem ut certa quadam et stabili ratione fiat, vos, de animarum salute tam sollicitos, studiose daturos operam pro certo habemus.

Auspicem vero divinorum munerum et praecipuae Nostrae benevolentiae testem, vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x mensis Iulii anno MCMXT, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. X.

II.

AD CLAROS VIROS BALFOUR OF BURLEIGH, ROSEBERY, IACOBUM DONALDSON, MODERATORES UNIVERSITATIS STUDIORUM SANCTI ANDREAE IN SCOTIA, DE SOLLEMNIBUS OB ANNUM D AB INSTITUTA UNIVERSITATE.

Clari viri, salutem. — Quum quingentésimo natali istius Academiae celebrando festos solemnesque dies nuper indiceretis in mensem Septembrem proximum, recte existimastis non alienam debere esse a vestra societate laetitiae hanc Apostolicam Sedem, cuius auctoritate id sit illustre doctrinarum domicilium constitutum. Itaque in primis curae vobis habuistis per communem epistolam, plenam officii, Nos impense rogare, ut saecularia illa sollemnia participare vellemus. Equidem libentissime facturi sumus, ut huic obsequamur voto ; vobisque pro vestra erga Nos humanitate singulares gratias agimus. Deum vero suppliciter precamur, ut et studiis vestris lumine sapientiae suae semper adsit, et vos, qui decessores Nostros, bene de ista Academia méritos, tam pia memoria colitis, perfecta Nobiscum caritate coniungat.

Datum Romae apud S. Petrum, die x mensis Iulii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

III.

AD R. P. D. STEPHANUM EHSES, PROTONOTARIUM APOSTOLICUM, ACCEPTO QUINTO VOLUMINE OPERIS A SOCIETATE GOERRESIANA INSTITUTI CONCILIO TRIDENTINO ILLUSTRANDO.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Societatem Goerresianam promovendis inter catholicos Germaniae litterarum studiis pluries iam Nos per occasionem laudavimus, cum ob alia documenta suae in optimo proposito diligentiae, tum praesertim quod Concilium Tridentinum, conquisitis undique collectisque omne genus monumentis rerum gestarum, illustrandum denuo suscepisset. Etenim huius tam laboriosi doctique operis non is tantum est fructus, ut magni Concilii in omnibus actis decretisque liceat plenius et certius sententiam assequi, sed etiam ut appareat quantum doctrinae et studiorum, quantum, consilii et prudentiae Tridentini illi Patres in medium contulerint. Nunc autem, cum quintum operis volumen editum est, quod tuarum proprie vigiliarum est munus, tibi Nos libenter singularem et tribuimus laudem et habemus gratiam, eo magis quia, pro tua in Nos pietate, illud Nobis dicatum voluisti. Tu vero perge, dilecte Fili, operam studiumque tuum navare Ecclesiae sanctae, ut facis: atque habe tibi cum tuis omnibus ex instituto Goerresiano sodalibus, testem praecipuae benevolentiae Nostrae, apostolicam benedictionem, quam vobis Nos, ad concilianda divinae gratiae subsidia, peramanter impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxn mensis Iulii MCMXI, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

IV.

AD R. P. D. EDUARDUM LIKOWSKI, EPISCOPUM TIT. AURELIOPOLITANUM, VICE SACRA ANTISTITEM POSNANIENSEM, DENA SACERDOTII LUSTRA COMPLENTEM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Ubi accepimus, sollemnem tibi a tuis gratulationem fieri, quod dena in sacerdotio lustra compleveris, equidem electricis notis significandum curavimus, Nos tibi in eum diem ex animo bene precari. Sed tua in Ecclesiam sanctam praeclara promerita, quae te carissimum Nobis faciunt, expressiorem quamdam significationem animi requirere a Nobis vide-

bantur. Quare hanc ad te mittimus epistolam, quae et benevolentiae Nostrae caritatem tibi confirmet, et salutem tibi nuntiet prosperitatemque in annos multos, et, conciliatricem divinorum munerum, afferat apostolicam benedictionem, quam tibi, Venerabilis Frater, et utrique dilecto Nobis Clero ac populo, Gnesnensi et Posnaniensi, amantissime impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxvi mensis Septembris MCMXI, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

V.

AD R. D. ALOYSIUM TALAMONI, IN SEMINARIO MODOETIENSI PROFESSOREM, OB EXEMPLAR VOLUMINIS " SUNTO DI STORIA POLITICA , TERZA EDIZIONE " BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITUM.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Quoniam satis comperuimus multis abhinc annis te non minus diligentiae studio quam integritate doctrinae in rerum memoria alumnis Seminarii Modoetiensis tradenda operam navare, libenti quidem animo accepimus per lectiones tuas tertia vice typis nuper editas in volumenque collectas actuosi rectique magisterii tui munus, ut ita dicamus, locorum temporumque finibus superatis, in posterum perpetúan et in alia quoque diffundi Seminaria.

Cuius voluminis primum exemplar Nobis a te reverenter exhibitum, tuae erga Romanum Pontificem venerationis testimonium praebuit Nobisque, hac etiam de causa, gratum et iucundum obvenit.

Macte igitur animo, quandoquidem cum veritatem, ut ipse ais, in omnibus sis prosecutus, nihil tibi formidolosum ; nulla, si qua extiterit inimicorum, modernistarum in primis, agitatio, tibi pertimescenda ; quin etiam in veritate strenue tuenda perseverare ne desines, additis praesertim laude Nostra viribus, quam iure merito tibi tribuimus non solum ut ipsa curis a te exantlatis praemium atque sollatium accedat, sed etiam ut disciputi tui ex praeceptoris honore alacritatis studiique haud parvum stimulum percipiant.

Peculiaris dilectionis autem in te Nostrae argumentum apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte Fili, tuisque discipulis omnibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die v Octobris MCMXI, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

VI. '

AD RR. PP. DD. EPISCOPOS HELVETIORUM DE REBUS COMMUNITER SIGNIFICATIS GRATULANDO RESCRIBIT.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Gratias vobis, Venerabiles Fratres, agimus pro eo, quod tribuistis Nobis nuper, communium officio litterarum. In eis enim admodum placuit et vestra gravis expostulatio de hac quinquagenaria commemoratione facti in Sedem Apostolicam maxime iniuriosi, et vestra doloris significatio, quod ubique fere gentium inimica vis perniciem Ecclesiae molitur. Nos quidem in tanta rerum acerbitate praecipue Fides divina sustentat, cum cogitamus adesse Nobis Iesum Christum, nec eum nunquam defuturam Ecclesiae suae. Sed tamen non paulum solatii Nobis afferunt Venerabiles Fratres dilectique filii, qui sollicitudines molestiasque Nostras participant, ut vos ipsi facitis. — Nec minus gratum est quod scribitis, usum sanctissimae Eucharistiae, post editas a Nobis in eam rem praescriptiones, increbrescere in populis vestris iam coepisse; quodque profitemini de pueris ad caeleste Epulum admittendis maturius, quemadmodum decretum a Nobis est, omnem vos adhibere et adhibituros curam. Itaque non vos hortamur, ut sancta urgeatis proposita; perspectam enim habemus vestram diligentiam: sed ut fructuosi vestri labores eveniant, auspicem divinorum munerum, apostolicam benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro amantissime impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die x mensis Octobris MCMXI, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I.

CIRCOLARE AGLI ORDINARI D'ITALIA SULLA « STORIA DELLA CHIESA ANTICA » DI MONS. LUIGI DUCHESNE.

È a cognizione della S. Sede che in qualche seminario è entrata I' opera dei Duchesne « Storia della Chiesa antica » ed è stata posta in mano agli alunni, se non come testo di scuola, almeno come testo di consultazione.

Se si fosse atteso ciò che in una recente polemica ebbero ad ammettere quelli stessi che curarono la pubblicazione di quest' opera, cioè, essere essa « *un libro riservato pei dotti, per uomini di molta coltura, da non diffondersi nei seminari* », senza dubbio maggior cautela si avrebbe avuto sull'ammissione di questa opera.

Ma a parte questa confessione degli interessati, ben più grave giudizio debbo portare a cognizione dei Rmi Ordinari diocesani. Giacché posto il dubbio se la « Storia della Chiesa Antica » del Duchesne potesse ammettersi o almeno tollerarsi nei seminari, chiesi, come era mio dovere, il parere di consultori competenti, persone non solo estranee alla recente polemica, ma al sommo temperanti: ed il voto è stato del tutto negativo ; giacché per le reticenze studiate e continue (che del resto ammette 10 stesso autore) in cose talora di prima importanza, particolarmente se hanno attinenza col soprannaturale ; per il dubbio che getta su altre, o per il modo con cui le espone, non solo non dà il vero concetto della Chiesa, ma lo falsa e lo svisa enormemente, presentandola quasi come spoglia di quei carismi soprannaturali su cui essa si basa, e senza di cui non può spiegarsi.

Si aggiunga il quadro dei martiri, dei quali non solo fa scomparire 11 gran numero, ma che spesso rappresenta come affetti di fanatismo, scuotendo così il grande argomento, che dal loro eroismo soprannaturale si ricava in prò della fede : mentre viceversa i persecutori si presentano come uomini di genio, mossi alle persecuzioni da un grande ideale politico.

Gli stessi Padri della Chiesa, questi veri geni dell'umanità, escono da questa storia diminuiti ed in alcuni casi annientati. Così pure le epiche lotte per la fede contro gli eretici si ama spesso farle passare

come cavillosi litigi, effetto di malintesi, che potevano facilmente comporsi; quasi che non vi fossero differenze sostanziali nella fede dei Padri della Chiesa e in quella di Ario ed altri. E non meno malconci riescono molti altri punti di capitale importanza, come il culto della Vergine SSma, lo stato della chiesa romana, l'unità della Chiesa ecc. Per cui si è giudicato sommamente pericolosa e talora anche esiziale la lettura di questa storia, così da doverne assolutamente proibire l'introduzione nei Seminari, anche come semplice testo di consultazione.

Riferita la cosa al S. Padre, Sua Santità ha pienamente approvato questo parere, e mi ha ordinato di fare le opportune comunicazioni ai Rmi Ordinari d'Italia: ciò che compio con la presente.

Roma, 1 Settembre 1911.

G. CARD. DB LAI, *Segretario.*

II.

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis SSmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

22 septembris 1911. — Cathedrali ecclesiae Écclesiensi praefecit sacerdotem Iosephum Dallepiane, presbyterum dioecesis Placentinae ibidem canonicum cathedralis ecclesiae et Vicarium Generalem.

27 octobris 1911. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Nazianzenae R. P. Dionysium Schüler, iam Ministrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum Unionis Leonianae.

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I.

DECRETUM QUO MODERATORES GENERALES ORDINIS FRATRUM MINORUM CONSTITUUNTUR.

SSmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa X, ad normam Motus-Proprii *Quo magis,* huius diei 23 Octobris 1911, sequentes Moderatores Generales Ordinis Fratrum Minorem eligere et constituere ad nutum Sanctae Sedis dignatus est:

Ministrum Generalem

P. PACIFICUM MONZA.

Procuratorem Generalem

P. PLACIDUM LEMOS.

Definitores Generales

P. FRANCISCUM MASULLI

P. IOSEPHUM BOTTARO

P. PETRUM BEGLEY

P. LUDOVICUM ANTOMELLI

P. GOLUMBANUM DREYER

P. VALERIANUM BENDES.

Qui omnes, a promulgatione huius Decreti, in possessionem proprii muneris legitime immissi declarantur, quique proinde omnino a Superioribus et a subditis universis, tamquam veri Moderatores Generales Ordinis Minorum habeantur, iisque virtute sanctae obedientiae, humili et religiosa reverentia fideliter pareant.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, die 23 Octobris anno 1911.

L. © S.

FR. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

F. Cherubini, *Subsecretarius.*

II.

EPISTOLA AD R. P. D. BERNARDUM IOSEPHUM DOEBBING, O. M., EPISCOPUM SUTRINUM ET NEPESINUM DE MOTU PROPRIO « QUO MAGIS », DE DECRETO ADIUNCTO, DEQUE ELECTIONE R. P. LUDOVICI SCHULER IN ARCHIEPISCOPUM, FAMILIAE MINORITICAE COMMUNICANDIS.

Mimo e Rmo Monsignore,

La Santità di Nostro Signore Pio Papa X, per dare un attestato del suo speciale amore all'Ordine dei Frati Minori, si è degnata ordinare, che l'accluso Motu Proprio e annesso Decreto, vengano da Lei, come Vescovo Francescano, specialmente delegato al caso, promulgati innanzi alla Curia Generalizia ed a tutta la Religiosa Famiglia del Collegio Internazionale di S. Antonio in Via Merulana, all' uopo convocata nella Chiesa del detto Collegio.

Vuole inoltre il Santo Padre, che nell'augusto Suo nome la stessa S. V. ringrazi pubblicamente il Reverendissimo Padre Schuler per le sue benemerenze verso l'Ordine, e per la buona volontà e spirito di sacrifizio, col quale lo ha governato.

Come solenne attestato di tanta benevolenza, voglia anche annunziare a tutta la religiosa Famiglia, che Sua Santità si è degnata di elevare il sullodato Padre Schüler alla dignità Arcivescovile; e siccome quest'onore non è soltanto per la sua degnissima persona, ma anche per speciale decoro di tutto l'Ordine, tanto caro al Papa, vuole la Stessa Santità Sua, che da lui venga accettato con umile e pronta obbedienza.

Inoltre il Santo Padre comanda, in virtù di santa obbedienza, ai nuovi eletti Superiori Generali di accettare umilmente e prontamente l'onere ad essi imposto, sforzandosi di governare l'Ordine con ogni sollecitudine, perchè questo faccia sempre nuovi progressi nello spirito serafico a vantaggio del popolo cristiano e delle Missioni estere, alle quali l'Ordine intiero ha consacrato e consacra i sudori ed anche il sangue dei suoi migliori Figli; ea tale scopo pongano tutti la loro fiducia nel S. Cuore di Gesù, e nell'intercessione validissima dell'Immacolata Vergine Maria, e nella paterna protezione del Serafico Patriarca.

Finalmente la S. V. aggiungerà, che Sua Santità concede al Reverendissimo Padre Schüler e al cessante e nuovo Definitorio ed all'Ordine intiero la Sua Apostolica Benedizione, perchè sia pegno di strettissima carità, pace e concordia di tutti i Religiosi fra loro, senza distinzione

ne preferenza di ex-Famiglia, anzi efficacemente si estenda con fraterno ardore, sempre crescente, a quanti fanno parte del Primo Ordine Francescano.

Della S. V. Illma e Revma

Boma, 23 Ottóbre 1911.

Devmo Servitore ed affino Confratello
FR. G. C. CARD. VIVES, *Prefetto.*

F. Cherubini, *Sottosegretario.*

SAGRA ROMANA ROTA

SALISBURGEN.

DIMINUTIONIS BENEFICII PAROCHIALIS.

Pio PP. X, feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno nono, die 23 Augusti 1911, BB. PP. DD. Franciscus Heiner, Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de turno, in causa «* Salisburgen. » *inter Emum Cardinalem Archiepiscopum Katschthaler conventum et appellatum, repraesentatum per procuratorem Antonium Cagiano de Azevedo, Advocatum, et inter Beverendum parochum Nicolaum Naschberger, actorem appellantem, repraesentatum per Sac. A. Colomb, Advocatum, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Consistorium archiepiscopale Salisburgense per decretum diei 15 Septembris anni 1909 Rev. Dno Nicolao Naschberger, parocho Nonnthalensi, praecipiebat, ut suis cooperatoribus salarium seu stipendium decem coronarum hebdomatim persolveret. Contra hoc decretum parochus Naschberger recursum interposuit sub die 28 Septembris, anno 1909, ad idem archiepiscopale Consistorium, quod, afferens plurimas rationes quibus ad edendum decretum commotum fuerat, illud omnino confirmavit, decernens: « Il Consistorio perciò mantiene il Decreto dei 15 Settem- « bre 1909, ed attende, che il Signor Parroco si sottometta al medesimo « senz'altro indugio ».

At Parochus Naschberger noluit obtemperare et interpellavit archiepiscopale Consistorium per litteras diei 14 Octobris eiusdem anni, « an «dispositiones praefati Decreti diei 15 Septembris 1909 considerandae

« sint uti sententia definitiva, vel non ». Obtento affirmativo responso, statim appellationem contra dictum decretum interposuit ad Tribunal metropolitanum Pragense, quod autem appellationem reiecit, declarans in hac causa se non habere competentiam, quia, ut archiepiscopalis ordinariatus Salisburgensis in suis litteris appellationi adiunctis adnotat, « sententia iudicialis a prima instantia nec petebatur nec ferebatur, ergo « fundamentum appellationi secundae instantiae deest, In casu potius « agitur de decisione administrativa archiepiscopalis ordinariatus in « causa quae aperte subiecta est iurisdictioni episcopali, contra quam « decisionem tantummodo recursus Romanus, non autem appellatio « iudicialis conceditur ». Tunc parochus Naschberger recursum habuit ad Sanctam Sedem, ac per rescriptum SSmi causa in H. S. T. ad decidendum proposita est sub dubio « *An decretum Emi Archiepiscopi Salisburgensis diei 15 Septembris anno 1909 sit sustinendum in casu vel non* ».

Quod ad factum spectat, pauca praemittenda sunt: In provincia Salisburgensi, uti in omnibus aliis Austriaci regni dioecesibus, parochi ex immemorabili consuetudine victum et tectum nec non congruum salarium hebdomatim suis cooperatoribus praestare tenentur. Parochi vero habent ius percipiendi a Gubernio pro quolibet Cooperatore 800 circiter coronas, plus minusve, pro diversa conditione paroeciae. Praeterquam cooperatores sacrificium missae offerunt quotidie ad intentionem parochi, qui percipit cunctas eleemosynas missarum a cooperatoribus celebratarum. Lex civilis diei 19 aprilis anno 1885 statuit, quaenam esse debeat congrua parochis ex « Fundo religionis » competens. Huic legi consentaneum est « Generale Decretum » Consistorii Salisburgensis diei 18 Aprilis 1888, quod statuit, ut omnes parochi suis cooperatoribus praeter victum ac habitationem stipendium seu salarium solverent, quod ad minimum octo coronas per hebdomadam assignaretur. Sed parochus Naschberger praedicto Decreto Archiepiscopali haud obtemperavit. Cumque eius cooperator recursum haberet ad Ordinariatum, hic per novum Decretum speciale diei 20 Septembris anno 1893 parocho praecepit, ut communes dispositiones iam editas observaret, ac salarium octo coronarum statim suo cooperatori persolveret. Dominus Naschberger prius quidem cooperatoris querelae nonnullas obiectiones fecit, sed tandem ordinariatus praeceptis obtemperavit. Anno vero 1898, die 19 Septembris, nova lex a Gubernio promulgata fuit, quae, cooperatorum quidem conditionem negligens, statum vero parochorum meliorem reddebat. Quapropter Ordinariatus Salisburgensis, habita ratione augmenti congruae parochorum, et attentis cooperatorum conditionibus pro temporum difficultate haud sufficientibus, iustitiae aequitatique congruens existimavit, ut magis

aequa portio inter parochorum congruam et cooperatorum salaria adstaret. Hinc statuit Ordinariatus, ut in singulis dioecesis paroeciis haec norma ex hinc observaretur: Parochi, qui pro congrua suorum cooperatorum 350 florinos seu 700 coronas annuatim recipiunt, ipsis cooperatoribus hebdomatim novem coronas solvere debent; illi vero qui recipiunt 400 florinos seu 800 coronas cooperatoribus decem coronas hebdomatim solvere tenentur. At parochus Naschberger normis noviter constitutis haud obtemperavit. Hinc Consistorium SalisburgenSe per decretum speciale diei 15 Septembris anno 1909, quod iterum fuit confirmatum ab eadem auctoritate altero decreto diei 13 Octobris 1909, parocho Naschberger stricte mandavit, ut suis cooperatoribus salarium 10 coronarum hebdomatim persolveret. Hisce omnibus in facto praemissis, videndum est, utrum Erñus Cardinalis Salisburgensis iure meritoque decretum a parocho impugnatum tulerit nec ne.

Quod ad ius attinet:

Unica igitur quaestio in casu agitur de *iure Episcopi* parochorum cooperatoribus *congruam assignandi,* deque *officio* seu *débito parochorum hanc assignatam congruam* suis cooperatoribus ex reditibus beneficii parochialis *praestandi.* De hoc quod cooperatori competat congrua sustentatio, quaestio existere non potest. Clare stricteque hoc ius cooperatoribus attribuunt leges ecclesiasticae, v. gr. in *Cap 3, X, III, 6,* uti et fundatum est hoc ius in rei natura secundum verba Apostoli: « Nescitis « quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt,edunt: et «qui altari deserviunt, cum altari participant » *(1 Cor 9, 13).* Quoad autem quaestionem, an competat Episcopo *ius assignandi* cooperatoribus congruam et quidem ex reditibus parochi, sufficit scire praescriptionem Concilii Tridentini in *Sess. XXI, c. 6, de Ref.:* « Episcopi etiam tan« quam Apostolicae Sedis delegati, in omnibus ecclesiis parochialibus « vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus rector « non possit sufficere ecclesiasticis sacramentis ministrandis.... cogant «rectorem.... sibi tot sacerdotes ad hoc munus adiungere, quot suffi« ciant ». Et caput 6 statuit, ut « Episcopi, etiam tamquam Apostolicae « Sedis delegati, eisdem.... coadiutores aut vicarios pro tempore depu« tarent, *partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignarent ».* In uno et altero casu, quia in utroque ratio est eadem, nempe cura sufficientis sustentationis cooperatorum, Episcopo attributum est ius eisdem assignandi congruam pro sufficienti eorum victu.

Ita decidit et S. C. C. in *Aquen.* 2 Aug. 1721 : « Parochum curatum « ecclesiarum, quarum altera ab altera tam longe distat, ut debiles ad « eam non sine magna difficultate accedere possint, cogi debere ab Or-

« dinario in alterutra ex ipsis... retinere coadiutorem pro administra« tione Sacramentorum *propriis sumptibus et expensis, ab Episcopo ap« probandum* ». Idem confirmant Constitutiones Summorum Pontificum. Constitutio Innocentii XIII *Apostolici Ministerii* diei 13 Maii 1723, edita pro disciplina ecclesiastica in Regnis Hispaniarum restauranda, deinde a Benedicto XIII, in Const. *In Supremo* diei 23 Sept. 1724, ad universum orbem extensa, uti declarat Bened. XIV in alia Const. *Pastoralis Curae* diei 5 Augusti 1778, uti refert etiam Giraldi, *Iur. Pont, par. 2, sub 19,* et Lucidi, *De Visitât. SS. Limin., Vol. 1, pag. 348,* quoad mercedem vicariis temporaneis seu cooperatoribus debitam ita statuit: « Quoties « itaque in aliis parochialibus ecclesiis, quae, ut praefertur, unitae non « sint, oportuerit ex aliqua iusta causa provideri per cooperatores parochorum, aut per vicarios temporaneos, causa sit Episcopis pro data « sibi a Tridentino potestate, *partem fructuum praedictis coadiutoribus « aut vicariis assignandam, determinare in ea quantitate, quae pro suo «.prudenti arbitrio et conscientia conveniens videbitur,* ratione scilicet « habita redituum et emolumentorum ecclesiae parochialis, in qua deputati fuerint, nec non inspectis conditionibus loci, numero animarum, « qualitate laboris et quantitate impensarum, quas commissi officii ne« cessitas postulaverit... nec ulla parochorum contradictio aut exemptio « aut appellatio, aut cuiuscumque iudicis inhibitio exsecutionem deputa« tionis et assignationis certae partis fructuum in casibus praemissis « suspendere possit, itemque non obstante qualibet contraria consuetu« dine, etiam immemorabili». Hanc competentiam Episcopi, determinandi congruam sufficientem a parocho suis cooperatoribus praestandam, docet communis doctrina canonica. Giraldi in suo-opere *Animadversiones et additamenta ad Aug. Barbosa (p. 2, n. 3)* scribit: « Congrua portio « huiusmodi vicario assignanda est *arbitraria* Episcopo, pensata quali« tate personae, beneficii et loci... ». Idem Lombardi *(Iur. can. Iust. I, p. 26)* docet: « Has vero (sc. vicarios parochorum), quorum varia sunt « nomina pro variis regionum moribus... recte députant parochi ipsi, « accedente tamen Episcopi adprobatione, *ad quem etiam pertinet con« gruam illis assignare* ». Aichner *(Compend. iur. can., p. 455)* monet: «Congruam sustentationem eorum (cooperatorum) *determinare,* pariter «est Episcopi». Santi *(Praelect. iur. can., I. 3, t. 6, n. 11)* non aliter scribit: « Si autem sermo sit de coadiutoribus, sive temporaneis sive «perpetuis in beneficiis parochialibus, iuxta sensum *cap. 3, h. t., et « cap. 6, Sess. 21, De ref.* in Tridentino, Episcopus debet vel de fructi« bus beneficii, vel aliunde eisdem consulere, ut habeant congruam « sustentationem ». Inter veteres etiam canonistas non adest de hoc dis-

sentio, et Schmalzgrueber in *tit. 6, I. 3, nn. 8, 10,* relatis verbis *cap. 6, Sess. 21,* Concilii Tridentini *De ref.* addit: « Proceditque hoc, etsi coadiutor « fuerit dives, ita ut de suo patrimonio vivere possit; quia nemo suis « stipendiis militat unquam ». Neque huic potestati Ordinariis ab Ecclesiae auctoritate commissae derogari potest per sententiam Supremi Tribunalis civilis Austriaci, qua decisum est, parochos cogi non posse ad congruam cooperatorum ex propriis solvendam. Id tantum ex sententia praefata sequitur, quod dispositio Ordinarii qua parochus aliquid ex propriis ad cooperatorum sustentationem solvere iubeatur, sanctione caret potestatis civilis, cuius proinde auctoritas in tali casu invocari non potest. N'éc etiam dicatur, augmentum parochis in favorem cooperatorum impositum obstare iuri communi, quod diminutionem beneficiorum ex quacumque causa omnino vetat, nam rubrica, quae uti vera lex consideranda est, praescribit: « Ut beneficia ecclesiastica sine dimi- « nutione conferantur » (c. *un. X, III, 12),* et Concilium Trid. in *Sess. 25, c. 5, De ref.* statuit: « Ratio postulat, ut illis, quae bene constituta sunt, « contrariis ordinationibus non detrahatur. Quando igitur ex beneficio- « rum quorumcumque erectione seu fundatione aut aliis constitutioni- « bus... certa illis onera sunt iniuncta, in beneficiorum collatione seu « in quacumque alia dispositione eis non derogetur... ». Cum his legum praescriptionibus consonat etiam doctrina canonistarum uti expl. causa docent Fagnanus, Aichner aliique plurimi. - Sed contra dicendum est, omnes has dispositiones iuris loqui de diminutione beneficiorum *pensione* beneficiatis imposita. Episcopum non valere sine licentia Sedis Apostolicae pensionem in sensu stricto intellectam beneficiatis imponeré, nemo negat, sed est et negandum, quod retributio laborum a cooperatoribus pro parocho praestitorum sit *pensio* in sensu canonico. Pensio est reservatio fructuum beneficii vel partis eorum in favorem beneficiati resignantis vel alterius facta, vel uti Santi *(Prael. iur. can, 1.3, 1.12, n. 11)* dicit: « Pensio est ius percipiendi certam portionem fructuum ex *alieno « beneficio* auctoritate legitima et iusta interveniente causa alienis con- « cessum », ergo pensio est ius percipiendi fructus ex alieno beneficio *sine praestatione officiorum vel laborum pro perceptis fructibus.* Ab hac pensione omnino differt *stipendium* seu *salarium,* quod sacerdoti solvitur a parocho in remunerationem laborum. Cooperator qua talis non habet ius percipiendi fructus ex beneficio parochi, sed tantum ius, ut parochus ex suis proventibus suo mercenario retribuat mercede iusta et aequa labores ipsi ab eo praestitos. Quare Benedictus XIV *(De syn. dioec, I. 13, c. 24, c. 14)* scribit: « Capellaniae ad nutum amovibiles be- « neficia proprii nominis... non sunt, *multoque minus pensiones* ».

Quodcumque igitur cooperator percipit ex fructibus beneficii parochi non est aliqua *participatio* fructuum illius beneficii, sed potius salarium seu stipendium a parocho ut debita recompensatio cooperatori ob eius praestitas labores solvenda. In se enim habet solus parochus officium, curae animarum in paroecia habitantium, pro quo officio habet ius percipiendi fructus beneficii parochialis. Si ipse solus non omnes labores sui officii praestare valet, v. gr. ob multitudinem parochianorum, debet ex mandato Conc. Trident. *(I.* c.) sibi assumere coadiutores qui eum adiuvent in suo officio, quibus ergo debet solvere *mercedem* pro laboribus ab eisdem pro parocho praestitis, et quidem, ut iam supra demonstratum est, iuxta exstimationem Episcopi, a quo et mittitur quisque coadiutor in auxilium parochi. Si igitur in Decreto dicto Archiepiscopali Salisburgensi parochis augmentum stipendii cooperatoribus praestandum praescribitur, non est novum onus constitutum, ex quo beneficium parochiale qua tale oneratur vel diminuitur, sed tantum *determinatio stipendii seu salarii,* ad quod praestandum ex rei natura quisque parochus obligatus est. Hanc determinationem stipendiorum cooperatorum esse actum iurisdictionis administrativae Ordinarii, nemo negare potest. Quia Episcopus ex iure communi parochos cogere potest, quinimmo *debet,* ad sacerdotes auxiliares assumendum cum *congruae iustae assignatione,* per se patet, eum eosdem et ad *supplementum* seu *augmentum* attentis novis adiunctis compellere posse pro suo prudenti arbitrio et conscientia. Quare pienissimo iure. Consistorium Salisburgense parocho Naschberger praecepit, ut stipendium decem coronarum sacerdotibus ipsum adiuvantibus singulis hebdomadis persolveret, quia congrua coadiutoribus, iuxta citatam Constitutionem Innocentii XIII, determinanda est ab Episcopo pro suo prudenti arbitrio et conscientia, habita ratione redituum et emolumentorum ecclesiae parochialis, nec non attentis conditionibus loci, numero animarum, qualitate laboris, et quantitate expensarum, quas commissi officii necessitas postulat. Atqui Ordinarius Salisburgensis haec omnia prae oculis habuit in decernendo augmento congruae cooperatorum. Si quidem parochus Naschberger procul dubio hoc congruae augmentum facile ferre potest, et cooperatores Nonnthalenses dissimiliter ab aliis cooperatoribus archidioecesis extraordinario opere, uti constat ex actis processus, gravati sunt. Tanquam norma generalis pro tota dioecesi vigens habita est ab anno 1904 dispositio Ordinariatus, qua iubentur parochi stipendium hebdomadarium decem coronarum vicariis solvere, ubi congrua pro iisdem a gubernio tributa summam annuam attingit 800 coronarum, et stipendium hebdomadarium 9 coronarum, ubi congrua annua cooperatoris sit 700

coronarum. Cum congrua seu annuum subsidium pro cooperatore in paroecia Nonnthalensi a gubernio tributum sit 800 coronarum, Decretum Ordinarii in casu est conforme normae generaliter statutae, neque aliquid exceptionale pro parocho Naschberger ordinatur.

Porro. Omnes paroeciae praeter unam, in districtu Salisburgensi pro cooperatoribus annuum subsidium accipiunt 800 coronarum (cf. *Summarium pro Archiep., p. 10)* et parochus Nonnthalensis solus inter omnes renuit regulae generali se subiicere. Quin etiam parochi rurales haud pauci *(Summarium pro Archiep., p. 12),* qui congruam a gubernio percipiunt tantummodo 1600 coronarum, et pro cooperatoribus 600 coronas annuatim, istis 10 coronas hebdomatim solvunt, quin aliqua lege compellatur. Parochus Naschberger vero, praeter quinquennium 500 coronarum, 2000 pro se, et 800 pro unoquoque cooperatore a gubernio percipit, et Decretum Ordinarii ipsi imponit solutionem annuam tantummodo 520 coronarum.

Ratio expensarum domus parochialis, et redituum incertorum paroeciae, nuda assertione parochi actoris fulcitur, quin ullas probationes afferat. Ordinarius ex alia parte contradicit, et in rationibus a parocho allatis, expensas exaggeratas, reditus vero incertos indebite imminutos declarat.

Certe, si perpendatur qualitas et quantitas victus admodum modesti, quem iuxta *Pastorale* oportet parochum cooperatoribus subministrare, summa annua mille coronarum pro unoquoque cooperatore expensarum exaggerata dici debet; praesertim, si huic summae adiungenda est, uti vellet parochus, summa 600 coronarum pro tertia famula.

Ex huiusmodi igitur relatione parochi, probationibus haud confirmata, non licet concludere contra claras praesumptiones iam datas, Decretum Ordinarii a iusta et aequa mensura deficere.

Emus Cardinalis Salisburgensis nihil aliud in casu ordinavit per Decretum, quam quod docet Card. De Luca *(De parochis, disc. 28, n. 5) :* « Cum ista merx praestetur... ex causa laboris, ob eius augmentum « merx augetur, idcirco ad omnium commodum cedere debet, cum « omnibus congruat eadem ratio, ut aucto labore salarium seu merx « augeatur ».

Quibus omnibus perpensis, Christi nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, nos infrascripti Auditores de Turno pro Tribunali sedentes edicimus, declaramus ac definimus, ad propositum dubium: *An Decretum Emi Cardinalis Archiepiscopi Salisburgensis diei 15 Sept. 1909 sit in casu sustinendum an non* P respondendum esse: *Affirmative* ad pri-

mam partem, *negative* ad secundam, seu *Ordinarii Decretum sustinendum esse in casu;* expensas vero iudiciales omnes, necnon honoraria advocatorum solvenda esse a parocho Nonnthalensi.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam Sacrorum canonum et praesertim *cap. 3, Sess. XXV, de Beform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, 1 Augusti 1911.

Franciscus Heiner, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

I.

AD R. D. REMES, PAROCHUM AD SANCTI NICOLAI IN URBE BRUXELLES, OB SEPTUAGESIMUM QUINTUM ANNIVERSARIUM EX QUO CONDITUM FUIT IN EADEM CIVITATE OPUS GENERALE DE CATECHISMO INTER DOMINAS DE ADORATIONE PERPETUA.

Monsieur le Curé,

Le Saint-Père a pris connaissance avec un grand intérêt du *Mémorial* des Noces de diamant de l'Œuvre Générale des Catéchismes, établie chez les Dames de l'Adoration Perpétuelle à Bruxelles.

Sa Sainteté a particulièrement remarqué le Rapport si vivant que vous avez fait en votre qualité de Directeur de la Section des Messieurs Catéchistes, et l'éloquente Allocution dans laquelle l'Eme Cardinal Archevêque de Malines a fait ressortir l'importance capitale et le mérite souverain de cette Œuvre admirable.

C'est pourquoi renouvelant bien volontiers les félicitations et les vœux déjà formulés dans son autographe du 20 Novembre 1905, le Sou-

verain Pontife accorde de tout cœur la Bénédiction Apostolique à tous les membres de l'Archiconfrérie, Maîtres et Maîtresses, enfants catéchisés, et spécialement au Conseil directif et à Madame la Comtesse Eugène jd'Auetrement votre distinguée Présidente, ainsi qu'aux dignes Religieuses de l'Adoration Perpétuelle.

Recevez, Monsieur le Curé, avec l'assurance de mes sympathies personnelles et de mes vœux pour l'Œuvre des Catéchistes, l'expression de mes sentiments dévoués en N. S.

Le 27 Septembre 1911.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

ADR. P. D. IOANNEM BAPTISTAM NASALLI ROCCA, EPISCOPUM EUGUBINUM, OB VENERATIONIS OBSEQUIUM BEATISSIMO PATRI, POST CELEBRATAM DIOECESANAM SYNODUM, PER LITTERAS EXHIBITUM.

Hoc libenter tibi significare propero periucundas Beatissimo Patri litteras pervenisse quas, nuper celebratae Dioecesanae Synodi occasionem arripiens, una cum Capitulo et Clero Eugubino maxima cum reverentia mittendis curasti.

Dum igitur Augustus Pontifex pro filiali devotionis obsequio magnas per me gratias agit, de felici Synodi exitu laeto gratulatur animo vota insimul promens ut isti Sacerdotes, opitulante Deo, quae statuta fuerunt in synodalibus conventibus fideliter ac perseveranter exequentes, ad suas ipsorum virtutes provehendas, ad Omnipotentis gloriam magis magisque propagandam, ad salutem animarum consequendam facile pertingant.

Hunc autem in finem Sanctitas Sua imploratam apostolicam benedictionem , quae super te et super Clerum utrumque istius Dioeceseos tamquam ros fecundus descendat, peramanter in Domino impertitur.

Sensus interim existimationis maximae in te meae confirmo, quibus sum et permanere gaudeo

Amplitudini Tuae

Die 29 Septembris 1911.

Addictissimus
R. CARD. MERRY DEL VAL.

III.

AD COMITEM STANISLAUM MEDOLAGO ALBANI OB DEVOTIONIS OBSEQUIUM AB AUDITORIBUS SCHOLAE SOCIALIS BERGOMENSIS BEATISSIMO PATRI PER LITTERAS EXHIBITUM.

Illiho Signore,

Di sommo gradimento è giunto al Santo Padre l'affettuoso e devoto Indirizzo che gli alunni della Scuola sociale di Bergamo Gli hanno inviato con riverente ossequio al termine delle lezioni.

L'Augusto Pontefice, quindi, per mezzo della S. V., che ha trasmesso il detto documento, li ringrazia del filiale omaggio e dei nobili sensi di venerazione e di attaccamento espressiGli nel medesimo Indirizzo.

Non meno volentieri, poi, il Santo Padre ha preso conoscenza della relazione scritta brevemente dalla S. V. circa la sullodata Scuola sociale, circa il felice esito dei corsi di lezioni, e circa le speranze da Lei concepite sulle sorti future della medesima Scuola.

Dalla detta relazione l'Augusto Pontefice ha rilevato sopratutto, e con singolare Suo compiacimento, tanto la sicurezza delle dottrine che furono argomento delle passate lezioni nei corsi di Apologiae di Sociologia, quanto il lodevole contegno di tutti gli intervenuti alle lezioni, ed i buoni propositi da essi fatti per l'avvenire.

Sua Santità, pertanto, se ne congratula ben di cuore, tributando ai Professori ed agli alunni la lode che gli uni e gli altri si sono, per ciò, giustamente meritati, e fa voti per F incremento della Scuola sociale e perchè sempre più numerosi vi accorrano da ogni parte gli alunni, nella più ferma speranza che i buoni semi gettati nelle loro menti e nei loro cuori, come in terreno ben disposto a riceverli ed a fecondarli, produrranno in un tempo non lontano copiosi e salutari frutti.

Ed affinchè a tale fine non manchino i celesti aiuti, il Santo Padre imparte con effusione di animo alla S. V., ai Professori ed alunni tutti della Scuola sociale l'implorata Apostolica Benedizione, pegno altresì della paterna Sua benevolenza.

Con sensi di sincera stima passo a raffermarmi,

di V. S.

30 Settembre 1911.

affmo per servirla

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IV.

AD R. P. D. FRANCISCUM LEONBM GAUTHEY, BISUNTINORUM ARCHIEPISCOPUM, OB ACTA SYNODI DIOCESANAE BEATISSIMO PATRI IN VENERATIONIS OBSEQUIUM OBLATA.

Monseigneur,

Le Souverain Pontife a eu pour très agréable l'hommage des Actes du Synode Diocésain, tenu cette année par Votre Grandeur. Sa Sainteté a voulu en prendre immédiatement connaissance par Elle-même, et cette lecture Lui a causé une très grande satisfaction.

Les heureux fruits que Votre Grandeur attend de ce Synode pour la sanctification du clergé et des fidèles, le Saint-Père les bénit d'avance, et Sa confiance est grande en leur réalisation; car II sait avec quelle sagesse et quel zèle Votre Grandeur poursuivra la mise à exécution des Statuts-résolutions qu'Elle vient de promulguer.

Sa Sainteté est également heureuse d'apprendre que les Membres du Synode ont témoigné par leur excellent esprit et par leur empressement à accueillir les mesures proposées qu'ils ne faisaient qu'un cœur et qu'une âme avec leur Pasteur et avec le Chef Suprême de l'Eglise.

Pour les affermir dans ces dispositions, le Saint-Père leur accorde, ainsi qu'à Votre Grandeur et à tous ses diocésains, la Bénédiction Apostolique.

Veuillez agréer, Monseigneur, avec mes félicitations et mes remercîments personnels, l'assurance de mon entier dévouement en Notre Seigneur.

Le 10 Octobre 1911.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SAGRA PENITENZIERIA

AVVISO DI CONCORSO.

Si notifica che nel Sacro Tribunale delia Penitenzieria Apostolica avrà luogo il concorso all'ufficio di Sostituto per esame scritto e orale. Lo scritto si terrà il quattro del prossimo Décembre alle ore 8,l'orale il cinque successivo alle ore 9.

Coloro che desiderassero di prendervi parte dovranno, *entro un mese dalla data del presente,* esibire nella Segreteria di detto Sacro Tribunale la domanda corredata dai titoli necessari per l'ammissione.

Roma, 31 Ottobre 1911.

G. Giorgi, *Reggente.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE.

Con biglietto della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

16 Ottobre 1911. — Il Rev. Signor Giuseppe D'Isengard, Procuratore Generale dei Sacerdoti della Missione, Consultore della S. Congregazione dei Riti.

22 Ottobre — Il Rev. P. Luca Di Maria SSma, Procuratore Generale dei Carmelitani Scalzi, Consultore della medesima Congregazione.

2 Novembre 1911. — Mons. Riccardo Sanz De Samper Segretario della S. Congregazione Cerimoniale.

7 Novembre 1911. — Mons. Aurelio Galli, Segretario dei Brevi ai Principi.

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di nominare:

Prelati domestici di S. S.

12 Ottobre 1911. — Mons. Antonio Jakl, Superiore Castrense in Moravia e Boemia, Canonico onorario di Lavant.

25 Ottobre. — Il Rev. Enrico Spadorcia, canonista della Sacra Penitenzieria.

26 Ottobre. — Il Rev. Giuseppe A. Connolly, Vicario Generale dell' archidiocesi di San Luigi (St.-Un. d'America).

— Il Rev. Ottone J. S. Hoog, Vicario Generale dell'archidiocesi di S. Luigi (St.-Un. d'America).

ONORIFICENZE.

Sua Santità, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

La Grafi Croce dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

21 Ottobre 1911. — Al Sig. Dott. Paolo Michaux, Presidente della Federazione dei Patronati cattolici francesi.

17 *Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

12 Ottobre 1911. — Al Sig. Dottor Cesare Goretti, di Roma.

23 Ottobre. — Al Sig. Carlo Wesmael, della diocesi di Liegi, Segretario delle Associazioni Cattoliche di Waremme e di Huy.

— Al Sig. Emilio Petithenry collaboratore della « Maison de la Bonne Presse » a Parigi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

20 Ottobre 1911. — Al Sig. Ing. Beniamino Bourgeois, ex-Zuavo Pontificio.

COMUNICATO UFFICIALE.

(Dall' *Osservatore Romano* del 21 Ottobre 1911 - N.° 290) :

Non pochi giornali che vogliono militare nel campo cattolico e parecchi oratori ecclesiastici e laici discorrendo intorno al conflitto italo-turco si esprimono in modo dà far credere quasi ad una guerra santa, intrapresa a nome e coli'appoggio della Religione e della Chiesa. Siamo autorizzati a dichiarare che la Santa Sede non solo non assume responsabilità alcuna per tali interpretazioni, ma che, dovendo rimanere al di fuori dell'attuale conflitto, non può appro varie e le deplora.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE.

La Santità di Nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo si è degnata nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari :

31 Ottobre 1911. Mons. Alfonso Dénier, della diocesi di Moulins.

3 Novembre 1911. — Mons. Venceslao Merinsky, dell'archid. di Vienna.

— Mons. Edoardo Krauss, dell'archidiocesi di Vienna.

Cameriere d'onore di spada e cappa soprannumerario :

3 Novembre 1911. — Comm. Giuseppe Salviucci, di Roma.

NECROLOGIO

16 Ottobre 1911. — Mons. Antonio Maria Massanet y Verd, Vescovo di Segorbe o Castellón de la Plana.

24 Ottobre. — Mons. Capel, Vicario del distretto della California Settentr.

25 Ottobre — Mons. Francesco Saverio Yunguito, Vescovo di Panama.

Annus III. - Vol. III. Die 30 Novembris 1911. Num. 16.

ACTA^OSTOUGMIEIÌ

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

ALLOCUTIO HABITA IN CONSISTORIO

DIE XXVII NOVEMBRIS ANNO MCMXI

VENERABILES FRATRES

Gratum quidem est, quod satis longo post intervallo licet Nobis amplissimum Ordinem vestrum alioqui praesentem, cui sane omnia, quaecumque vel laeta vel tristia Nobis accidunt, scimus, ob singularem vestram Nobiscum coniunctionem, esse communia. Iam diu enim habuimus in animo vos convocare, ut coram de iis ageremus, quae Nos in gubernanda per medias tot difficultates Ecclesia Iesu Christi maxime sollicitant: sed. nostis, Venerabiles Fratres, quae Nos causae rem in hunc diem differre compulerint. Quamquam opem Dei ad sustinendas vires, ad consolandos labores Ecclesiae militantis experimur assiduam : sed tamen non possumus, quin simul has tantas acerbitates temporum sentiamus.

Annus enimvero, qui iam est in exitu, peculiarem in modum Nobis luctuosus fuit: id plane omnes intelligunt. Equidem non in hoc immorabimur, quanto Nos maerore itemque filios, quotquot ubique sunt, Ecclesiae devotos abiecerit clamosa illa commemoratio celebratioque factorum, unde tam multa tamque gravia vulnera, quanta usque adhuc inusta sunt iuribus Sedis

Apostolicae, nemo ignorat esse profecta. Neque enim satis esse visum est eventus tales publicis commemorari sollemnibus : placuit iniuriosam rerum memoriam iniuriis celebrari novis, importunas anno vertente declarationes odii in fidem catholicam saepius iterando: quod maxima cum offensione totius catholici nominis factum esse quis negaverit? Atqui summum bonorum decusque praecipuum dilectissimae Nobis Italiae hac Fide continetur, quae et mirifice eam ad omnes humanitatis artes excoluit, et sicut anteactis temporibus, ita in posterum pacem et prosperitatem ei parere sola potest. Ceterum, quando in hac sacerrima Urbe incredibilis quaedam impunitas hostibus Religionis datur, quid mirum si secta improba, qua nihil Deo christianaeque sapientiae est inimicius, coetus suos nefarios paene sub oculis Nostris egit? Si fidem Christi, si doctrinas Ecclesiae, si Romani Pontificis auctoritatem vulgo per diaria atque in triviis, vel ab ipsis etiam magistratibus, haberi ludibrio, contumeliisque onerari vidimus ?

At non intra romana moenia et in finibus Italiae improborum adversus Ecclesiam impetus restiterunt. Scitis, Venerabiles Fratres, regno Lusitaniae in Rempublicam converso, violentam illic tempestatem invidiae et calamitatem incidisse in rem catholicam ; nec ignoratis eam rerum conversionem factam esse ductu et auspiciis eiusdem illius sectae, quam diximus; ipsa enim hoc profiteri non dubitat ; et factam quidem specie novandi formam rei publicae, sed reapse ad facilius opprimendam Religionem. Nos, ut Apostolicum officium postulabat, legem de Civitate et Ecclesia dissociandis in luce orbis terrarum reiecimus et damnavimus, illud videlicet insigne improbitatis monumentum, quo id non dubie contenditur, divellere a complexu Ecclesiae Romanae Lusitaniam, in eaque sensim omne catholicae professionis delere vestigium. Itaque revocamus hic et confirmamus omnia, quae per Encyclicas eas Litteras ad Episcopos universos datas ediximus: futurum vero speramus, ut Lusitana gens, cuius vetus et nobilis laus est deditissimam esse Ecclesiae, obsistat victrix conatis hominum, qui, nativam omnem libertatem opprimentes,

perniciem patriae caeco impetu moliuntur. Illud autem spem Nobis auget simulque consolationi est, quod videmus sacrorum Antistites Clerumque Lusitaniae, praeeunte omnibus Patriarcha dignissimo, summe cohaerere cum hac Apostolica Sede; eosque potius, quam suo desint muneri officiique religionem violent, spoliationes, contumelias, carceres, denique detrimenta omne genus obire, constantia mirabili.

Iam vero, dum inimica vis, mores et instituta christiana subruendo, homines ac civitates in exitium impellit; dum pestis *Modernistica*, fucata colore scientiae, serpit callide, virusque *Naturalismi* mentibus insellando, quasi quodam gelu contrahit animos, interea benignitas admiranda est miserentis Dei, qui devios revocare ad frugem parat, novo excitato quasi incendio christianae caritatis. Sane non est quod desperemus de salute communi, cum studia catholicorum in Sanctissimam Eucharistiam tantopere ubique gentium inflammari cernimus. Innumerabiles iam ex utroque sexu sunt homines, iique non adulti modo, sed adulescentuli etiam et pueri, qui cum Sacramentum augustum assidue colunt piissimeque diligunt, tum de ipso frequenter, non sine praeclaro fidei et virtutum ceterarum fructu, participant. Mirum quantum eodem conferunt conventus illi Eucharistici, quos catholici homines quotannis ex omnibus partibus confluentes celebrare solent. Hoc autem in genere post coetus et Coloniensem et Londinensem et Marianopolitanum, splendidissime actos uberrimoque exitu, is qui proximo tempore habitus est Matriti, non minus exstitit et ad splendorem et ad utilitatem memorabilis. Scilicet ea res agebatur, in qua non deceret Hispaniam catholicam cuiquam inferiorem esse: excitatis igitur omnium animis in liberam et ardentem professionem traditae a maioribus fidei, visa est per eos dies gens Hispanica universa se supplicem ad pedes Iesu Christi mystice latentis abiicere. Aderant quotquot sunt civitatis ordines, ab imis ad summos, frequentia maxima: elucebat autem omnibus exemplo ipse cum augusta Domo Rex Catholicus. Is quidem et voce et factis publicum mansurumque edidit pietatis documentum: sed hoc ipso et

laudes sibi comparavit bonorum omnium, et causam dedit civibus, quare studiosius eum colerent et observarent. - Quid igitur in rebus religiosis vere sentiat Hispania, hic tam aperte ab ea declaratum est, ut nihil possit esse manifestius. Nempe affirmatissime testata est, non se nomine et professione tenus, at sincere et funditus esse catholicam, constanterque hanc fidem velle retinere. Itaque si quid ipsa anhelat, non illud profecto anhelare dicenda est et cupere, ut nefastae condantur leges, quae Religionis instituta, Ecclesiaeque praerogativas et iura offendant; sed omnino hoc, ut integra conserventur vetustae necessitudinis vincula, quibus cum Sede Apostolica coniungitur. Respiciat Deus, precamur, benignus nationem Nobis carissimam, et avertat mala, quae ad tranquillitatem fortunamque eius labefactandam appetere videntur.

Nunc, Venerabiles fratres, antequam novos viduis Ecclesiis demus Episcopos, propositum Nobis est honestissimum vestrum supplere Collegium, viros aliquot cooptando virtute doctrinaque praestantes, qui sive in episcopali ministerio, sive in aliorum perfunctione munerum suam Nobis operam egregie probarunt. Hi sunt:

IOSEPHUS MARIA GOS Y MACHIO, Archiepiscopus Vallisoletanus :

DIOMEDES FALCONIO, Archiepiscopus Tit. Larissensis, Delegatus Apostolicus in Foederatis Americae Civitatibus :

ANTONIUS VICO, Archiepiscopus Tit. Philippensis, Nuntius Apostolicus in Hispania:

IANUARIUS GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, Archiepiscopus Tit. Edessensis :

IOANNES MARIA FARLEY, Archiepiscopus Neo-Eboracensis:

FRANCISCUS BOURNE, Archiepiscopus Westmonasteriensis:

FRANCISCUS BAUER, Archiepiscopus Olomucensis:

LEO ADOLFUS AMETTE, Archiepiscopus Parisiensis :

GULIELMUS O'CONNELL, Archiepiscopus Bostoniensis :

HENRICUS ALMARÁZ Y SANTOS, Archiepiscopus Hispalensis:

FRANCISCUS VERGILIUS DUBILLARD, Archiepiscopus Chamberiensis :

FRANCISCUS NAGL, Archiepiscopus Viennensis:

FRANCISCUS MARIA ANATOLIUS DE ROVÉRIÉ DE G ABRIERES, Episcopus Montis Pessulani :

CAIETANUS BISLETI, Pontificiae Domus Nostrae Praepositus:

IOANNES BAPTISTA LUGARI, S. R. et U. Inquisitionis Assessor:

BASILIUS POMPILI, S. Congregationis Concilii Secretarius :

LUDOVICUS BILLOT, Sacerdos e Societate Iesu:

GULIELMUS VAN ROSSUM, Sacerdos e Congreg. SS. Redemptoris.

Praeter hos alium egregium virum sacrae honore Purpurae honestare decrevimus; quem tamen iustis de causis in pectore reservamus.

Quid vobis videtur ?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, creamus et declaramus S. R. E. Cardinales

Ex ORDINE PRESBYTERORUM

IOSEPHUM MARIAM COS Y MACHIO

DIOMEDEM FALCONIO

ANTONIUM VICO

IANUARIUM GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE

IOANNEM MARIAM FARLEY

FRANCISCUM BOURNE

FRANCISCUM BAUER

LEONEM ADOLFUM AMETTE

GULIELMUM 0'CONNELL

HENRICUM ALMARÁZ Y SANTOS

FRANCISCUM VIRGILIUM DUBILLARD

FRANCISCUM NAGL

FRANCISCUM MARIAM ANATOLIUM DE ROVÉRIÉ DE C ABRIERES

Ex ORDINE DIACONORUM

CAIETANUM BISLETI

IOANNEM BAPTISTAM LÛGARI

BASILIUM POMPILI

LUDOVIGUM BILLOT

GULIELMUM VAN ROSSUM

Item alium, ut supra diximus, Cardinalem creamus, et in pectore reservamus, quandocumque arbitrio Nostro renuntiandum.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In Nomine Patris £g et Filii £g et Spiritus £ß Sancti. Amen.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

ACTA CONSISTORII

PROUT EDITA SUNT IPSIS CONSISTORII DIEBUS

Boma 27 Novembre 1911.

La Santità di Nostro Signore Papa Pío X questa mattina ha tenuto nel Palazzo Apostolico Vaticano il Concistoro Segreto, nel quale F Emo e Rmo Signor Cardinal Gennari, terminato F officio di Camerlengo del Sacro Collegio ha presentata la solita borsa a SUA BEATITUDINE, che si è degnata di passarla all'Emo e Rmo Signor Cardinal Merry del Val. Quindi il Santo Padre, premessa un'allocuzione, si è degnato di pubblicare Cardinali di S. Romana Chiesa :

DELL' ORDINE DEI PRETI

Mons. GIUSEPPE MARIA COS Y MACHIO, Arcivescovo di Valladolid;

Mons. DIOMEDE FALCONIO, Arcivescovo di Larissa, Delegato Apostolico negli Stati Uniti di America ;

Mons. ANTONIO VICO, Arcivescovo di Filippi, Nunzio Apostolico di Spagna ;

Mons. GENNARO GRANITO DI BELMONTE, Arcivescovo di Edessa;

Mons. GIOVANNI FARLEY, Arcivescovo di Nuova York;

Mons. FRANCESCO BOURNE, Arcivescovo di Westminster ;

Mons. FRANCESCO BAUER, Arcivescovo di Olmütz;

Mons. LEONE ADOLFO AMETTE, Arcivescovo di Parigi ;

Mons. GUGLIELMO O'GONNELL, Arcivescovo di Boston;

Mons. ENRICO ALMARÁZ Y SANTOS, Arcivescovo di Siviglia;

Mons. FRANCESCO VIRGILIO DUBILLARD, Arcivescovo di Chambéry;

Mons. FRANCESCO NAGL, Arcivescovo di Vienna;

Mons. FRANCESCO MARIA ROVÉRIÉ DE GABRIÈRES, Vescovo di Montpellier ;

DELL'ORDINE DEI DIACONI

Mons. GAETANO BISLETI, Maggiordomo di Sua Santità;

Mons. GIOVANNI BATTISTA LUGARI, Assessore della S. G. del S. Uffizio;

Mons. BASILIO POMPILI, Segretario della S. C. del Concilio ;

Rev. P. LUDOVICO BILLOT, della Compagnia di Gesù;

Rev. P. GUGLIELMO VAN ROSSUM, dei Sacerdoti del SSmo Redentore.

Fattasi poi la consueta opzione alle vacanti Chiese Suburbicarie di Frascati e di Sabina, non che al titolo presbiterale di S. Maria in Via per F Emo RICHELMY, che ha dimesso quello di S. Eusebio, il S. PADRE ha provveduto la

Chiesa Suburbicaria di Frascati, per l'Emo e Rmo Sig. Card. FRANCESCO DI PAOLA CASSETTA, che dimette la Chiesa vescovile di Sabina ;

Chiesa Suburbicaria di Sabina, per l'Emo e Rmo Sig. Card. GAETANO DE LAI, testé assunto all'Ordine dei Cardinali Preti.

Ha poi SUA BEATITUDINE proposte le seguenti Chiese :

Chiesa Metropolitana di Mechoacan, per Mons. LEOPOLDO RUIZ, trasferito dalla Sede Arcivescovile di Linares;

Chiesa Arcivescovile di Linares, per Mons. FRANCESCO PLANCARTE Y NAVARRETE trasferito dalla Sede di Cuernavaca ;

Chiesa titolare Arcivescovile di Tiro, per Mons. VITTORIO AMEDEO RANUZZI DE' BIANCHI, promosso dalle Sedi unite di Recanati e Loreto ;

Chiesa titolare Arcivescovile di Corinto, per il M. R. PADRE PIO DE LANGOGNE, dei Minori Cappuccini, Consultore delle Sacre Congregazioni del S. Officio, Sacramenti e Religiosi;

Chiesa Cattedrale di Aire, per Mons. GARLO DE CORMONT, traslato dalla Sede delia Martinica ;

Chiesa Cattedrale di Alife, per Mons. FELICE DEL SORDO, translato dalla Sede Vescovile di Venosa;

Chiesa Cattedrale di Montalto, per il Rev. D. LUIGI FERRI, Canonico Teologo della Cattedrale e Direttore Spirituale nel Seminario Interdiocesano di Fano ;

Chiesa Cattedrale di Borgo S. Sepolcro, per il Rev. Can. POMPEO GHEZZI, Vicario Curato nella diocesi di Milano;

Chiesa Cattedrale di Muro Lucano, per il Rmo Mons. GIUSEPPE SCARLATA, Parroco di Villalba, in diocesi di Caltanisetta;

Chiesa Cattedrale di Anglona e Tursi, per il Rev. D. GIOVANNI PUL VIRENTI, Canonico della Cattedrale di Acireale, Professore nel Seminario vescovile;

Chiesa Cattedrale di Cracovia, per Mons. ADAMO SAPIEHA, Cameriere Segreto Partecipante di Sua Santità;

Chiesa Cattedrale di Selenico, per il Rev. D. LUCA PAPPAFAVA, Parroco Decano di S. Pietro Brazza, nella diocesi di Lesina;

Chiesa Cattedrale di Cahors, per il Rino Mons. CELESTINO CÉZÉRAC, Vicario Generale della diocesi di Auch ;

Chiesa Cattedrale di Killala, per il Rev. D. GIACOMO NAUGHTON, Rettore del Seminario della stessa diocesi.

Ha poi Sua Santità notificata, oltre la conferma del nuovo Patriarca di Cilicia, la provvista delle seguenti Chiese, già fatta per Bolla o per Breve.

Chiesa Metropolitana di Siena, per Mons. PROSPERO SCACCIA, promosso dalla Sede vescovile di Tivoli;

Chiesa Metropolitana di Monaco e Brisinga, per il R. D. FRANCESCO BETTINGER, della diocesi di Spira, ivi Decano della cattedrale;

Chiesa titolare Arcivescovile di Cizico, per Mons. GIOVANNI FEDELE BATTAGLIA, promosso dalla Sede cattedrale di Coirà;

Chiesa Metropolitana di Durango, per Mons. FRANCESCO MENDOZA, promosso dalla Sede cattedrale di Campeche;

Chiesa Metropolitana di Beggio Calabria, per Mons. RINALDO CAMILLO ROUSSET, promosso dalla Sede vescovile di Bagnorea;

Chiesa Metropolitana di Bourges, per Mons. LUDOVICO DUBOIS, promosso dalla Sede cattedrale di Verdun;

Chiesa Metropolitana di Taranto, per Mons. GIUSEPPE CECCHINI, dell'Ordine dei Predicatori, Prelato Ordinario di Altamura e Acquaviva delle Fonti, promosso dalla Sede titolare di Alicarnasso;

Chiesa Arcivescovile di Udine, per il Rev. D. ANTONIO ANASTASIO ROSSI, della diocesi di Pavia, ivi Canonico onorario della cattedrale e Vicario Generale, Cameriere segreto soprannumerario di S. Santità;

Chiesa Metropolitana di Vancouver, per Mons. NILO MAC NEIL, promosso dalla Sede cattedrale di S. Giorgio di Terra Nuova;

Chiesa Metropolitana di Besançon, per Mons. LEONE GAUTHEY, promosso dalla Sede cattedrale di Ne vers;

Chiesa Metropolitana di Mohilew, per il R. D. VINCENZO KLUCZYNSKI, della diocesi di Wilna, ivi Canonico prelato della cattedrale, Prelato domestico di S. Santità;

Chiesa Metropolitana di Brindisi, con l'amministrazione perpetua di Ostuni, per il R. P. TOMMASO VALERI dell'Ordine dei Frati Minori, Lettore, Rettore del Collegio serafico in Figline diocesi di Fiesole, Visitatore per varie Provincie dell'Ordine;

Chiesa Arcivescovile di Lucca, per Irions. ARTURO MACCHI, promosso dalla Sede cattedrale di Reggio Emilia;

Chiesa titolare Arcivescovile di Dioclea, per Mons. CARLO BERTUZZI, promosso dalla Sede vescovile di Foligno;

Chiesa Metropolitana di Zara, per Mons. VINCENZO PULISIC, promosso dalla Sede cattedrale di Sebenico;

Chiesa titolare Arcivescovile di Areopoli, per Mons. PAOLO EMILIO BERGAMASCHI, promosso dalla Sede cattedrale di Troia;

Chiesa titolare Arcivescovile di Assume, per Mons. ANTONIO MARIA BONITO, traslato dalla Sede arcivescovile di Amalfi;

Chiesa Metropolitana di Ottawa, per il Revmo Mons. CARLO UGO GAUTHIER, traslato dalla Sede metropolitana di Kingston;

Chiesa Cattedrale di Clogher, pel R. D. PATRIZIO MAC KENNA, della stessa diocesi, Professore di teologia nel collegio nazionale di S. Patrizio a Maynooth;

Chiesa Cattedrale di Asti, per Mons. LUIGI SPANDRE, traslato dalla chiesa titolare Vescovile di Tiberiade;

Chiesa titolare Vescovile di Dionisiade, pel R. D. ALFONSO DE WÄCHTER, dell'archidiocesi di Malines, ivi Vicario Generale, deputato Ausiliare dell' Emo Card. Desiderato Mercier, Arcivescovo di Malines;

Chiese Cattedrali unite di Hexham e New-Castle, per Mons. RICCARDO COLLINS, traslato dalla sede titolare vescovile di Selinonte;

Chiesa Cattedrale di Lucera, per Mons. LORENZO CHIEPPA, traslato dalla sede cattedrale di Cariati;

Chiese Cattedrali unite di Nicotera e Tropea, pel R. D. GIUSEPPE LEO, della diocesi di Andria, Vicario Generale del vescovo di Cariati;

Chiesa Cattedrale di Tricarico, pel R. D. GIOVANNI FIORENTINI, della diocesi di Modigliana;

Chiesa titolare Vescovile di Lorima, pel R. D. GIORGIO GUGLIELMO MUNDELEIN, della diocesi di Brooklyn, ivi Cancelliere della Curia vescovile, deputato Ausiliare a Mons. Carlo Mac Donnell, vescovo di Brooklyn;

Chiesa Cattedrale di Peoria, pel R. D. EDMONDO MICHELE DÜNNE, della diocesi di Chicago, dottore in sacra teologia.

Chiesa Cattedrale di Caiazzo, pel R. D. ADOLFO TURCHI, della diocesi di Cesena, Vicario Generale dell'Arcivescovo di Ancona;

Chiesa Cattedrale di Cotrone, pel R. D. SATURNINO PERI, dell'archidiocesi di Cagliari, Esaminatore prosinodale;

Chiese Cattedrali unite di S. Marco e Bisignano, pel R. D. SALVATORE SCANU, della diocesi di Bisarchio;

Chiesa Cattedrale di Ver oli, pel R. D. LUIGI FANTOZZI della Congregazione del Preziosissimo Sangue, Vice-direttore generale della stessa Congregazione;

Chiesa Cattedrale di Lipari, pel R. D. ANGELO PAINO, della stessa diocesi ;

Chiesa titolare Vescovile di Sebastopoli, pel R. D. GIOVANNI VAUGHAN, dell'archidiocesi di Westminster, Prelato domestico di S. Santità;

Chiesa titolare Vescovile di Betlemme, pel R. D. GIUSEPPE ABBET, Canonico regolare di S. Agostino, Abate di S. Maurizio di Agaune;

Chiesa Cattedrale di Leon, pel R. D. EMBTERIO VALVERDE, dell'arcidiocesi del Messico, ivi Canonico della metropolitana;

Chiesa titolare Vescovile di Arabisso, per Mons. EMANUELE SECONDO BALLON, traslato dalla sede cattedrale di Arequipa;

Chiesa Cattedrale di Osma, pel R. D. EMANUELE LUGO Y GONZALEZ, della diocesi di Lugo;

Chiesa Cattedrale di La Serena, per Mons. RAIMONDO ANGELO JARA, traslato dalla sede cattedrale di S. Carlo di Ancud;

Chiesa Cattedrale di Lugo, pel R. D. EMANUELE BASULTO Y GIMÉNEZ, della diocesi di Avila, Canonico della cattedrale di Madrid;

Chiesa Cattedrale di Diamantina, per Mons. GIOACCHINO SILVERIO DE SOUZA, traslato dalla sede titolare di Assume;

Chiesa titolare Vescovile di Antipatride, per Mons. GIOVANNI ST ARIHA, traslato dalla sede cattedrale di Lead;

Chiesa Cattedrale di Tamaulipas o Ciudad Victoria, pel R. D. GIUSEPPE DI GESÙ GUZMÁN, dell'archidiocesi d "Jurango, ivi Canonico della cattedrale;

Chiesa titolare Vescovile di Madaura, per Mons. ISMAELE PUIRREDON, traslato dalla sede cattedrale di Puno;

Chiesa Cattedrale di London, pel R. P. MICHELE FRANCESCO FALLÓN della Congregazione degli Oblati di Maria Immacolata;

Chiesa Cattedrale di Fargo, pel R. D. GIACOMO O'REILLY, dell'archidiocesi di S. Paolo di Minnesota, Rettore della chiesa di S. Antonio in Minneapolis.

Chiesa Cattedrale di Clorifert, pel R. D. TOMMASO GILMARTIN, dell'archidiocesi di Tuam, Vice-preside del collegio nazionale di Maynooth ;

Chiesa Cattedrale di Città di Castello, pel R. D. CARLO LIVIERO, delia diocesi di Padova, Arciprete Parroco di Agna;

Chiesa Cattedrale di Burlington, pel R. D. GIUSEPPE GIOVANNI RICE, della diocesi di Springfield, Rettore della chiesa di S. Pietro in Northbridge;

Chiesa Cattedrale di S. Giacomo del Estero, pel R. D. GIOVANNI MARTINO IAÑIZ, Arcidiacono della cattedrale di Cordova;

Chiesa Cattedrale di Paraná, pel R. D. ABELE BAZÌN, Vicario foraneo della provincia di La Rioja nella diocesi di Cordova;

Chiesa titolare Vescovile di Gastábala, pel R. D. GIOVANNI GUGLIELMO SHAW, Cancelliere della curia vescovile di Mobile, deputato Coadiutore con successione di Mons. Antonio Forest, vescovo di S. Antonio nel Texas; già succeduto.

Chiesa Cattedrale di Louisville, per Mons. DIONISIO O' DONAGHUE, traslato dalla sede titolare vescovile di Pomario;

Chiesa Cattedrale di Meaux, pel R. D. EMANUELE GIULIO MARIA MARBEAU, dell'arcidiocesi di Parigi, Parroco della Chiesa di S. Onorato d'Eylau;

Chiesa titolare Vescovile di Ermopoli maggiore, pel R. D. GIOVANNI GEREMIA LAWLER, Rettore della metropolitana di S. Paolo di Minnesota, deputato in Coadiutore dello stesso Arcivescovo;

Chiesa Cattedrale di Paderborna, pel R. D. GIUSEPPE SCHULTE, Professore di diritto canonico e apologetica nell'Istituto diocesano di Paderborna;

Chiesa Cattedrale di Guastalla, pel R. D. AGOSTINO CATTANEO, della diocesi di Crema, ivi Vicario generale, Professore di teologia pastorale nel seminario, Cameriere Segreto di S. Santità;

Chiesa Cattedrale di Hartford, pel R. D. GIOVANNI GIUSEPPE NILAN, della diocesi di Boston, Rettore della Chiesa di S. Giuseppe in Amesburg;

Chiese Cattedrali unite di Fabriano e Matetica, pel R. D. PIETRO ZANOLINI, Professore di teologia morale nel seminario di Padova, Parroco di Arzergrande nella stessa diocesi ;

Chiesa Cattedrale di Winona, pel R. D. PATRIZIO RICCARDO HEFPRON, arcidiocesano di S. Paolo di Minnesota ed ivi Rettore del Seminario Arcivescovile;

Chiesa titolare Vescovile di Diocesarea, pel R. D. CARLO AUGUSTIN, della diocesi di Breslavia, ivi Canonico onorario della cattedrale, deputato Ausiliare dell'Emo Card. Giorgio Kopp, vescovo di Breslavia;

Chiesa Cattedrale di S. Giacomo di Capoverde, pel R. D. GIUSEPPE AJLVES MARTINS, Canonico Arcidiacono della cattedrale di Loanda, ivi Parroco della Chiesa della B. M. V. del Carmelo;

Chiesa Cattedrale di Cuzco, pel R. P. GIUSEPPE GREGORIO CASTRO, dell'Ordine dei Frati Minori, Lettore di filosofìa;

Chiesa Cattedrale di Cajamarca, pel R. D. FRANCESCO DI PAOLA GROZO, di Cajamarca, ivi Parroco della Chiesa di S. Caterina ;

Chiesa Cattedrale di Trujillo, pel R. D. CARLO GARCIA JRIGOYEN, Canonico della cattedrale di Lima;

Chiesa titolare Vescovile di Carisio, per Mons. PIETRO LAFONTAINE, traslato della sede cattedrale di Cassano all'Ionio;

Chiesa Cattedrale di Cebù, per Mons. GIOVANNI BATTISTA GORORDO, traslato dalla Chiesa titolare Vescovile di Nilopoli;

Chiesa Cattedrale di Nuova Caceres, pel R. D. GIOVANNI BERNARDO MAC GINLEY, della diocesi di Filadelfia, dottore in sacra teologia;

Chiesa Cattedrale di Samogizia, per Mons. GASPARE FELICIANO CYRTOWT, Vicario Capitolare della stessa diocesi, traslato dalla Chiesa titolare vescovile di Castoria;

Chiesa Cattedrale di Augustow o Seyna, per Mons. ANTONIO KARAS, suffraganeo del vescovo di Luceria e Zuytomierz, traslato della Chiesa titolare vescovile di Dorileo;

Chiesa Cattedrale di Kielce, pel R. D. AGOSTINO LOSINSKI, Canonico Penitenziere della Metropolitana di Mohilew, ivi Rettore del seminario, Professore in sacra teologia;

Chiesa Cattedrale di Sandomir, pel R. D. MARIANO RYX, Vicario Capitolare della stessa diocesi, Canonico della cattedrale e Parroco di Wierzbica;

Chiesa titolare Vescovile di Mosynopoli, pel R. D. LONGINO ZARNOWIECKI, Prelato domestico di S. Santità, Rettore dell'accademia ecclesiastica di Pietroburgo, Canonico prelato delle chiese cattedrali unite di Luceoria e Zytomierz, deputato Suffraganeo di Mons. Carlo Antonio Niedzialkowski, vescovo di Luceoria e Zytomierz;

Chiesa Cattedrale di Crookston, pel R. D. TIMOTEO CORBETT, della diocesi di Duluth, ivi Rettore della Chiesa cattedrale, Cancelliere vescovile;

Chiesa Cattedrale di Bismarck, pel R. P. VINCENZO WEHRLE, dell'Ordine di S. Benedetto, Abbate del Monastero di S. Maria di Richardson, diocesi dì Targo;

Chiesa Cattedrale di head, pel R. D. GIUSEPPE F. BUSCH, dell'arcidiocesi di S. Paolo del Minnesota, ivi Rettore dei Missionari Diocesani ;

Chiesa Cattedrale di Lipa, pel R. D. GIUSEPPE PETRELLI, dell'arcidiocesi di Fermo, Cameriere segreto soprannumerario di S. Santità, Segretario della Delegazione Apostolica nell'Isole Filippine ;

•*Chiesa Cattedrale di Calbayog,* pel R. D. PÀOLO SINGZON, Vicario Generale del vescovo di Cebú;

Chiesa Cattedrale di Verdun, pel R. D. GIOVANNI ARTURO CHOLET, della stessa diocesi, Canonico onorario della cattedrale, Professore nell'Università cattolica di Lilla;

Chiesa Cattedrale di Belley, pel R. D. ADOLFO MANIER, della diocesi di Au tun, ivi Canonico onorario della cattedrale e Vicario Generale del vescovo;

Chiesa Cattedrale di Nevers, pel R. D. PIETRO CHATELUS, della diocesi di Lione, Parroco della Chiesa di S. Francesco di Sales in Lione;

Chiesa Cattedrale di Fossano, pel R. D. GIOSUÈ SIGNORI, della diocesi di Bergamo, ivi Pro-vicario Generale, Canonico della cattedrale;

Chiesa Cattedrale di Foligno, pel R. D. GIORGIO GUSMTNI, della diocesi di Bergamo, Cameriere segreto soprannumerario di S. Santità;

Chiesa Cattedrale di Ogliastra, pel R. D. EMANUELE VIRGILIO, della dio-, cesi di Venosa, ivi Pro-vicario Generale e Canonico Arciprete della cattedrale;

Chiese Cattedrali unite di Corneto e Civitavecchia, per Mons. PACIFICO FIORANI, traslato della Chiesa titolare Vescovile di Caristo;

Chiesa Cattedrale di Tivoli, pel R. D. GABRIELLO VETTORI, dell'arcidiocesi di Firenze, ivi Parroco di S. Salvi;

Chiesa Cattedrale di Leitmeritz, pel R. D. GIUSEPPE GROSS, dell'arcidiocesi di Praga, ivi Parroco e Decano Falkenaviensem

Chiesa Cattedrale di Ascoli Piceno, pel Rmo Mons. APOLLONIO MAGGIO, traslato dalla Chiesa titolare Vescovile di Listra;

Chiesa titolare Vescovile di Cibira, per Mons. TOMMASO LILLIS, traslato dalla sede cattedrale di Leavenworth e deputato Coadiutore con successione di Mons. Giovanni Giuseppe Hogan, Vescovo di Kansas-City;

Chiesa Cattedrale di Sirmio, cui va unito il titolo *di Bosnia,* per Mons. GIOVANNI KRAPAC, traslato dalle sedi titolari di Belgrado e Semendria;

Chiesa Cattedrale di Segna con l'amministrazione perpetua di *Modrussa,* per Mons. Rocco Vucic, traslato dalla sede titolare di Elenopoli;

Chiesa Cattedrale di Castellaneta, pel R. D. AGOSTINO LAERA, di Acquaviva delle Fonti, ivi Parroco della Cattedrale e Pro-vicario Generale;

Chiesa titolare Vescovile di Calinda pel R. D. ADOLFO VFRRIENTI, Prelato Ordinario di Altamura ed Acquaviva delle Fonti;

Chiesa Cattedrale di S. Carlo d'Ancud, pel R. P. PIETRO ARMENGAUDIO VALENZUELA, Maestro Generale dei Mercedari, Consultore della S. Congregazione di Propaganda Fide e della Commissione Pontificia per la Codificazione del diritto canonico;

Chiesa Cattedrale di Kilmore, pel R. D. PATRIZIO FINEGAN, parroco di Ballinamore nella diocesi di Kilmore, ivi Vicario Capitolare;

Chiesa titolare Vescovile di Tingi, per Mons. GIUSEPPE GIACOMO ÍRALA traslato dalla sede cattedrale di Chachapoyas ;

Chiesa titolare Vescovile di Flaviade, pel R. D. GIUSEPPE CHARTRAND, della diocesi di Indianapolis, ivi Vicario Generale e Rettore della chiesa cattedrale, deputato Coadiutore con futura successione di Mons. Francesco Silas Chatard vescovo d'Indianopolis ;

Chiesa titolare Vescovile di Pomario, per Mons. DOMENICO MANN AIOLI, traslato dalla sede cattedrale di Montefiascone ;

Chiesa Cattedrale di Barquisimeto, pel R. D. AGATO FILIPPO ALVARADO, della diocesi di Barquisimeto, ivi Vicario Capitolare ;

Chiesa Cattedrale di Zulia, pel Rev. D. ARTURO CELESTINO ALVAREZ, Parroco di Zaraza nella diocesi di Calabozo, ivi Canonico onorario della cattedrale ;

Chiesa Cattedrale di Nocera Umbra, per Mons. NICOLA COLA, traslato dalla sede cattedrale dei Marsi;

Chiesa Cattedrale di Città della Pieve, pel R. D. GIUSEPPE ANGELUCCI, sacerdote della diocesi di Palestrina, ivi Canonico della cattedrale ;

Chiese Cattedrali unite di Ales e Terralba, pel R. D. FRANCESCO EMANUELLI, della diocesi di Ventimiglia, Protonotario Apostolico *ad instar,* Segretario dell'Arcivescovo di Cagliari e ivi Rettore del Seminario ;

Chiesa Cattedrale di Tuguegarao, pel R. D. MAURIZIO PATRIZIO FOLEY, Rettore della cattedrale di S. Agostino in America;

Chiesa Cattedrale di Antioquia, nella Colombia, pel R. D. MASSIMILIANO CRESPO, dell'arcidiocesi di Popayan, ivi Canonico della metropolitana;

Chiesa Cattedrale de Socorro, pel R. D. FRANCESCO CRISTOFORO TORO, della diocesi di Antioquia, ivi Vicario Capitolare, Canonico della cattedrale;

Chiesa Cattedrale di Natal, per Mons. GIOACHINO ANTONIO D'ALMEIDA, traslato dalla sede di Piahuy;

Chiesa Cattedrale di Catamarca, per Mons. BARNABA PIEDRABUENA, traslato dalla sede titolare vescovile di Cestro;

Chiesa titolare Vescovile di Cesarea di Filippo o Paneas, per Mons. ERMANNO ZSCHOKKE, Protonotario Apostolico od *instar participantium,* Canonico della Metropolitana di Vienna, deputato Ausiliare dell' Emo Card. Arciv. di Vienna ;

Chiesa titolare Vescovile di Derbe, pel Rev. ANGELO BARTOLOM ASI, dell'arcidiocesi di Torino, Canonico della collegiata e Professore nel liceo di Chieri, deputato Ausiliare dell'Emo Card. Arciv. di Torino;

Chiesa Cattedrale di Leavenworth, per Mons. GIOVANNI WARD, rettore di S. Maria Kansanopoli in detta diocesi di Leavenworth ;

*Chiesa Cattedrale di Portsmouth^* per Mons. GUGLIEMO TIMOTEO COTTER, traslato dalla chiesa titolare vescovile di Clazomene;

Chiesa Cattedrale di Alagôas, nella Republica Brasiliana, per Mons. EMANUELE ANTONIO OLIVEIRA LOPES, traslato dalla chiesa titolare vescovile di Tabe;

Chiesa titolare Vescovile di Esbon, per Mons. ROBERTO CALAI-MARIONI, della diocesi di Nocera Umbra, Protonotario Apostolico *ad instar participantium* e Vicario foraneo in *Gualdo-Tadino;*

Chiesa Cattedrale di Reggio Emilia, pel R. D. EDOARDO BRETTONI, dell'arcidiocesi di Firenze, ivi Professore di teologia morale e Direttore spirituale nel seminario maggiore, Canonico nella Basilica di S. Lorenzo.

Roma, 30 Novembre 1911.

La Santità di Nostro Signore Papa Pio X ha tenuto questa mattina pubblico Concistoro nel Palazzo Apostolico Vaticano, per dare il Cappello Cardinalizio agli Emi e Rmi Signori Cardinali: FALCONIO, GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, FARLEY, BOURNE, AMETTE, 0' CONNELL, DUBILLARD, DE ROVÉRIÉ DE CABRIÈRES, BISLETI, LUGARI, POMPILI, BILLOT, VAN ROSSUM, pubblicati nel Concistoro segreto del p. p. lunedì.

A tale oggetto i prefati Emi e Rmi Signori Cardinali, circa le ore dieci antimeridiane, si sono recati alla Cappella Sistina, ove dai Cappellani Cantori Pontificii si eseguivano i soliti mottetti, ed ivi alla presenza degli Emi e Rmi Signori Cardinali Capi d'Ordine, Cancelliere di S. R. Chiesa e Camerlengo del Sacro Collegio, hanno prestato il giuramento secondo le Costituzioni Apostoliche.

Intanto Sua Santità discesa con la Sua Nobile Corte nella Sala dei Paramenti, ove L'attendevano gli Emi e Rmi Signori Cardinali, il Principe Assistente al Soglio, gli Arcivescovi e Vescovi, i vari Collegi della Prelatura Romana, gli Officiali ed i Cubiculari, insieme al Segretario della S. C. dei Riti, al Promotore della Fede, agli Avvocati Concistoriali ed agli altri soliti ad intervenire alle solenni Pontificie funzioni, ha assunto le sacre vesti, e dalla Sala Ducale, salita sulla sedia gestatoria tra i flabelli, preceduta e seguita dai suddetti personaggi, si è portata all'Aula delle Beatificazioni, e ascesa sul Trono, ha dato principio alla solenne cerimonia.

Mentre dagli Emi e Rmi Signori Cardinali si prestava al Santo Padre l'atto di obbedienza, i Cappellani Cantori Pontifìcii intercalavano altri due mottetti di circostanza. Dopo di che i novelli Porporati, introdotti nell'Aula dai Signori Cardinali Diaconi, si sono presentati al Trono di Sua Santità, Cui hanno baciato il piede e la mano, ricevendone l'amplesso. - Abbracciati quindi dai loro Colleghi, si sono portati ad occu-

pare i posti a loro competenti. Quindi i novelli Porporati, fatto ritorno al Trono Pontificio, dalle mani di Sua Beatitudine hanno ricevuto colle solite formalità il Cappello Cardinalizio.

Durante questa cerimonia il Signor Avvocato Concistoriale Commendator Odoardo Marchetti, ha perorato per la prima volta la Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Venerabile Servo di Dio Giuseppe Cafasso, Sacerdote secolare di Torino.

Fatta questa perorazione, Monsignor Promotore della Fede ha innanzi a Sua Santità protestato. che la suddetta Causa fosse prima rimessa alla Congregazione de SS. Riti, e allora il Santo Padre ha risposto: *Ad Nostram Congregationem Rituum quae videat ac referat.*

Dopo ciò Sua Santità, levatasi in piedi e benedetti dal Trono gli astanti, ne discese, e preceduta e seguita dal Sacro Collegio, insieme ai novelli Porporati, nonché dai menzionati Personaggi, in sedia gestatoria ha fatto ritorno alla Sala dei Paramenti, dalla quale, dopo deposte le sacre vesti, è risalita con la Sua Nobile Corte nei Suoi appartamenti.

In seguito gli Emi Signori Cardinali si sono recati processionalmente alla Cappella Sistina, preceduti dai Cantori Pontificii, che cantavano l'inno Ambrosiano; finito il quale il Signor Cardinale sotto-decano ha recitata l'orazione *super creatos Cardinales,* e nell'uscire dalla Cappella i novelli Porporati hanno ricevuto dai loro Colleghi un secondo amplesso.

Terminato il Concistoro pubblico, ha avuto luogo, nell'Aula solita, il Concistoro segreto, in cui il Santo Padre, dopo chiusa la bocca, giusta il costume, agli Emi e Rmi Signori Cardinali novelli, ha proposto le seguenti Chiese:

Chiesa Cattedrale di Losanna e Ginevra, per il Rev. ANDREA BOVET, della stessa diocesi, ivi Professore nel Seminario di Friburgo e dottore in S. Teologia.

Chiesa Cattedrale de la Pace, per il Rev. EMANUELE GIUSEPPE PENA, Canonico penitenziere della Cattedrale di S. Croce de Sierra, dottore in S. Teologia e licenziato in Diritto canonico.

Chiesa titolare Vescovile di Arpasa, per il Rmo Mons. GIUSEPPE PFLUGER, Vicario generale di Vienna, deputato Ausiliare dell'Emo Nagl, arcivescovo di detta città.

Chiesa titolare Vescovile di Sofene, per il Rev. RICCARDO SEPULVEDA, Governatore ecclesiastico di Tenuco, e Vicario Generale di Mons. Vescovo di Concezione nel Chili.

Ha quindi Sua Santità annunziata la provvista delle seguenti Chiese, già fatte con Bolla o con Breve:

' *Chiesa titolare Arcivescovile di Damasco,* pel Rmo Mons. ANGELO GIACINTO SCAPARDINI, dell' Ordine dei Predicatori, promosso dalla sede cattedrale di Nusco.

Chiesa Arcivescovile di Perugia, pel Rmo Mons. GIOVANNI BEDA GARDINALE, traslato dalla sede titolare arcivescovile di Laodicea.

Chiesa titolare Arcivescovile di Laodicea di Frigia, pel Rmo Mons. SEBASTIANO HERSCHER, promosso dalla sede vescovile di Langres.

Chiesa titolare Arcivescovile di Pessinonte, pel Rev. D. ANTONIO BAUER, dell' Arcidiocesi di Zagabria, ivi Canonico della Metropolitana, deputato Coadiutore con futura successione dell'Arcivescovo di Zagabria.

Chiesa Arcivescovile di Amalfi, pel Rmo Mons. ANGELO MARIA DOLCI, traslato dalla sede arcivescovile titolare di Nazianzo.

Chiesa metropolitana di Colocza e Bács, pel Rmo Mons. GIOVANNI CSERNOCH, promosso dalla sede cattedrale di Csanada.

Chiesa titolare Arcivescovile di Ciò, pel Rmo Mons. GIOVANNI KEANE, traslato dalla sede arcivescovile di Dubuque.

Chiesa metropolitana di Filadelfia, pel Rmo Mons. EDMONDO FRANCESCO PKENDERGAST, promosso dalla sede titolare di Scillio.

Chiesa metropolitana di Kingston, pel Rev. D. MICHELE GIUSEPPE SPRATT, della stessa ardidiocesi ed ivi Rettore della chiesa di S. Michele di *Belleville.*

Chiesa metropolitana di Dubuque, pel Rmo Mons. GIACOMO GIOVANNI KEANE, promosso dalla sede vescovile di Cheyenne.

Chiesa titolare Arcivescovile di Nazianzo, per il Rmo P. DIONISIO SCHULER, già Ministro Generale dei Frati Minori dell'Unione Leoniana.

Chiesa Arcivescovile di Pondichery, pel Rev. ELIA GIOV. GIUSEPPE MOREL, della Società delle Missioni Estere di Parigi.

Chiesa Arcivescovile di Smirne, pel Rev. ANTONIO ZUCCHETTI, dei Minori Cappuccini.

Chiesa Arcivescovile di Scutari, pel Rmo Mons. GIACOMO SEREGGI, promosso dalia sede vescovile di Sappa.

Chiesa Arcivescovile di Tokio, pel Rev. FRANCESCO BONNE, della Società delle Missioni Estere di Parigi.

Chiesa Arcivescovile di Simia, pel Rev. EDOARDO GIOVANNI KENEALY, dei Minori Cappuccini.

Chiesa Arcivescovile titolare di Teodosiopoli, pel Rmo Mons. NICOLA MARCONI, promosso da Pulati.

Chiesa titolare Arcivescovile di Tiro, pel Rmo Mons. FRANCESCO NAGL, promosso dalla sede cattedrale di Trieste e Capo d'Istria, deputato Coadiutore con successione di S. E. il card. Antonio Gruscha arcivescovo di Vienna; già succeduto.

Chiesa titolare Arcivescovile di Nisibi, per il Rmo P. GREGORIO GOVRIK, Abate Generale della Congregazione Mekitarista di Vienna.

Chiesa titolare Arcivescovile di Calcedonia degli Armeni pel Rmo Mon-

signor PIETRO KOJUNIAN, promosso dalla sede di Alessandria d'Egitto, deputato Vescovo Ordinante per gli Armeni in Roma.

Chiesa Arcivescovile titolare di Acrida, pel Rmo GIUSEPPE ROCOSSIAN, nominato Ausiliare e Vicario di S. E. Mons. Paolo Pietro XIII Terzian, Patriarca Armeno di Cilicia.

Chiesa Arcivescovile di Mardm degli Armeni, per il Rmo D. IGNAZIO MALO JAN, della Congregazione Patriarcale di Bzommar.

Chiesa Vescovile titolare di Ariasso, pel Rev. GIULIO MOURY, della Società di Lione per le Missioni Africane, eletto Vicario Apostolico del nuovo Vicariato della Costa di Avorio.

Chiesa titolare Vescovile di Termesso, pel Rev. LUIGI CALZA, dell'Istituto di S. Francesco Saverio di Parma, eletto Vicario Apostolico dell' Ho-nan occidentale.

Chiesa Vescovile titolare di Arado, pel Rev. NOÈ GIUSEPPE TACCONI, del Seminario delle Missioni Estere di Milano, eletto Vicario Apostolico dell'Ho-nan meridionale.

Chiesa Vescovile titolare di Canno, pel Rev. GIOVENZIO HOSPITAL, degli Agostiniani, deputato Vicario Apostolico dell'Ho-nan settentrionale.

Chiesa titolare Vescovile di Antigonea, pel Rev. TEODORO ROOSMALEN, nominato Vicario Apostolico della Guyana Olandese.

Chiesa titolare Vescovile di Avara, pel Rev. COSTANZO JEANNINGROS, deputato Coadiutore del Vicario Apostolico della Cocincina orientale.

Chiesa Vescovile titolare di Antifre, pel Rev. GIUSEPPE BIGOLET, nominato Coadiutore del Vicario Apostolico del Tonkino occidentale.

Chiesa titolare Vescovile di Adrasso, pel Rev. FLORIANO DÉMANGE, nominato Vicario Apostolico di Tai-Kou.

Chiesa titolare Vescovile di Bagi, pel Rev. CELESTINO IBANEZ, dei Frati Minori, deputato Vicario Apostolico dello Scen-Si settentrionale.

Chiesa titolare Vescovile di Adraa, pel Rev. FRANCESCO SAVERIO DI ARENYS DE MAR, deputato Vicario Apostolico di Guam.

Chiesa titolare Vescovile di Castorio, pel Rev. MARIA AUGUSTO CHAPUIS, nominato Coadiutore con futura successione di Mons. Vescovo di Kumbakonam.

Chiesa Vescovile titolare di Olla, pel Rev. CARLO FRANCESCO LASNE, della Congregazione della Missione, nominato Coadiutore con futura successione del Vicario Apostolico del Madagascar meridionale.

Chiesa titolare Vescovile di Aspendo, pel Rev. LUIGI ELISEO FATIGUET, della Congregazione della Missione, nominato Vicario Apostolico del Kiam-Si settentrionale.

Chiesa titolare Vescovile di Siti fi, pel Rev. ALESSIO LEMAITRE, dei Missionari di Africa, deputato Vicario Apostolico del Sahara.

Chiesa titolare Vescovile di Mater, pel Rev. MATURINO GUILLEMÉ, dei Missionari di Africa, deputato Vicario Apostolico dei Nyassa.

Chiesa titolare Vescovile di Amiso, pel Rev. FRANCESCO BELLEVILLE, delia Società delle Missioni Estere di Parigi, deputato Vicario Apostolico del Tonkino meridionale.

Chiesa titolare Vescovile di Barbalisso, pel Rev. MAURIZIO FRANCESCO DUCOEUR, della Società delle Missioni Estere di Parigi, deputato Prefetto Apostolico del Kuam-Si.

Chiesa titolare Vescovile di Magnesia, pel Rev. LUIGI MUNSCH, della Congregazione dello Spirito Santo ed Immacolato Cuor di Maria, nominato Vicario Apostolico di Kilima-Njaro.

Chiesa titolare Vescovile di Anchialo, pel Rev. RAFFAELE PRESSUTI, dei Minori Cappuccini, deputato Vicario Apostolico di Arabia.

Chiesa titolare Vescovile di Berenice, pel R. P. OVIDIO CHARLEBOIS, degli Oblati di Maria Immacolata, deputato Vicario Apostolico del Keewatin.

Chiesa titolare Vescovile di Eurea, pel R. D. GIOVANNI BATTISTA MARIA DE GUEBRIANT, del Seminario delle Missioni Estere di Parigi, deputato Vicario Apostolico di Kientchang (Cina).

Chiesa titolare Vescovile di Batanea, pel Rmo Mons. MATTEO GIBNEY, traslato dalla sede cattedrale di Perth.

Chiesa titolare Vescovile di Car adro, pel R. P. MICHELE ANTONIO MARIA VUYLSTEKE, dei Predicatori, deputato Vicario Apostolico di Curaçao.

Chiesa titolare Vescovile di Tloe, pel Rmo Mons. EUGENIO KLEINER, traslato dalla sede cattedrale di Mysore.

Chiesa titolare Vescovile di Cerasonte, pel R. D. LUDOVICO ANNEAU, della Compagnia di Maria di Montfort, deputato Vicario Apostolico dello Shirè in Africa.

Chiesa titolare Vescovile di Tamasso, pel R. D. PAOLO ALBERTO FAVEAU, dell'Istituto dei Sacerdoti delia Missione, deputato Vicario Apostolico dei Ce-kiam occidentale.

Chiesa titolare Vescovile di Dorileo, pel Rmo Mons. FULGENZIO TORRES, Abbate di Nuova Norcia e Amministratore del Vicariato Apostolico del Kimberley.

Chiesa titolare Vescovile di Cerasa, pel R. P. LEONARDO DI S. ANDREA, passionista, deputato Coadiutore con successione di Mons. Enrico Doulcet, vescovo di Nicopoli.

Chiesa titolare Vescovile di Alali, pel R. D. GIUSEPPE FABRÈGUES, dell'Istituto dei Sacerdoti della Missione, deputato Vicario Apostolico del Ce-lì centrale.

Chiesa titolare Vescovile di Joppe, pel R. P. EUGENIO MASSI, dell'Ordine dei Frati Minori, deputato Vicario Apostolico dello Scian-Si settentrionale.

Chiesa titolare Vescovile di Capsa, pel R. P. GIUSEPPE SWEENS, dei Missionari d'Africa, Coadiutore con futura successione del Vicario Apostolico del Victoria-Nyanza meridionale.

Chiesa titolare Vescovile di Bubasti, pel R. P. AGOSTINO DURET, delle Missioni Africane di Lione, Vicario Apostolico del Delta del Nilo.

Chiesa titolare Vescovile di Isionda, per Mons. PIETRO AGOSTINO O'NEILL, traslato dalla sede cattedrale di Porto Luigi.

Chiesa titolare Vescovile di Zoara, pel R. D. RENATO MARIA GIUSEPPE PERROS, della Società delle Missioni estere di Parigi, Vicario Apostolico del Siam nell'Indocina.

Chiesa titolare Vescovile di Lampa, pel Rev. D. GIOVANNI PIETRO FAYOLLE, del Seminario delle Missioni Estere di Parigi, Coadiutore con futura successione del Vicario Apostolico del Se-ciuen merid.

Chiesa titolare Vescovile di Maronia, pel Rev. D. FILIPPO PERLO, dell'Istituto dei Missionari della Consolata di Torino, Vicario Apostolico del Kenia.

Chiesa titolare Vescovile di Ezani, per Mons. PIETRO VIGANO, Direttore del Seminario Lombardo per le Missioni Estere, traslato dalla Sede Cattedrale di Hyderabad.

Chiesa titolare Vescovile di Arcadiopoli, pel Rev. P. CELESTINO JOUSSARD, degli Oblati di Maria Immacolata, Coadiutore cou futura successione del Vicario Apostolico di Athabaska nel Canada.

Chiesa Cattedrale di Sappa, pel Rev. GroRGio KOLETZI.

Chiesa Cattedrale di Alessio, pel Rev. LUIGI BUMEI.

Chiesa Cattedrale di Perth, pel Rev. PATRIZIO GIUSEPPE CLUNE, dei Redentoristi.

Chiesa Cattedrale di Gibilterra, pel Rev. ENRICO GREGORIO TROMPSON, dei Benedettini della primitiva osservanza.

Chiesa Cattedrale di Mangalore, pel R. P. PAOLO PERINI, della Compagnia di Gesù.

Chiesa Cattedrale di Porto Luigi, pel Rev. GIACOMO ROMANO BILSBORROW, della Congregazione Benedettina Inglese.

Chiesa Cattedrale di Auckland, pel Rev. P. ENRICO GUGLIELMO GLEARY.

Chiesa Cattedrale di Candia, pel Rev. FRANCESCO GIUSEPPE SEMINARA, dei Minori Cappuccini.

Chiesa Cattedrale di Port-Victoria, per Mons. BERNARDINO TOMMASO CLARK, traslato dalla Chiesa Vescovile titolare di Tingi.

Chiesa titolare Vescovile di Tiberiade, pel Rev. BERNARDINO SHLAKU, nominato Coadiutore con successione di Mons. Vescovo di Pulati ; già succeduto.

Chiesa Cattedrale di Lismore, pel Rev. GIOVANNI CARROL, del Collegio Inglese.

Chiesa Cattedrale di'. Hyderabad, pel Rev. DIONISIO VISMARA, del Seminario delle Missioni Estere di Milano.

Chiesa Cattedrale di Iglesias, per Mons. GIUSEPPE DALLEPIANE, diocesano di Piacenza, ivi Canonico della Cattedrale, Vicario Generale.

Chiesa Cattedrale di Nusco, pel Rev. D. LUIGI PAULINI, diocesano di Udine e Canonico Penitenziere della Metropolitana.

Chiesa titolare Vescovile di Eucarpia, per Mons. GIOVANNI GARIGLIANO, diocesano di Torino, Vicario Generale di Aquila.

Chiesa Vescovile titolare di Gerocesarea, per Mons. GIOVANNI MARIA LAVAL, Vicario Generale di Nuova Orleans, deputato Ausiliare dell'Arcivescovo di Nuova Orleans.

Chiesa Cattedrale di Grenoble, per Mons. LUIGI GIUSEPPE MAURIN, Vicario Generale di Marsiglia.

Chiesa Cattedrale di Poitiers, per Mons. LUIGI HUMBRECHT, Arcidiacono di Besançon, ivi Vicario Generale.

Chiesa Cattedrale di Stisa, pel Rev. D. GIUSEPPE CASTELLI, della diocesi di Torino, Parroco e Vicario Foraneo in Cuorgné.

Chiesa Cattedrale di Cali in Colombia, per Mons. ELADIO PERLAZA, Arcidiocesano di Popayan e Vicario Generale in Cali.

Chiesa Cattedrale di Toledo in America, pel Rmo Mons. GIUSEPPE SCHREMBS, traslato dalla chiesa vescovile titolare di Sofene.

Chiesa Cattedrale di Bigione, pel Rev. GIACOMO LODOVICO MONESTÈS, Canonico della cattedrale di Agen.

Chiesa titolare Vescovile di Emesa, per Mons. GIORGIO DE LUCCHL della diocesi di Vicenza, Canonico Teologo della Cattedrale e professore nel Seminario.

Chiesa Cattedrale di Munster, per Mons. FELICE DE HARTMANN, della stessa diocesi, Decano del Capitolo e Vicario Capitolare, Protonotario Apostolico.

Chiesa Cattedrale di Regina, per Mons. OLIVIERO ELEAZARO MATHIEU, diocesano di Québec, Protonotario Apostolico, già Rettore dell'Università di Lavai a Québec.

Chiesa Cattedrale di Spalato, pel Rev. ANTONIO GJIVOIC, arcidiocesano di Zara, Canonico onorario della Metropolitana, Rettore del Seminario centrale teologico.

Chiesa titolare Vescovile di Scillio, pel Rev. RAMIRO FERNANDEZ Y VALBUENA, dell'archidiocesi di Toledo, ivi Canonico Penitenziere della Metropolitana, deputato Ausiliare dell'Emo Card. DE HERRERA Y DE LA IGLESIA, Arcivescovo di Compostella.

Chiesa titolare Vescovile di Comana, pel Rmo Mons. RAFFAELE SANDRELLI, traslato dalla Chiesa Cattedrale di Borgo S. Sepolcro.

Chiesa Cattedrale di Natchez, pel Rev. P. GIOVANNI E. GUNN, della Società di Maria, Rettore della chiesa del S. Cuore di Gesù nella città di Atlanta, diocesi di Savannah.

Chiesa Cattedrale di Zamboanga (Isole Filippine), pel Rev. MICHELE 0' DOHERTY, della diocesi di Achonry, Rettore del Collegio Irlandese di Salamanca.

Chiesa Cattedrale di S. Agata dei Goti, pel Rmo Mons. ALESSIO ASCALESI, traslato dalla Sede di Muro Lucano.

Chiesa Cattedrale di Dallas, pel Rev. GIUSEPPE PATRIZIO LYNCH, della stessa città di Dallas, Amministratore della diocesi e Rettore della Chiesa di S. Edoardo in Dallas.

Chiesa Cattedrale di Achonry, in Irlanda, pel Rev. PATRIZIO MORRISROE, Prefetto di disciplina nel Collegio Maynoothiano, nella stessa diocesi.

Chiesa Cattedrale di S. Luigi de Caceres nel Brasile, pel Rev. MODESTO AUGUSTO VIEIRA, arcidiocesano di Marianna, Parroco di Caratinga.

Chiesa Cattedrale di Uruguaiana nel Brasile, pel Rev. ERMETE GIUSEPPE PINHEIRO, Parroco nella città di Recife, arcidiocesi di Olinda.

Chiesa Cattedrale di Aracaju nel Brasile, pel Rev. GIUSEPPE TOMMASO GOMES DA SILVA, diocesano di Parahyba, Segretario della stessa diocesi e professore nel Seminario.

Chiesa Cattedrale di Floresta nel Brasile, pel Rev. ALVARO AUGUSTO DA SILVA, Parroco di S. Giuseppe nella città di Recife, arcidiocesi di Olinda.

Chiesa Cattedrale di Pelota, per Mons. FRANCESCO DE CAMPOS BARRETO, Parroco di S. Croce in Campinas, Arciprete del Capitolo Cattedrale e Procuratore generale della stessa diocesi di Campinas.

Chiesa Cattedrale di 8. Giorgio di Terranova, pel Rev. MICHELE FINTANO POWER, arcidiocesano di S. Giovanni di Terranova.

Chiesa Cattedrale di Lmcoln, per Mons. GIOVANNI ENRICO TIHEN, Vicario Generale di Wichita e Prelato Domestico di Sua Santità.

Chiesa Cattedrale di Moulins, pel Rev. Giov. BATT. PENON, Parroco decano di S. Maria Maddalena di Aix e Canonico onorario della stessa Metropolitana.

Chiesa Cattedrale di Arras, pel Rmo Mons. EMILIO LOBBEDEY, traslato da Moulins.

Chiesa Cattedrale di Giavarino, pel Rev. LEOPOLDO ARPAD VARADY, diocesano di Csanád, ivi Canonico della Chiesa Cattedrale.

Chiesa Vescovile di Csanád, per Mons. GIULIO GLATTFELDER, Arcidiocesano di Strigonia, Cappellano Segreto di onore di Sua Santità e professore di eloquenza sacra nella facoltà teologica dell'Università di Budapest.

Chiesa Cattedrale di Plymouth, pel Rev. GIOVANNI KEILY, Canonico delia stessa Cattedrale di Plymouth.

Chiesa Cattedrale di Troia, pel Rmo Mons. DOMENICO LANCELLOTTI, Visitatore Apostolico della stessa diocesi, traslato dalla Chiesa titolare di Delco.

Chiesa Cattedrale di Gran Varadino, di rito Latino, pel Rmo Mons. NICOLA SZÉCHENYI, translato da Giavarino.

Chiesa Cattedrale di Albenga, pel Rev. GIOSUÈ CATTAROSSI, di Udine, ivi Direttore Spirituale nel Seminario di Cividale.

Chiesa titolare Vescovile di Bistrate! Rev. EMILIO FERRAIS, di Verona, ivi professore nel Seminario, Vice-Cancelliere della Curia, deputato Ausiliare dell'Emo Cardinal Arcivescovo di Catania.

Chiesa titolare Vescovile di Mopsuestia, pel Rev. EMANUELE DA SILVA GOMES, Canonico della Metropolitana di Bahia, professore del Seminario, deputato Ausiliare del Vescovo di Fortalezza.

Chiesa Cattedrale di Chiavari, pel Rev. GIOVANNI GAMBERONI, arcidiocesano di Milano, Parroco di *Carate Brianza.*

Chiesa Cattedrale di Aversa, pel Rmo Mons. SETTIMIO CARACCIOLO DI TORCHIAROLO, traslato da Alife.

Chiesa Cattedrale di Squillace, per Mons. EUGENIO TOSI, arcidiocesano di Milano, Oblato de' Missionari di S. Carlo e Vicario Generale in Rimini.

Chiesa titolare Vescovile di Selinonte, per il P. ANGELO PORTELLI, dei Predicatori, deputato Ausiliare di Mons. Arcivescovo--Vescovo di Malta.

Chiesa Cattedrale di Cassano al Ionio, per Mons. GIUSEPPE ROVETTA, diocesano di Brescia, ivi Abbate parroco di Montichiari, Protonotario *ad instar participantium.*

Chiesa titolare Vescovile di Ortosia, per il Rev. SEBASTIANO LEME DA SILVEIRA CINTRA, Canonico della Metropolitana di S. Paolo nel Brasile, ivi Pro-Vicario Generale, deputato in Ausiliare dell'Emo Arcoverde Cavalcanti, Arcivescovo di Rio Janeiro.

Chiesa titolare Vescovile di Tiberiade, pel Rmo Mons. CARLO MAURIZIO GRAHAM, traslato dalla chiesa cattedrale di Plymouth. *

Chiesa Cattedrale di Corumba, pel Rmo Mons. CIRILLO DE PAOLA FREITAS, traslato dalla chiesa titolare vescovile di Eucarpia.

Chiesa titolare Vescovile di Elenopoli, per Mons. GIOVANNI BATTISTA NEUDECKER, Decano del Capitolo Metropolitano di Monaco, ivi Vicario Generale e Protonotario Apostolico *ad instar participantium,* deputato Ausiliare dell'Arcivescovo di Monaco.

Chiesa Cattedrale di Montes Claros nel Brasile, pel Rmo Mons. GIOVANNI ANTONIO PIMENTA, traslato dalla sede titolare vescovile di Pentacomia.

Chiesa titolare Vescovile di Sinope, per Mons. PIETRO GOEBL, arcidiocesano di Monaco e Frisinga, Canonico della Cattedrale di Augusta, ivi Vicario

Generale, Prelato Domestico di Sua Santità, deputato Ausiliare del Vescovo di Augusta.

Chiesa Cattedrale di Cariati, pel Rev. D. GIOVANNI SCOTTI, di Ischia, ivi Canonico della Cattedrale, professore e rettore del Seminario.

Chiesa Cattedrale di Vicenza, pel Rev. D. FERDINANDO RODOLFI, diocesano di Pavia, ivi Canonico teologo della Cattedrale, professore nel Seminario.

Chiesa Cattedrale di Sarsina, per Mons. EUGENIO GIAMBRO, Canonico penitenziere, Rettore del Seminario e Vicario Generale di Nicastro.

Chiesa Cattedrale di Langres, per Mons. OLIVIERO DE DURFORT-CIVRAÇ DE LORGE, della diocesi di Le Mans, Protonotario Apostolico *ad instar Participantium.*

Chiesa Cattedrale di Zacatecas nel Messico, pel Rev. MICHELE DE LA MORA, arcidiocesano di Guadalaxara, ivi Canonico magistrale della Metropolitana, Rettore del Seminario.

Chiese Cattedrali unite di Trieste e Capo d'Istria, pel Rev. D. ANDREA KARLIN, diocesano di Lubiana, ivi Canonico della Cattedrale.

Chiesa Cattedrale di S. Maria nel Brasile, per Mons. MICHELE DE LIMA VALVERDE, arcidiocesano di S. Salvatore della Bahia, ivi Canonico della Metropolitana e Vicario Generale.

Chiesa titolare Vescovile di Teuchira, pel Rev. D. GIOVANNI BATTISTA HiERL, diocesano di Ratisbona, ivi Canonico della Cattedrale, deputato Ausiliare del Vescovo di Ratisbona.

Chiesa Cattedrale di Corrientes, pel Rev. D. LUIGI NIELLA, della stessa diocesi, ivi Vicario foraneo a *Corrientes.*

Chiesa titolare Vescovile di Tacia, per Mons. CLETO CASSANI, arcidiocesano di Milano, già Amministratore Apostolico di Foligno, deputato Ausiliare dell'Arcivescovo di Sassari.

Chiesa titolare Vescovile di Cambisopoli, per Mons. GIUSEPPE BUTT, della diocesi di Westminster, Prelato Domestico di Sua Santità, Vice-rettore del Collegio Beda in Roma, deputato Ausiliare dell'Arcivescovo di Westminster.

Chiesa Cattedrale di Crema, pel Rmo Mous. BERNARDO PIZZORNO, traslato dalla sede titolare di Comana.

Chiesa Cattedrale di Spira, pel Rev. MICHELE FAULHABER, della diocesi di Erbipoli, Professore nella Università di Monaco.

Chiesa titolare Vescovile di Sura, per Mons. IGNAZIO RIEDER, dell'arcidiocesi di Salisburgo, Professore di teologia, deputato Ausiliare dell'Emo Arcivescovo di Salisburgo.

Chiesa titolare Vescovile di Teodosiopoli, per Mons. GUGLIELMO KLOSKE, dell'arcidiocesi di Gnesna e Posen, Canonico della Metropolitana di Gnesna, Rettore del Seminario e Officiale del concistoro generale Gnesnense.

Chiesa Cattedrale di Montefiascone, pel Rev. D. GIOVANNI ROSI, diocesano di Crema, Rettore e Professore nel Seminario.

Chiesa Cattedrale dei Marsi, pel M. R. PADRE PIO DA S. GIUSEPPE, arcidiocesano di Firenze, al secolo Marcello Bagnoli, Deflnitore generale dei Carmelitani Scalzi e Consultore delle Sacre Congregazioni del Concilio e dei Religiosi.

Chiesa titolare Vescovile di Cestro, pel Rev. EDOARDO DIONISIO KELLY, della diocesi di Detroit, ivi Parroco in *Anu Arbori,* deputato in Ausiliare di Mons. Vescovo di Detroit.

Chiesa Cattedrale di Bovino, per Mons. UBERTO MARIA FIODO, diocesano di Napoli, Prelato domestico di Sua Santità, già Vicario Generale e Capitolare in Città della Pieve e Amministratore Apostolico di Corneto e Civitavecchia.

Chiesa Cattedrale di Barino, pel Rev. EMIDIO TRENTA, di Ascoli Piceno, Canonico della cattedrale, Cancelliere vescovile, professore nel Seminario.

Chiesa titolare Vescovile di Porfirio, pel Rev. Padre AGOSTINO ZAMPINI, dei Romitani di S. Agostino, Provinciale della Toscana, promosso SACRISTA DI SUA SANTITÀ.

Chiesa Cattedrale di Salmas dei Caldei in Persia, per il Rev. D. PIETRO AZIZ Ho, diocesano di Mossoul, Parroco e Vicario Patriarcale in Aleppo.

Chiesa Cattedrale di Mardin dei Caldei, per il Rev. D. ISRAELE AUDO, diocesano di Mossoul, Parroco e Vicario Patriarcale in Bassorah.

Chiesa Cattedrale di Marasci degli Armeni, per Mons. AVEDIS ARPIARÍAN, traslato dalla Chiesa titolare arcivescovile di Anazarbo.

Chiesa Cattedrale di Erzerum degli Armeni, pel Rmo D. GIUSEPPE MELCRTSBDEGHIAN, Vicario Patriarcale nella stessa diocesi.

Chiesa Cattedrale di Muse degli Armeni, pel Rmo D. GIACOMO TOPUSSIAN, diocesano di Brussa ed ivi Vicario Generale.

Chiesa Cattedrale di Adana degli Armeni, per il Rmo D. PASQUALE KEKLIKIAN, diocesano di Brussa e Vicario Patriarcale in Adana.

Chiesa Cattedrale di Andra degli Armeni, per il Rmo D. GREGORIO BAHABANIAN, diocesano di Ancira, Parroco della chiesa degli Armeni in Livorno.

Chiesa Cattedrale di Cesarea di Cappadocia degli Armeni, per il Rev. D. ANTONIO BAHABANIAN, diocesano di Ancira ed ivi Parroco.

Chiesa Cattedrale di Trebisonda degli Armeni, per il Rmo D. GIOVANNI NASLIAN, diocesano di Karputh, Cameriere segreto soprannumerario e Rettore del Pontifìcio Collegio Leonino armeno in Roma.

Chiesa Cattedrale di Alessandria d'Egitto degli Armeni, per il Rmo D. GIOVANNI CouziAN, della Congregazione Patriarcale di Bzommar ed ivi Superiore.

Chiesa titolare Vescovile di Grazianopoli, per il R. D. ISAIA PAPADOPOULOS, di Costantinopoli, deputato per i cattolici di rito greco puro.

Chiesa titolare vescovile di Pella, per il Rev. D. TOMASO KURIALACHERRY, destinato Vicario Apostolico Siro-Malabarese di Changanachery.

Chiesa titolare vescovile di Arad, per il Rev. D. AGOSTINO KAUDATKIL, deputato Coadiutore con futura successione del Rmo Mons. Luigi Pareparambil, Vicario Apostolico Siro-Malabarese di Ernaculam.

In seguito Sua Santità ha aperto, secondo il consueto, la bocca ai novelli Porporati. Quindi si è fatta a Sua Beatitudine la postulazione del Sacro Pallio per le Chiese Metropolitane di *Vienna, Siena, Monaco e Frisinga, Burango, Peggio Calabria, Bourges, Taranto, Udine, Vancouver, Besançon, Mohilew, Brindisi, Lucca, Zara, Ottawa, Perugia, Amalfi, Colocza e Bács, Filadelfia, Kingston, Bubuque, Olinda, Portalegre nel Brasile, Cuy abé, Birmingham, Liverpool, Linares, Mechoacan, Pondichery, Smirne, Scutari, Tokio, Simia, Madras, Sidney;* nonché per le Chiese Cattedrali di *Troia, Verdun* e *Gand* per privilegio.

Finalmente il Santo Padre ha posto l'anello Cardinalizio ai prefati Cardinali, ed ha assegnato :

All'Emo FALCONIO, il titolo presbiterale di *S.Maria in Aracoeli;*
All'Emo GRANITO DI BELMONTE, quello di *S. Maria degli Angeli;*
All'Emo FARLEY, quello di *S. Maria sopra Minerva;*
All'Emo BOURNE, quello di *S. Pudenziana;*
All' Emo AMETTE, quello di *S. Sabina ;*
All'Emo 0'CONNELL, quello di *S. Clemente;*
All' Emo ROVÉRIÉ DE CARRIÈRES, quello di *S. Maria della Vittoria ;*
All' Emo BISLETI, la diaconia di *S. Agata de' Goti ;*
All'Emo LUGARI, quella di *S. Maria in Portico;*
All'Emo POMPILI; quella di *S. Maria in Bomnica;*
All'Emo BILLOT, quella di *S.Maria in Via Lata;*
All'Emo VAN ROSSUM, quella di *S. Cesareo.*

Ritiratasi Sua Santità nei Suoi appartamenti, ha ricevuto privatamente gli stessi Emi Porporati.

S. CONGREGATIO RITUUM

DUBIA.

Quum festum Commemorationis solemnis Sanctissimi Corporis D. N. I. C, ex Decreto 24 Iulii vertentis anni, amodo celebrandum sit cum octava privilegiata ad instar octavae Epiphaniae, Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna solutione insequentia dubia proposita fuerunt, nimirum:

I. Utrum, adveniente festo Commemorationis solemnis Sanctissimi Corporis D. N. T. C, continuari adhuc debeant octavae inchoatae: et an sua octava gaudeat festum aliquod duplex primae classis intra hanc octavam privilegiatam occurrens?

@ II. An dies octava praefatae Commemorationis solemnis Sanctissimi Corporis D. N. T. C. excludat duplicia primae classis occurrentia?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, audita Commissionis Liturgicae sententia, reque maturo examine discussa ac perpensa, ita respondendum censuit:

Ad I. Affirmative ad utrumque.

Ad IL Affirmative, excepto festo SS. Apostolorum Petri et Pauli.

Atque ita rescripsit die 17 Novembris 1511.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £6 S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

MELEVITANA. *(Meliten.).*

FUNERUM.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno octavo, die 28 Iulii **1911,** *RR. PP. DD. Ioannes Prior,* Ponens, *Aloisius Sincero, et Iosephus Mori, Auditores de Turno, in causa* « Melevitana - Funerum » *inter Capitulum Collegiatae Ecclesiae B. V. Immaculatae in Civitate* Conspicua, *appellans, repraesentatum per legitimum procuratorem Christophorum Astorri, et Revmum Can. D. Iosephum Azzopardi, Vicarium Curatum Perpetuum eiusdem Ecclesiae, repraesentatum per legiti-*

mum procuratorem Vincentium Sacconi, sequentem definitivam tulerunt sententiam.

In Civitate « *Conspicua* » Melevitanae dioecesis, anno 1822, Capitulum Collegiatae Ecclesiae B. Virginis sine labe Conceptae a Pio VII institutum fuit, et, Capitulo animarum cura habituali concredita, actualis cura Archipresbytero exercenda commissa est. Cum vero, lapsu temporis, compertum sit praebendas Canonicorum ex temporum calamitatibus valde imminutas fuisse, dum ex reditibus certis et incertis a cura actuali provenientibus Archipresbytero laute provisum erat, cumque insuper inter ipsos et Archipresbyterum controversiae exortae essent, praesertim super iure quod iste praetendebat ecclesiasticas functiones independenter a Capitulo ordinandi, ipsis Dignitariis et Canonicis expostulantibus, Pius VITI, an. 1830, sua Constitutione decrevit: « ut cura animarum praedicta, una « cum omnibus emolumentis certis et incertis ex illa quomodolibet pro- « venientibus, a praefato archipresbyteratu, postquam illum ex persona «tunc existentis Archipresbyteri quomodolibet vacare contigisset, per" « petuo dismembrata, cura eadem tam habitualis quam actualis, illius- « que liberum exercitium memorato Capitulo concederetur et uniretur, « exercenda tamen vel per dignitarios et canonicos per turnum vel per « presbyterum saecularem, Vicarium Curatum nuncupandum, a Capitulo « ipso deputandum et ad eius nutum amovibilem, sed ab Ordinario loci « prius examinandum et approbandum, cum congrua annua mercede ab « ipso Capitulo praefmienda, atque ut omnia emolumenta certa et in- « certa ab exercitio animarum huiusmodi provenientia, et ab archipre- « sbyteratu praedicto separanda, inter capitulares praedictos aequaliter, « comprehenso ipso Archipresbytero, nempe in octodecim aequales ratas « quomodolibet dividerentur ».

Huiusmodi Constitutionis executio, tamen, novis supervenientibus difficultatibus, effectum minime sortita est. Rebus autem cum Ordinario et Capitulo amice compositis, quaedam concorditer proposita, per Bullam Apostolicam Pii IX diei 1 Oct. 1850 sancita sunt, ut sequitur; « Scilicet quod firmae remaneant et confirmentur praefatae Litterae Pii « Papae Octavi praedecessoris, quoad ea quae unionem respiciunt curae « habitualis cum actuali favore praefati Capituli, moderato tamen eius « curae exercitio sequentibus legibus :

« 1.° Ut nempe cura actualis sic unita cum habituali exerceri de- « beat perpetuo et inamovibiliter a Vicario Curato, per Capitulum uni- « versum comprehenso Archipresbytero eligendo et per Ordinarium con- « firmando, modo et forma inferius decernendis.

« i° Ut ad Vicarium ipsum Curatum spectet tantum administratio

« Sacramentorum et quidquid memoratum actualis animarum curae « exercitium ei commissum stricte respicit: salvis et reservatis favore « Capituli caeteris iuribus et privilegiis, etiam super huiusmodi exerci- « tio, quae eidem Capitulo uti Ecclesiae Rectori debeantur; caetera vero « iura et privilegia eidem Capitulo uti Ecclesiae Rectori reservata sint « et remaneant........

« 7.° Et quoad reditus ex praefatae curae animarum exercitio prove- « mentes statutum fuit, ut ex reditibus huiusmodi tum certis tum incertis, « tercenta annua scutata monetae Melitensis, a quovis onere prorsus immu- « nia, Vicario Curato, loco congruae, perpetuo assignata remaneant, tributa « eidem Vicario potestate suos faciendi proventus ex oblationibus quas « vocant Paschalis Benedictionis derivantes; residui vero fructus, detracta « annua pensione antiqua perpetua aliorum quinquaginta scutatorum « monetae Melitensis, parisque Literis Apostolicis eiusdem Pii Papae Se- « ptimi praedecessoris ad favorem pro tempore existentis Rectoris Paro- « chialis Ecclesiae Casalis Dingli praefatae Melitensis Dioecesis reservata « reperitur, nec non dempta mercede pro duobus Vice-Parochis ab ipso « Capitulo deputandis et ad eius nutum amovibilibus, ac deducta deni- « que eleemosyna missarum pro populo, cedere debeant favore dignita- tum et canonicorum praefatorum, et inter eos distribui ad formam ea- « rumdem Literarum Pii Octavi praedecessoris ».

Alia non defuere dissidia, labente temporis cursu, et die 20 De- cemb. 1902 S. C. Concilii octo dubia a litigantibus proposita definitive solvit, inter quae primum erat: «An iuxta Constitutiones Apostolicas, «universa actualis animarum cura Vicario Curato competat in casu?» Cui responsum fuit: « Affirmative quoad exercitium ». Nondum tamen discordiae finis. Curia Melevitana die 3 Februarii 1905 ad propositam quaestionem : « Cui ius competat missam exequialem celebrandi, prae- « sente cadavere ? » reposuit : « Missam exequialem, praesente cada- « vere, celebrandam a Vicario Curato ». Deinde, die 28 Iunii 1907, eadem Curia aliam edidit sententiam, qua dubio proposito: «An ius benedi- « cendi cadavera, praecinendi antiphonam " *Exultdbunt* ", viamque et « horam determinare funeris deducendi, ad Vicarium Curatum pertineat « necne ?», respondit: «ius benedicendi defuncti corpus, praecinendi « antiphonam " *ExuUabunt* ", viam per quam deferendum est cadaver « declarare, horamque ad funus determinare, ad Vicarium Curatum, au- « dito tamen Capitulo quoad horam, pertinere ».

Appellatione interposita apud S. C. Concilii, responsum fuit mense Sept. « *Lectum* ». Insistente vero Capitulo, appellatio admissa est, et

H. S. Tribunali postea remissa, hodie disceptanda est sub sequentibus dubiis :

1.° An competat Capitulo Ecclesiae Collegiatae Civitatis Conspicuae ius inchoandi exequias per intonationem « *Exultabunt Domino* », ius adspergendi cadaver aqua benedicta, nec non horam et vias exequiarum designandi?

%° An constet de re iudicata favore Vicarii Curati relate ad ius celebrandi missam exequialem, praesente cadavere ?

3.° An Capitulo supradicto competat idem ius ad missam exequialem, praesente cadavere?

In iure inquirendum venit - quaenam potestas vicario perpetuo competat ex iure communi ? Deinde, an, et quomodo, respectu iurium de quibus in casu disputatur, coarctetur huiusmodi potestas per Apostolicas Constitutiones ?

iamvero ex iure communi, iuxta unanimem doctorum sententiam, quidquid potest parochus id potest et vicarius perpetuus in cura animarum sibi commissa exercenda. Licet parochus titularis non sit, tamen vero parocho in iure aequiparatur. Ita Schmalzgrueber, *lib. 1, tit, 28, n. 4,* inquirit: « Quale ius vicario perpetuo competat? - Resp.: Si in « ecclesia parochiali canonice sit institutus, acquirit ius reale, ac verum « titulum canonicum beneficii, non quidem directum, qui est penes re- « ctorem principalem cuius vices gerere dicitur, sed utilem pensionis, « ex annuis parochiae reditibus sibi assignatae. Hinc verum beneficium « habere censetur et *aequiparatur, ita ut quidquid de isto statutum est « in iure, etiam in ipso locum habeat.* In specie, - 1.° eidem competit « tota actualis potestas parochialis, et cura animarum per sacramento- « rum *aliorumque divinorum administrationem ex officio* administranda; « Barb., *Iur. Eccles., 1,3, c. 6, n. 28;* - ... 3.° Idem debetur ipsi honor, locus, « praerogativae, quae aliis parochis. Gonzal., in *Reg. 8, gloss. S, sect. 3, n. 29, « § 4.* Easdem habet obligationes, quas veri parochi iuxta reg. qui sentit *« 55 in 6, c.* ... Quorum omnium una eademque ratio est, quia ut initio « num. praec, dixi, et Clem. cit. statuitur, quidquid in iure dispositum « reperitur de parochis, etiam in perpetuis ecclesiarum parochialium « vicariis locum habet ». Sequitur ***I.*** *c. sub n. 5.* « An vicario perpetuo « administratio in divinis competat, etiam praesente rectore principali? « Ratio dubitandi est, quia, praesente eo cuius vices geruntur, cessat, « vel saltem minuitur potestas eius qui vices illius gerebat. Atqui vica- « rius, etiam perpetuus, vices gerit tantummodo rectoris principalis. « Ergo etc. Sed retinenda adhuc est affirmativa sententia, et dicendum « est, quod vicarius perpetuus, etiam praesente rectore principali, admi-

« nistrare parochiam in divinis possit. *Ita communis.* Estque hoc ita « verum, ut eo invito, rector principalis in administrationem sacramen- « torum *aliorumque divinorum,* se ingerere nec possit nec debeat, ut, « aliis relatis, admittit Laymann in c. *h. 2, tit., n. 2.* Ratio est, quia, ut « num. praec, dictum est, tota cura actualis vicario commissa est ; prin- « cipalis autem nonnisi habitu curam retinet: exercere autem curam « nemo potest, nisi actu eamdem habeat ». Rem Pichler, *lib. 1, tit. 28, n. 15:* « Ad vicarium perpetuum pertinet tota cura animarum, et exer- « citium iuris parochialis, ita ut rector ecclesiae, cui parochia incorpo- « rata est, se immiscere non debeat aut possit, vivente vicario et invito. « Ra communis; et ratio est, quia pastoralis cura actualis tota vicario « commissa est, *isque in omnibus aequiparatur parocho, adeo ut quid- « quid de parocho reperitur statutum in iure etiam intelligendum veniat « de vicario perpetuo.* Clem,, *un., h. t.* Ad summum, igitur, penes rectorem « principalem est cura animarum in habitu, penes vicarium autem in «actu; quamvis ad rectorem principalem pertineat exercitium iuris pa- « rochialis quoad forum externum et contentiosum in defendenda eccle- « sia, item reparatio fabricae, saltem si maiorem fructuum partem reci- « piat, ut adeo vicarius perpetuus *melius vocetur rector animarum quam « rector ecclesiae,* nisi et reliquam curam ex speciali commissione habeat «etiam pro foro externo». Ferraris, *verb. Vicarius Parochialis, n. 14:* « Vicarius perpetuus in sua parochiali ecclesia constitutus, habet eam- « dem potestatem quam verus parochus, seu praelatus ac rector ; ita « tamen ut tota cura actualis, seu quoad exercitium, competat vicario, « praelatus vero seu rector principalis nonnisi habitu curam retineat ». Pirhing, *lib. 1, tit. 28, n. 14 et 15:* « Porro sicut vicarii perpetui tenen- « tur ad onera parochorum, aliasque obligationes curae animarum « annexas, ita etiam eorumdem commodis gaudent, iuxta *reg. iur. 56 « in 6,* cum rectoribus parochialibus in iure aequiparentur, cit. Glem., *« unie. h. t.* ...... Vicarius perpetuus in parochiali ecclesia constitutus « eamdem potestatem habet quam verus parochus, ita ut tota cura « actualis, sive quoad exercitium, vicario commissa sit: . . . . Quamobrem « vicarius perpetuus . . . . vix quidquam dependet a rectore principali, « cum ius reale beneficii auctoritate Episcopi sit consecutus et cura « parochialis actu ipsi attributa sit, ideoque, ipso vicario invito, rector « principalis in ecclesia parochiali deservire, seu sacramenta admini- « strare non debet, nec potest; quia *nullus potest in animarum cura se « ingerere, nisi immediatum titulum ad illum habeat,* qualem non habet « rector principalis, cuius dignitati, canonicatui, accessorie et in perpe- « tuum annexa est ecclesia parochialis . . . . Et hinc rector principalis habet

« solum curam in habitu, *idque ex iuris quodammodo dispensatione, dum « permittit eum habere praebendam, oui annexa est ecclesia curata,* arg. c. « Praeterea *5, et c. ex Uteris 29, De offic, deleg., et 1, 2ff. de iurisdict. « omn. iud. ;* Fagnan. in *c. Exposuisti 3, n. 39, De Praebend.* ». Vecchiotti, *lib. 1, cap. 8, sect. 87,* « Illud vero compertum est ad vicarium parochia- « lem totam animarum curam et iura spiritualia pertinere, adeoque « licet nullum in beneficio ius ac titulum acquirat, tamen instar paro- « cbi habetur, et proprio et ordinario parocho comparatur ».

Quod iura seu officia de quibus disputatur, sive in levatione cadaveris sive in missa exequiali celebranda, sint parochialia, non est locus ambigendi. Glariss. Ojetti, *Synopsis Ber. Mor. et Iur. Pont. verb. Exequiae,* Haec habet: « Exsequiarum nomine veniunt iure nostro omnes illi ritus « quibus Ecclesia cadavera suorum fidelium cohonestat usque ad eorum « inhumationem. Quare exsequiae plura comprehendunt, scilicet levare « de domo cadaver, funus ducere, officium mortuorum recitare, missam « exsequialem peragere, benedictionem cadaveri impertiri, illudque in « loco sacro reponere . . . . . Ius levandi de domo cadaver, sepeliendi et « exsequias peragendi, ut ex dictis patet, pertinet ad parochum illius « loci, in quo defunctus domicilium vel quasi-domicilium habebat». Et *I. c, n. 2147:* « Ius autem sepulturae duobus constat, iure nempe « peragendi officium funebre super corpus defuncti et iure deponendi « corpus in loco sepulturae. Many, *Prael. de Locis Sacris, n. 155.* Porro « ius istud ab his doctoribus inscribitur in primis ecclesiis parochialibus *« (c. 1,10, tit. 28, lib. 3, X; c. 1, 2),* eiusdem *tit. (III, 12)* in *6; c. 2,* eiusdem *« tit. (III, 7)* in Clem. ».

« Quia parochus, ait Van Espen *(tit. de Sepult., 28, cap. 3, n 1 et « seqq.)* vita durante curam spiritualem suorum parochianorum susti- « net, ipsisque loco patris est, aequum est ut et defunctis iusta persol- « vat et locum sepulturae concedat. Et sicuti pro ipsis vivis orare et « sacrificium offerre debuit : ita convenit ut pro defunctis preces mis- « sasque offerat ». Et *I. c, cap. 5, n. 1 et seqj.:* « Ulterius ostensum est « ecclesiae parochiali de iure competere, ut in ea exequiae aliaque iusta «defuncto persolvantur, et parochum esse ordinarium exequiarum alio- « rumque officiorum defunctis impendendorum ministrum, eique ius «esse, ea defunctis suis parochianis administrandi, non secus ac Sa- « cramenta aliaque salutis remedia vita durante ». Notat Benedict. XIV *(Inst., 105, n. 125)* quod in cap. *Cum in ecclesia* de simonia, mortuorum exequiae cum sepulturis, benedictionibus nubentium aliisque sacramentis comparantur: « Necnon et pro sepulturis, et exequiis mor- « tuorum, et benedictionibus nubentium, seu aliis sacramentis ».

Quamvis successu temporis ius sepulturae, quod ex iure communi soli ecclesiae parochiali competit, aliis etiam ecclesiis iure speciali seu privilegiato concessa fuerit, non ideo ius exequias etiam peragendi concedi praesumitur. Ita Van Espen : « Dum ergo alicui ecclesiae sive loco « religioso indulta est sepultura, vel licentia dandi sepulturam iis qui « in illis inhumari elegerint, nequaquam propterea ipsi datum censetur « ius, ut ibidem, in praeiudicium ecclesiae parochialis, celebrentur exe« quiae, aliave officia ecclesiastica pro defunctis persolvantur.... quia a « iure communi non censetur recessum, nisi in quantum ipse tenor pri« vilegii exprimit, et exigit : imo dum ipsa verba privilegii sunt dubia, « iuxta indubitatas iuris regulas interpretanda sunt, ut quam minimum « a iure communi recedatur. Quod et ipsi Romani Pontifices significare « intendunt, inserendo clausulam - salva iustitia ecclesiarum a quibus « corpora assumuntur - cuius clausulae mentio fit in *Cap. 9 de Sepult.* « *(I.* c. *cap. 5, n. 2 et seq.)* ». Similia habet Pichler, *h. t. n. 4.* « Ratio est « quia fidelibus permissum est a iure, ut alibi v. g. in monasteriis eli« gant sibi sepulturam, sed - salva iustitia ecclesiarum a quibus corpora « assumuntur-, *cap. 9, eodem, h. e.* salvo iure parochialium ecclesiarum, « uti passim explicant Canonistae, et Sixt. IV in Mari Magno.... Sed ius « funerandi et exequias celebrandi pro parochianis numeratur inter iura « parochialia, ut tenent passim interpretes cum Abbat, in *cap. 9, citat.* « *n. 8* ». Certe saepissime aliis ecclesiis, praesertim regularibus, simul cum iure sepeliendi concessum est ius exequias persolvendi, in quo casu usque ad ianuas ecclesiae exemptae tantummodo potest parochus officium funebre super cadavere parochiani peragere, siquidem iuri communi derogatur per ius speciale. Verum est S. Rotam coram Goccino in decisione magistrali « •*Aversana funeralium* » diei 23 Iunii 1634, ubi doctissime explicat principium a *cap. 2, de Cappell. Monachor,* et a *cap. fin. de Archid,* deductum, quod parochus fundatam in iure habet intentionem nonnisi ad parochialia in ecclesiis intra fines parochiae sitis (V. S. R. Rot. *Segusina - Miss. Advenue,* diei 6 Aprilis 1909, et 5 Martii 1910 - *Act. Ap. Sed. an. 1909, n. 422; et 1910, n. 450),* declarasse ius funeralia in huiusmodi ecclesiis explendi non spectare ad parochum. At controversia de hac re resoluta est septuaginta annos postquam Coccinus praedictam decisionem protulit, per celebre Decretum *Urbis et Orbis* S. Rit. Congreg, diei 10 Dec. 1903, quod editum fuit «ad debi« tum imponendum finem controversiis, quae inter parochos et confra« ternitates eorumque capellanes et officiales super iuribus parochia« libus et functionibus ecclesiasticis, nonnullisque praeminentiis seu « praerogativis frequenter oriri solent ». In hoc Decreto, ad dubium

vigesimum : « An ad parochum spectet facere officium funebre super « cadaveribus sepeliendis in saepedictis ecclesiis et oratoriis publicis «confraternitatum?» respondetur: «Affirmative, quando tumulandus est « subiectus parocho intra cuius fines est ecclesia vel oratorium ». (Decret. *Authent.* S. R. Cong. *n. 2123).* Saeculis sequentibus huiusmodi ius parochiale confirmatum est decretis particularibus eiusdem S. Congregationis. Quaedam recentiora notamus: ita in *Casertana,* 7 Iulii 1877 *(Decret. Authen. n. 3423) : «* Nonnullis abhinc annis in Casertana Dioecesi quae« stio orta est parochos inter et capellanos confraternitatum quae publi« cum proprium oratorium a parochiali ecclesia seiunctum habent ; nimi« rum : ad quem spectet facere officium funebre supra cadavera quae ad «confraternitatum oratorium deferantur? Ad parochum nempe, an ad « capellanum ? Parochi contendunt huiusmodi officium facere ad ipsos « spectare quando defunctus est proprius subditus, iuxta Decret. S. Rit. « Congreg, in una *Urbis et Orbis* sub die 10 Decemb. 1703, ad dubium « vigesimum (ut supra). Capellani vero opponunt Decretum in *Mexi« cana* sub die 3 Sept. 1746 emissum, in quo statutum legitur quod, si « cadaver deferatur ad ecclesiam a parochiali distinctam, ad rectorem « seu capellanum huius ecclesiae, non vero ad parochum, spectat « officium funebre facere super corpus defuncti.... Dubium 1.um - Utrum « primo an secundo Decreto standum sit in exposita controversia, ut sic « liti parochos inter et confraternitates finis imponatur?» - Respondetur « Ad 1.um Stetur Decreto 10 Dec. 1703 ». In *Isolana,* diei 20 Nov. 1885 *(Decret. Authen. n. 3645)* ad 4.um : « Potestne tolerari consuetudo quae in « hac paroecia invaluit in ducendis funeribus confratrum S. Mariae a Pie« tate ; nimirum quod, ducto funere usque ad ianuam Oratorii confra« trum, parochus seu eius vicarius coram clero ac populo stola funebri « exuatur, capellanus vero suam stolam induat, in limine Oratorii « aspergat corpus aqua benedicta, et sic funus proprio marte prose« quatur, nullo respectu habito ad iura parochialia ? », respondetur: « Nega« tive; et detur Decretum *Urbis et Orbis* diei 10 Dec. 1703 ad 20 ». In *Theatina,* 24 Martii 1906, S. C. C. « Ad 2.um An responsio vigesima in Decreto *« Urbis et Orbis* diei 10 Dec. 1703 ad omnes subditos parochi referat, an « vero ad solos confraternitatibus adscriptos? », respondetur: « Affirmative « ad primam partem, negative ad secundam ». Clariss. Ojetti, in *Synopsi Rer. Mor. et Iur. Pont.,* hoc anno 1911 edita, ad *verb. Exsequiae, n. 2148,* scribit : « Si vero defunctus pertinet ad parochum loci, in quo sita est «ecclesia confraternitatis tumulantis, tunc parocho non solum ius est « levandi e domo cadaver, sed etiam in ipsa ecclesia confraternitatis «agendi exsequias, et exsequialem missam can tandi ».

Quae hucusque diximus, ostendunt ad parochum spectare totum officium funebre parochianorum explere, ac proinde ad ipsum spectat singulas partes peragere huiusmodi officii, quae in dubiis nobis propositis indicantur, et tanquam partes integrales officii funebris in Rituali Romano exhibentur. Expressa mentione etiam huiusmodi partes caeremoniae funeralis a Decretis SS. CC., et ab auctoribus qui de hac re scripserunt, parocho attribuuntur. Ita quoad caeremonias in levatione corporis peragendas statuit Decretum Generale S. Rit. Congr. *(Decret. Authen. n. 3854):* « S. Rit. Congregatio Ritualis Romani Rubricis plurimasque alias evulgatis decretis inhaerens declarat:...

« Ius et onus inesse semper, etiam praesente capitulo Cathedralis « Ecclesiae, extra hanc tamen, parochi induendi stolam et officia omnia « persolvendi super cadavere defuncti ad suam pertinentis ecclesiam, « usque dum e loco obitus ingressus fuerit ecclesiam tumulantem ». Alia eiusdem tenoris declaratio habetur in *Decret. Authen. n. 2685 :* « Ad 2... « Saepissime enim a S. Rit. Cong. declaratum fuit ad parochum spectare in « funeribus stolam deferre, aqua benedicta cadavera aspergere antequam « e domo efferantur, et antiphonam praecinere *Exultabunt Domino* ». Immo a S. C. Concilii, in *Gallien. Iurium Parochi* 20 Dec. 1828, declaratum fuit hoc ad illum pertinere in funeribus canonicorum Ecclesiae Cathedralis. Praecedentia vero parochi supra capitulum collegiatae statuta fuit a S. Rit. Cong. in *Faventina* 15 Sept. 1669, et alibi. S. C. C. in *Gallien,* die 20 Dec. 1828, ad dubium « An et ad quem spectet (ad parochum « defuncti, nempe, an vero ad primam dignitatem capituli) ius deferendi « stolam, aqua benedicta aspergendi cadavera, et praecinendi antipho- « nam *Exultabunt* in funeribus canonicorum Ecclesiae Cathedralis in « casu? » respondit: « Affirmative ad parochum defunctorum ».

Plures aliae resolutiones SS. Congregationum, quae eamdem regulam tradunt, videri possunt apud Pallottini, *verb. Cadavera art. 1.*

Idem docent auctores. Vecchiotti scribit: « In funeris deductione «parochus omnibus praeest, nisi capitulum ipsum accedat, quia tunc « huic praelatio, salvis in reliquis parochi iuribus, debetur. Verum ad « parochum solum spectat aqua benedicta cadaver aspergere antequam « de domo levetur, antiphonamque *Exultabunt* intonare ». *(lib. 3, cap. 1. n. 60).* Cf. etiam *1, c. sect. 62;* Barbosa, *De Parocho, lib. 3, cap. 27, n. 80;* Bouix, *De Parocho, pars 4, cap. 10, sect. 2, n. 2, 3,4;* D'Annibale, *Summ. Theol. Mor. vol. 3, n. 176, nota 80;* Berardi, *De Paroch. p. 2, c. 6, n. 777;* Pignatell., *t. 6, n. 8; cons. 59.*

Congruum est ut qui funus ducere debet, et vias et horam designet, ideoque et hoc ius parocho defuncti auctores attribuunt. Ferraris,

Biblioth. verb. Parochus, art. 3, n. 51. « Ad parochum spectat declarare, « per quam viam sit exportandus defunctus, et facere omnia necessaria « usque ad ianuam ecclesiae regularis, ubi sepeliendus est. S. G. EE. RR. « in *Castellateli.,* 3 Ian. 1594, apud Barbosa, *1. c. n. 9* ». Vecchiotti, *lib. 2, c. 5, sect. 62: «* Ad parochum defuncti pertinet viam declarare, per quam « cadaver exportan dum est ». Barbosa, *Summ. Apost. Decis. coli. 558.* « Pa« rocho spectat declarare per quam viam sit exportandus defunctus ». Pallottini, *verb. Cadavera, sect. 2, n. 81:* «Ad parochum praeterea spectat « ius destinare viam, per quam in associatione cadaveris incedendum est, « in Ordinis Praedic. Assoc. Cadaver, die 24 Ian. 1846 ». Et *I. c. n. 85,* refert resolutionem S. Rit. Cong. in *Ebredunen.* diei 25 Iunii 1695: «An spectet « ad parochum determinare viam, intonare psalmos, et functiones agere « usquequo cadaver pervenerit ad ecclesiam regularem ? » resp. « Affir« mative ». In *Adrien. - Funerum,* ad dubium « An et quomodo provi« dendum sit quoad horae designationem? », resp. S. C. G. die 8 Martii 1884: « Affirmative favore parochorum; tamen parochi curent consulere « quantum fieri potest Capituli commoditati ».

Sicut aequum non est ut parochus in iuris suo exercitio ab extraneis gravetur, ita et ipse aliorum commoditati consulere debet, ac proinde, interveniente ad funus capitulo collegiatae, ipsum audire oportet priusquam horam deducendi funus designet.

Non minus certum est celebrationem missae exequialis, praesente cadavere, ad parochum spectare, quia et ipsa est pars officii funebris in Rituali Romano praescripti. Neque huius officii desinit esse pars eo quod modo absoluto non praescribitur, sed certis in adiunctis, « si hora « non fuerit congruens », ut notat Melata *(De Iure paroch.p. 28),* « aut ali« qua necessitas obstet », omitti potest. Si enim propter aliquod necessitatis motivum non celebretur, omissio est et dicitur, non aliam ob rationem quam quia pars est officii ; si vero celebretur, ab illo celebrari debet, cui totius officii adimpletio de iure commissa est. Ferraris, *ad verb. Parochus, art. 2, n. 4,* ait: « Parochus facere debet offi« cium supra corpus defuncti, etiamsi adsint canonici Cathedralis in « sua parochiali ecclesia ». Et Pallottini, *verb. Cadavera, art. 2, n. 320 :* « Idcirco parochis competunt parochialia iura, absolutiones super « cadavere explendi, missam supra corpus defuncti celebrandi ». Iuxta clariss. Ojetti supra citat., hoc ius missam exequialem cantandi parochus conservat, non solum in ecclesia parochiali, sed etiam in ecclesiis confraternitatum intra fines parochiae, si defunctus ad suam parochiam pertinet. Vecchiotti scribit: ...... sunt muneri parochiali « adiuncta iura, sive quis in propria, sive in aliena ecclesia sepe-

« liatur. Quum quis in sua ecclesia sepelitur, parochi officium et «ius est cadaver e domo levare, funus deducere, funebre officium « coram defuncti cadavere praecinere, missam exequialem litare....». Et paulo post agens de funeribus obeundis in alia quam parochiali ecclesia, ait: « Si haec ecclesia proprium non habet rectorem, ea valent « quae supra diximus. Si proprium habeat rectorem, facile ex genera» libus iuris principiis statui potest, parochi esse corpus recto tramite, « scilicet de ecclesia parochiali ad ecclesiam tumulantem deducere, ibi« que officium et *missam exequialem, praetermisso rectore, praecinere,* et « corpus humo tradere. Nam iura parochialia a parocho in sua paroe« cia vel de eius licentia exercenda sunt » (V. etiam Nardi, *De Parochis, p. 501, nota).*

S. G. Concilii, in Nullius *Sublacen.,* 29 Ian. 1825, ad dubium propositum « Ad quem spectat (an ad capitulum, an vero ad vicarios cu« ratos, archipresbyterum et primicerium) cantare missam, peragere offi« cium et absolutiones super cadavere in casu? », resp.: « Affirmative in « omnibus ad archipresbyterum et primicerium». Et S. Rit. Cong., in *Nullius Montis Cassini* diei 7 Sept. 1861: « Ad 2. Celebratio missae in exe« quiis supra cadaver spectat ad parochum, vel alterum presbyterum, cui « munus huiusmodi sit a parocho commissum ». Item in *Qaltellinoren. Iur. Paroch.* S. C. C. die 19 Maii 1900: « Ad 5. An eidem parocho com« petat ius celebrandi missas praesente corpore et illas - dei termini etc. », resp.: « Affirmative in omnibus, dummodo celebrentur in sacello SSmi « Sacramenti (sacello videlicet parochiali in Ecclesia Cathedrali) ». Iura, igitur, de quibus in dubiis propositis fit quaestio, ad parochum spectant de iure communi, ac proinde uti vidimus, etiam de iure communi ad vicarium perpetuum. Quod reapse admittit in genere Capitulum in Deliberatione capitulari diei 17 Ian. 1907: « Il Capitolo ha deciso di non « poter riconoscere nel suo Vicario Curato i suddetti diritti - diritti tutti « spettanti ai soli parroci ».

Opponit enim Capitulum, Vicarium Ecclesiae B. V. Imm. in Civitate Conspicua, licet inamovibiliter sit constitutus, nullatenus iura vicariis perpetuis in genere tributa praetendere posse, cum ex Constitutione Pii PP. IX diei 1 Oct. 1850, executioni mandata anno 1852, cura actualis animarum Capitulo assignetur, dum Vicario committitur tantum administratio Sacramentorum, et in exercitio curae, quidquid huiusmodi exercitium stricte respicit, reservatis favore Capituli iuribus et privilegiis etiam super huiusmodi exercitio, quae eidem uti ecclesiae rectori debeantur. Verba Constitutionis sunt: « Firmae remaneant et confir« mentur praefatae Litterae Pii PP. VIII praedecessoris, quoad ea quae

« unionem respiciunt curae habitualis cum actuali favore praefati Capi-« tuli, moderato tamen eius curae exercitio sequentibus legibus. 1.° Ut « nempe cura actualis sic unita cum habituali exerceri debeat perpetuo « et inamovibiliter a Vicario Curato.....

« 2.° Ut ad Vicarium ipsum Curatum spectet tantum administratio « Sacramentorum et quidquid memoratum actualis animarum curae exer-« citium ei commissum stricte respicit: salvis et reservatis favore Capi-« tuli caeteris iuribus et privilegiis etiam super huiusmodi exercitio quae « eidem Capitulo uti Ecclesiae Rectori debeantur; caetera vero iura et « privilegia eidem Capitulo uti Ecclesiae Rectori reservata sint et rema-« neant ».

Prae oculis habendum est vicarium perpetuum fundatam habere intentionem in iure, sicut ipse parochus cui subrogatur, ad omnia illa quae parochorum propria sunt in cura animarum exercenda; ac proinde adversario eius incumbit onus probandi contrarium, quod si non stricte probetur, integrae manent facultates vicarii, quae ipsi de iure communi competunt. Uti ait Wernz, *tom. 2, par. 2, p. 694.* « Potestas et officium « ad totam actualem curam animarum huiusmodi vicariis perpetuis vel «temporaneis competit, nisi specialis exceptio stricte probari possit». Neque huic regulae in casu derogatur per verba Constitutionis Pontificiae mox citatae, quod scilicet «ad Vicarium spectat .... quidquid me-« moratum curae exercitium ei commissum *stricte* respicit ». Vicarius enim fundatam habet intentionem in iure ad omnia quae curae actualis exercitium stricte respiciunt. Et adversario qui ipsi iura quaedam ex illis quae ordinarie vicariis perpetuis competunt detracta esse praetendit, incumbit onus probandi quod talia iura curae animarum exercitium non stricte respiciunt. Quod si dubium probabile remanet, iura de quibus disputatur, vicario sunt adiudicanda.

Procul dubio cura animarum actualis penes Capitulum est, at non minus indubie ab eodem exerceri nequit: « Cura actualis, ait Constitu-« tio Apostolica, sic unita cum habituali, exerceri debet perpetuo et ina-« movibiliter a Vicario Curato »; et per sententiam S. C. C. diei 20 Decembris 1902 decisum fuit quod « iuxta Constitutiones Apostolicas *« universa actualis animarum cura,* quoad exercitium, Vicario Curato «competit in casu». Cura actualis, vero, sine facultate exercitii non confert titulum quo Capitulum sibi assumere potest iura quaedam quae vicariis perpetuis ex iure communi competunt. Ideo, enim, rector principalis, qui curam habitu retinet, non potest, invito vicario, in administrationem divinorum se ingerere, quia deest illi *titulus immediatus* ad curam exercendam, ita Pirhing, *supra cit. :* « Vicario invito,

« rector principalis in ecclesia parochiali deservire, seu Sacramenta « administrare non debet, nec potest; quia nullus potest in animarum « curam se ingerere, nisi *immediatum titulum* ad illam habeat, qualem « non habet rector principalis ». Ast illi, qui curam actualem retinet sine facultate exercitii, pariter deest titulus immediatus ad curam exercendam.

Rarus omnino est casus, in quo cura actualis rectori principali relinquitur per vicarium exercenda, nec de illo expresse loquuntur auctores. Ubi de cura actuali, prouti habituali opponitur, sermonem faciunt, illam supponunt unitam cum facultate exercitii, uti facile ex eorum verbis colligitur; promiscue enim loquuntur de cura animarum actuali et de eiusdem exercitio. Frustra, itaque, citantur favore capituli, quod facultate muneris exercendi caret. Ita Pignatellus, *Cons., 150, n. et 5:* « . . . . eiusmodi cura (animarum) pertinet de iure ad capitulum . . . . non « attento, quod *exercitium, sive administratio curae demandetur* vicario « perpetuo, vel alicui dignitati. Nam adhuc habitus a capitulo non au« fertur . . . . ». Et *I. c, n. 2:* « . . . . non est in arbitrio capituli abdicare a « se curam animarum, illumque in alium transferre *quoad habitum, sed « tantummodo id facere potest quoad exercitium,* ut per Gonzales etc. ». Ibidem, *n. 5: « . . . . non potest alteri demandari, nisi illius exercitium* ut « aliis firmat Gonzales, *cit. gloss., 8, n. 71 ».* Eodem modo loquitur Bouix, quem citat in sui favorem capituli patronus: « *(De Parocho,p. 1, sect. 4,* « c. *6, in fine).* Hinc patet quomodo distingui tuto queat, an ille qui « vicarii, capellani, curionis, aliove nomine curam animarum alicubi « exercet, verus sit parochus an non. Videndum, nempe, an eiusdem « parochiae existat aliquis principalis rector, et an is curam actualem « retineat. Si nullus talis existat principalis rector, vel si exstat qui« dem, sed cum habituali dumtaxat cura, pro vero parocho aestimandus « est vicarius-curatus, capellanusve, aut curio, qui *ad curam ibidem « exercendam* deputatus fuit ». Idem pro auctore sonat « cura actualis » et « curae exercitium ». Idem videri potest in verbis supra citatis Lucii Ferraris, videlicet: « ita tamen ut *tota cura actualis, seu quoad exerci« tium,* competat vicario . . . . ».

Reiffenstuel, *lib. 1, tit. 28, n. 27, 40 :* « Vicarius perpetuus in paro« chiali ecclesia constitutus eamdem potestatem habet quam verus pa« rochus: ita tamen ut *tota cura actualis, seu quoad exercitium,* com« petat vicario. Rector vero principalis nonnisi habitu curam retinet ». Pirhing, *lib. 1, tit. 28, n. 15:* « Vicarius perpetuus in parochiali ecclesia « constitutus eamdem potestatem habet, quam verus parochus, ita ut « *tota cura actualis, sive quoad exercitium,* vicario commissa sit ».

Neque magis iuvat intentum Capituli dispositio pontificia quod « ad Vicarium ipsum Curatum spectet tantum administratio Saeramen- « torum et quidquid memoratum (scilicet in praec, paragr.) actualis ani- « marum curae exercitium ei commissum stricte respicit ....». Siquidem universalis curae exercitium Vicario commissum est, ac proinde quidquid in cura actuali animarum ad exercitium proprie dictum, seu stricte dictum, ordinetur, id omnino Vicario tribuendum est. Iamvero, officia, de quibus in dubiis propositis est sermo, - intonandi antiphonam, aspergendi cadaver, designandi horam et viam exequiarum, celebrandi missam exequialem praesente cadavere - omnia ad exercitium proprie dictum curae animarum pertinent, ut ex iam dictis patet, sive quia partes integrantes sunt ritus ad refectionem animae parochiani defuncti a parocho vel eius subrogato peragendi, sive, ut in designatione viarum et horae, quia cum eorumdem parochialium muniorum adimpletione ex ipsius natura rei necessario connectuntur.

Sunt vero iura in cura actuali animarum comprehensa, quae tamen ad profectum vel solatium animarum non ordinantur, sive per se, sive ut partes integrales ritus vel administrationis, sive denique per necessarium nexum ex natura rei. Huiusmodi sunt fructus stolae, qui, iuxta Constitutionem Pii IX, cedunt favore dignitatum et canonicorum Capituli. Recolendum est enim primam ex rationibus, ob quas cura actualis ab Archipresbyteratu vi Constitutionis Pii VIII separata fuit et Capitulo commissa, hanc fuisse ut tenuitati praebendarum capitularium remedium afferretur per fructus a cura actuali provenientes ac proinde eamdem curam actualem, tanquam titulum auctae praebendae, Capitularibus conservari oportuit in Constitutione Pii IX.

Sane, formula illa indeterminata, « curae animarum actualis exer- « citium stricte dictum », interpretationem sumere debet ex illis quae sive in iure communi, sive in lege particulari, expresse statuuntur.

Quae vero habentur in verbis sequentibus Constitutionis Apostolicae «salvis et reservatis favore Capituli iuribus et privilegiis, *etiam «super huiusmodi exercitio,* quae eidem Capitulo uti *Ecclesiae Rectori* « debeantur; caetera vero iura et privilegia eidem Capitulo uti *Ecclesiae « Rectori* reservata sint et remaneant », nullam restrictionem continent muneris parochialis Vicario commissi. Vicarius enim perpetuus, vi officii sui, nunquam est ecclesiae rector: ut ait Pichler, *loco supra citato :* « Vi- « carius perpetuus melius vocatur rector animarum quam rector ec- « clesiae » ; nec proinde ad illum spectant iura propria ecclesiae rectoris. Constitutio Apostolica, igitur, in casu nihil amplius statuit, nisi quod in iure communi iam continetur.

Ad rectorem enim ecclesiae spectant ecclesiae iurium defensio, custodia clavium, suppellectilium etc., reparatio aedificii, necnon functiones quae non sunt parochiales, ad normam Decreti *Urbis et Orbis* diei 10 Dec. 1703, ubi praeter iura stricte parochialia, quaedam alia cum iisdem connexa parocho assignantur; uti, e. g., benedictiones mulierum et Fontis Baptismalis in resp. ad 2, et celebratio missae sollemnis feria quinta in Coena Domini, in resp. ad 8. - Notat Bened. XIV, *Instit., 105, n. 109:* « Certum est praeter haec iura parochialia, functiones alias recen- « seri, quae cum iisdem iuribus ita implicitae et connexae sunt, ut soli « parocho liceat ipsas in sua ditione exercere ». Et citat eodem loco S. Rotam coram Lancetta, *Decis. 988, n. 11:* « Domini procedendum esse « cum distinctione censuerunt: quatenus enim huiusmodi ius privativum « exercendi functiones ecclesiasticas respicit eas quae sunt de iure paro- « chiales, sane diversimode iudicari non potest, quam favore ipsius « parochi, ad quem proculdubio privative quoad quemcumque rectorem « alterius ecclesiae, vel oratorii, intra fines suae parochiae existentis, « earum exercitium spectat .... Quales vero et quot sint istae functiones, « quae parochiales dici non debent, sed sacerdotales, Domini non exi- « stimarunt singulariter explicare cum satis illae pateant ex praedictis « generalibus Decretis S. C. Rit. *Urbis et Orbis* anni 1703, a Sanctissimo « approbatis ». Et *I. c. n. 10:* « Huiusmodi vero Decreta, a SSmo D. N. « subinde confirmata, tanquam leges in quocumque Tribunali recepta « iam sunt, et praesertim in hoc nostro ». Distinctio haec inter iura capituli, tamquam ecclesiae rectoris, et illa canonici parochi, illustratur in responsionibus S. C. C. in *Galtellinoren., Iurium Parochialium* die 27 Iunii 1891 : Ad 2 « An Capitulum praeter functiones capitulares ius ha- « beat committendi uni vel alteri ex canonicis cum assistentia beneficiario- « rum, *vulgo domieri*, celebrationem aliarum functionum, scilicet missarum « festivarum vet defunctorum, novemdialium vel triduanarum precum, « processiones etc. ac stolae fructus inde percipiendi in casu? » resp.: « Affirmative, dummodo non agatur de functionibus et iuribus mere paro- « chialibus ». Et ad 3 « An canonicus curatus iure distincto frui possit in « defunctorum exequiis, capitulo assistente, et an acapitulo vel a canonico « curato perficiendae sint rituales absolutiones in casu? » Resp.: « Si aga- « tur de exequiis parochianorum, praecedentiam spectare ad canonicum « curatum ratione stolae, et rituales absolutiones spectare ad eumdem « ratione muneris : si vero agatur de aliorum exequiis omnia spectare « ad capitulum, scilicet praecedentiam et rituales absolutiones ». Quod praesentem causam attinet, sufficit adnotasse distinctionem, ad osten-

dendum verba allata Constitutionis Apostolicae non continere restrictionem iurium Vicarii in casu.

Quod heic agatur de iuribus mere honorificis, uti vellet cl. Capituli patronus, ac proinde Capitulo tanquam digniori adiudicandis, prorsus negandum est, ut ex iam dictis patet. Potius est quaestio de munere vel iure parochiali, quod utique in se qualitate honorifica non caret. Exploratum autem in iure est minus nobiles praeferri nobilioribus et dignioribus, ratione actus competentis ex officio, et in illius exercitio, - *I. 1, cap. de Offic. Vicar.;* Fehn., in *rubr. de maior, et obed. n. 2,* - simplex capellanus amovibilis ratione officii praecedere debet aliis sacerdotibus aetate ac promotione antiquioribus ex declaratione S. Congr. Rit. in *Nucerina, Paganorum,* die 16 Aprilis 1644. Imo ipse capellanus faciens officium cum superpelliceo et stola praecedit etiam ipsi rectori ecclesiae cui inservit; *Nucerina Paganorum,* die 11 Iulii 1637: *Macerateli.,* 10 Iunii 1656. Eadem ratione ipse Episcopus assistens cum cappa vesperis sollemnibus thurificatur post celebrantem iuxta Caeremoniale, *lib. 2, cap. 2,* (Cf. *Acta S. Sedis, vol. XI, p. 244).*

Tandem urget Capitulum, se iura in themate sua propria fecisse vi praescriptionis quadragenariae. Vix incoepta lite apud H. S. Tribunal, institit Capitulum ut fieret processus suppletorius ad materiam huius probationis colligendam; et acquieverunt iudices, ne ab initio actionis a propositione causae excluderetur quidquid speciem quamdam probationis praeseferre posset. Quamvis testimonia adducta factum quadragenariae continuae pacificae possessionis non plene evincere videntur, cum admodum difficile probatu sit (De Luca, *De Iudiciis, disc. 21, n. 32 et seqq.),* tamen a Vicarii patrono ultro admittitur. Vi autem praescriptiva caret, quia in ignorantia iuris dari et indubitati fundatur. Reputata est, scilicet, a Capitulo, tanquam titulus legitimus sibi reservandi munia haec parochialia, cura animarum actualis sine exercitio, quod Vicario perpetuo a Constitutione Apostolica tributum fuit. Hic, vero, non est titulus legitimus, seu causa habilis ex sese transferendi dominium iurium parochialium, neque in hac re ullum dubium iuris existit. Alium titulum possessionis Capitulum nou indicat, siquidem iura ipsius tanquam Ecclesiae Rectoris, a Constitutione Apostolica firmata, ad rem non faciunt. « Species proposita in quaestione *(De praescriptione « cum errore iuris),* ait Santi, Leitner, *tit 26, de praescript. n. 15,* esset « de eo qui rem habuit ex titulo, qui iure nullus erat, sed ex errore « reputatus est legitimus ». Scribit Ferraris, *Biblioth. verb. Usucapió, art. 2, n. 17.* « Ignorantia iuris dari et indubitati impedit bonam fidem et prae« scriptionem in utroque foro, etiamsi sit invincibili s seu inculpata ; sic

« fere communis doctorum sententia cum Glossa in *c. Apostolicae, verb.* *« Praescriptionis, de Donat. Abbas* in c. *De Quarta, n. 12, de Praescrip.,* « Covarruv. in *Regul. possessor, part. 2, sect. 9, n. 8;* Layman, *lib. 3,* *« Theol, Mor. sect. 5, t. 1, cap. 8, n. 11;* Lessius, *I. 2, Decr. tit. 26, n. 15;* « Pirhing, *ibid. n. 62 ;* Reiff., *ibid. n. 68 et seq.,* et alii passim, contra « paucos arbitrantes ignorantiam inculpatam iuris sufficere ad praescri- « bendum pro foro conscientiae ».

Erronee autem putat Capituli patronus per quadragenari am possessionem iura parochialia in casu posse praescribi sine titulo. Ad rem scribit Pignatelli, *vol. 6, cons. 59, n. 1:* «Huiusmodi canonici qui id « contra iuris dispositionem praetendunt, vel debent exhibere privile- « gium clarum et indubitatum, vel probare immemorabilem, aut saltem *« quadragenariam cum titulo,* ut requiritur ad praescribendum contra « iuris dispositionem, Gloss., in *cap. pervenit,* verb. *Census de censib.* « ibique Abbas *n.* 5, traditque Rota, *Decis. 97, n. 3, par. 1, Recen.,* et « apud Merlin., *Decis. 8, n. 7 ».* Rem Ferraris, *I. c, art 3, 9 :* « Secundo « requiritur titulus, quando ius commune resistit praescribenti, vel alias « habetur praesumptio contra ipsum, textu expresso in c. *1, de Praescript.* *« in 6,* ibi : " Licet ei qui rem praescribit ecclesiasticam, si sibi non est « contrarium ius commune, vel contra eum praesumptio non habeatur, « sufficiat bona fides, ubi tamen est ei ius commune contrarium, vel « habetur praesumptio contra ipsum, bona fides non sufficit, sed est « necessarius titulus qui possessori causam tribuit praescribendi, nisi « tanti temporis allegetur praescriptio, cuius contrarii memoria non exi- « stat " : praescriptio autem immemorabilis ea dicitur, cuius contrarii-, « vel initii memoria non exstat, et contra quam nihil unquam actum, « visum vel auditum fuerit ».

Cum Bulla Apostolica Pii IX, qua commissum fuit Vicario perpetuo exercitium curae in casu, anno 1850 promulgata fuerit et anno 1852 exsecutioni mandata, vix 50 annos i. e. ante sententiam S. C. C. de exercitio curae prolatam et consequentem reclamationem huiusmodi iurium a Vicario factam, de immemorabili praescriptione in casu non potest esse quaestio. Ius commune, vero, palam resistit Capitulo in casu, ut ex iis quae iam dicta sunt plane liquet.

Quod ad quaestionem spectat sub dubio secundo positam : - An constet de re iudicata favore Vicarii Curati relate ad ius celebrandi missam exequialem praesente cadavere ? - notanda sunt in re facti : sententiam Curiae Episcopalis prolatam fuisse die 3 Februarii an. 1905, partibus vero ex officio nunquam fuisse communicatam usque ad diem 13 Iulii 1907, ut ex declaratione authentica eiusdem Curiae constat; appellationem a Capi-

tulo contra episcopalem sententiam interpositam fuisse die 17 Iulii 1907. In iure, vero, uti fert communis sententia doctorum, decendium fatalium, seu tempus utile ad appellandum, non incipit decurrere a momento sententiae prolatae, sed a momento cognitionis obtentae de lata sententia (v. Bouix, *De iud. pars 2, cap. 9, n. 8).* Haec cognitio autem non casu praesumitur haberi, sed, ut fieri solet in aliis iudicii actis, ex participatione officiali Tribunalis quae sententiam tulit. Ita, e. g., in *Codice Gregoriano 10 Nov. 1834, n. 1178 :* « Nel caso di appello il termine a fare « opposizione decorrerà dal giorno in cui sarà notificata la sentenza ». Et in Reg. Serv. S. R. Rotae, *can. 236, n. 1:* « Appellatio interponenda « est intra decem dies qui decurrunt a sententiae aut a decreti notifi« catione ». Tempore utili, itaque, appellatio facta est, et sententia in rem iudicatam non transiit.

Quibus omnibus perpensis, Christi nomine invocato, Nos, infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, constare de iure Vicarii Curati in casu inchoandi exequias per intonationem antiphonae « *Exultabunt Domino* », adspergendi cadaver aqua benedicta, necnon horam et vias exequiarum designandi, Capitulo audito quoad horam: item constare de iure eiusdem missam exequialem praesente cadavere celebrandi, quamvis sententia Curiae Episcopali favore ipsius in rem iudicatam non transiit : seu ad proposita dubia respondemus :

Ad 1. *Negative in omnibus sed haec iura competere Vicario Curato, audito tamen Capitulo quoad horam designandam.*

Ad 2. *Negative.*

Ad 3. *Negative, sed hoc ius competere Vicario Curato in casu.*

Statuimus, praeterea, expensas iudiciales praesentis instantiae apud S. R. Rotam compensandas esse inter partes.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et Ministris tribunalium, ad quos spectat, ut executioni mandent.hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3, Sess. XXV, de Reform.* Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, e Sede Tribunalis, die 22 Iulii 1911.

Ioannes Prior, *Ponens.*
Aloisius Sincero.
ioseph Mori.

L. £B S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ORDINARIA PARTICOLARE.

11 giorno 21 Novembre 1911, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si tenne la Congregazione Ordinaria Particolare dei Sacri Riti, nella quale furono sottoposte al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali e dei Rmi Prelati componenti la medesima, le seguenti Cause:

1. Intorno al Processo costruito con autorità Ordinaria ed Apostolica nella Curia di Torino sopra un miracolo che si asserisce operato da Dio per intercessione del Venerabile Giuseppe Benedetto Cottolengo :

2. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari costruiti per la Causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Maria Francesca di Sales Chappuis, Superiora del Monastero della Visitazione in Troyes :

3. Intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costruito nella Curia di Parigi intorno alla fama di santità della vita, delle virtù e dei miracoli in generale della Ven. Caterina Labouré, delle Figlie della Carità:

4. E finalmente intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano Vili, non mai prestato al Ven. Pasquale Attardi, prete secolare di Napoli.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con biglietti della Segreteria di Stato in data *30 Novembre 1911,* il Santo Padre, Pio X, si è benignamente degnato di assegnare le seguenti Sacre Congregazioni ai nuovi Emi e Revmi Cardinali che nel Concistoro dello stesso giorno hanno ricevuto il Cappello Cardinalizio :

Al Signor Cardinale Diomede Falconio, le Sacre Congregazioni dei Religiosi e di Propaganda Fide;

Al Signor Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, le Sacre Congregagazioni Cerimoniale e degli Affari Ecclesiastici Straordinari;

Al Signor Cardinale Giovanni Maria Farley, Arcivescovo di New-York, le Sacre Congregazioni Concistoriale e di Propaganda Fide;

Al Signor Cardinale Francesco Bourne, Arcivescovo di Westminster, le Sacre Congregazioni del Concilio e Cerimoniale;

Al Signor Cardinale Leone Adolfo Amette, Arcivescovo di Parigi, le Sacre Congregazioni dei Sacramenti e dei Riti;

Al Signor Cardinale Guglielmo O' Connell, Arcivescovo di Boston, le Sacre Congregazioni del Concilio e degli Studi;

Al Signor Cardinale Francesco Virgilio Dubillard, Arcivescovo di Chambéry, le Sacre Congregazioni dei Riti e degli Studi;

Al Signor Cardinale Francesco Maria Anatolio de Rovérié de Cabrières, Vescovo di Montpellier, le Sacre Congregazioni dei Religiosi e Cerimoniale.

Al Signor Cardinale Gaetano Bisleti, le Sacre Congregazioni dei Religiosi e della Reverenda Fabbrica di San Pietro;

Al Signor Cardinale Giovanni Battista Lugari, le Sacre Congregazioni del Concilio e dell'Indice;

Al Signor Cardinale Basilio Pompili, le Sacre Congregazioni del Concilio e degli Affari Ecclesiastici Straordinari;

Al Signor Cardinale Ludovico Billot, le Sacre Congregazioni dei Sacramenti e degli Studi;

Al Signor Cardinale Guglielmo Van Rossutn, le Sacre Congregazioni dei Religiosi e dell'Indice.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre, Pio X, si è degnato nominare:

30 Novembre 1911. — Mons. Vittorio Amedeo Ranuzzi De Bianchi, Arcivescovo titolare di Tiro, Suo Maestro di Camera;

— Mons. Domenico Serafini, Arcivescovo di Spoleto, Assessore della Sacra Congregazione del Santo Offizio.

Con biglietti della Segreteria di Stato in data *7 novembre 1911*, il Santo Padre si è degnato destinare i seguenti Illmi e Revmi Monsignori a portare, in qualità di Ablegati apostolici, la Berretta Cardinalizia ai sottonominati Prelati residenti all'estero, che verranno insigniti della Sacra Porpora nel Concistoro Segreto del 27 corrente mese, e le seguenti Sue Guardie Nobili come Corrieri di Gabinetto a recare ai medesimi Prelati, insieme allo Zucchetto Cardinalizio, l'annunzio della loro elevazione alla Sacra Porpora:

Mons. Lorenzo Lauri ed il Sig. Marchese Luigi Barbi all'IUmo e Revmo Mons. Giuseppe Maria Cos y Machio, Arcivescovo di Valladolid.

Mons. Alessandro Solari ed il Sig. Marchese Luigi Lepri all'IUmo e Revino Mons. Antonio Vico, Arcivescovo titolare di Filippi e Nunzio Apostolico di Spagna.

Mons. Giuseppe Pescini ed il Sig. Marchese Alfonso Serlupi all' Ululo e Revmo Mons. Francesco Bauer, Arcivescovo di Olmütz.

Mons. Vincenzo Bianchi Cagliesi ed il Sig. Marchese Giuseppe Nannerini all'IUmo e Revino Mons. Enrico Almaráz y Santos, Arcivescovo di Siviglia.

Mons. Francesco Rossi Stockalper ed il Sig. Conte Paolo Datti allTllmo e Revmo Mons. Francesco Nagl, Arcivescovo di Vienna.

Con biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

11 Novembre 1911. — Mons. Angelo Rotta, Aiutante di studio della Sacra Congregazione dell'Indice.

13 Novembre. — Mons. Algernon Carlo Stanley, Vescovo titolare di Emmaus, Consultore della S. Congregazione Concistoriale.

La Santità di nostro Signore, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata nominare:

Vescovo Assistente al Soglio :

8 Novembre 1911. — Mons. Francesco Maturino Guichard, Vescovo titolare di Torone e Vicario Apostolico di Kui-tcheou.

Prelati domestici di S. S. :

4 Novembre 1911. — Il Rev. Raffaele Calabrese, Canonico della collegiata di Campo Salentino, diocesi di Lecce.

9 Novembre. — Il Rev. Bernardo Mac Loughlin, Vicario Generale della diocesi di Derry.

13 Novembre. — Mons. Pietro Zundl, Canonico della metropolitana di Colocza.

15 Novembre. — 11 Rev. Leone Croutelle, Canonico della cattedrale di Plymouth.

— Il Rev. Arturo de Stoop, Professore di Teologia e Sacra Scrittura nel Seminario di Leeds.

ONORIFICENZE.

Il Santo Padre, con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno:

9 Novembre 1911. — Al Sig. Vittore de Stuers, membro della Seconda Camera degli Stati Generali all'Aia.

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

30 Ottobre 1911. — Al Sig. Ernesto Gerlach, Regio rappresentante nel circondario di Kattowitz.

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

16 Novembre 1911. — Al Sig. Colonnello Ugo Huiler, Comandante il 2° Reggimento di fanteria Bavarese.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

10 Novembre 1911. — Al Sig. Carlo Edmondo Fox, Gran Giudice dell' Alta Corte di Birmania.

15 Novembre. — Al Sig. Barone Francesco Ernesto Alessandro van Hövell tot Westenflier, di Utrecht.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

• *16 Novembre 1911.* — Al Sig. Massimiliano Pflaumer, Luogotenente del 21 Reggimento di fanteria Bavarese.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

10 Novembre 1911. — Al Sig. Carlo Edoardo Brown, domiciliato a Rangoon (Birmania meridionale).

— Al Sig. Giovanni Guglielmo Darwood, delia Birmania meridionale.

U Novembre. — Al Sig. Vittorio Giuseppe Mariano, di Rangoon (Birmania meridionale).

— Al Sig. Dott. Emanuele Maciel de Souza, domiciliato a Rangoon (Birmania meridionale).

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE.

La Santità di Nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari :

6 Novembre 1911. — Mons. Vincenzo Caperna, della diocesi di Veroli.

— Mons. Vincenzo Jaco vacci, della medesima diocesi.

— Mons. Raimondo Hourcastagné, della diocesi di Bayonne.

— Mons. Giuseppe Panzavolta, della diocesi di Forlì.

8 Novembre. — Mons. Antonio Melomo, della diocesi di Cassano all'Ionio.

10 Novembre. — Mons. Vincenzo Bianchi Cagliesi.

— Giovanni Früngel, della diocesi di Vacz.

Camerieri d'onore in abito paonazzo :

8 Novembre 1911. — Mons. Rosario Lapaglia, della diocesi di Caltanisetta.

NECROLOGIO

18 Novembre 1911. - Mons. Francesco Maria Traina, Vescovo di Patti.

22 Novembre. — Mons. Pietro Maria Stefano Ardin, Arcivescovo di Sens.

— Mons. Giovanni Valyi, Vescovo di Esperies (Ungheria) di rito greco-ruteno.

23 Novembre. — Mons. Gaetano Caporali, Arcivescovo di Otranto.

25 Novembre. — Mons. Michele Lucibello, Vescovo di Terme, Ausiliare di Amalfi.

Annus III. - Vol. III. Die 20 Decembris 1911. Num. 17.

ACTA^POSTOOCMM

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

CONSTITVTIO APOSTOLICA

DE NOVA PSALTERII IN BREVIARIO ROMANO DISPOSITIONE

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Divino afflatu compositos Psalmos, quorum est in sacris litteris collectio, inde ab Ecclesiae exordiis non modo mirifice valuisse constat ad fovendam fidelium pietatem, qui offerebant *hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitendum nomini eius* [1]*;* veram, etiam ex more iam in vetere Lege jecepto in ipsa sacra Liturgia divinoque Officio conspicuam habuisse partem. Hinc illa, quam dicit Basilius, nata *Ecclesiae vox*[2]*,* atque psalmodia, eius *hymnodiae filia,* ut a decessore Nostro Urbano VIII appellatur [3], *quae canitur assidue ante sedem, Dei et A gm,* quaeque homines, in primis divino cultui addictos docet, ex Athanasii sententia, *qua ratione Deum laudare oporteat quibusque verbis decenter* confiteantur [4]. Pulchre ad rem

[1] ***Hebr.*** 13, 15.

[2] Homil. in Ps. 1 n. 2.

[3] Bulla « *Divinam psalmodiam* ».

[4] Epist. ad. Marcellinum in interpret. Psalmor. n. 10.

Augustinus : *U t bene ab homine laudetur Deus, laudavit se ipse Deus; et quia dignatus est laudare se, ideo invenit homo, quemadmodum laudet eum* [1].

Accedit quod in Psalmis mirabilis quaedam vis inest ad excitanda in animis omnium studia virtutum. Etsi enim *omnis nostra Scriptura, cum vetus tum nova, divinitus inspirata utilisgue ad doctrinam est, ut scriptum habetur; ... at Psalmorum liber, quasi paradisus omnium reliquorum* (librorum fructus) *in se continens, cantus edit, et proprios insuper cum ipsis inter psallendum exhibet.* Haec iterum Athanasius [2], qui recte ibidem addit : *Mihi quidem videtur, psallenti Psalmos esse instar speculi, ut et seipsum et proprii animi motus in ipsis contempletur, atque ita affectus eos recitet*[3]. Itaque Augustinus in Confessionibus : *Quantum,* inquit, *flevi in hymnis et canticis tuis suave sonantis Ecclesiae tuae vocibus commotus acriter! Voces illae influebant auribus meis et eliquabatur veritas in cor meum et eœaestuabat inde affectus pietatis et currebant lacrimae et bene mihi erat cum eis* [4]. Etenim, quem non moveant frequentes illi Psalmorum loci, in quibus de immensa maiestate Dei, de omnipotentia, de inenarrabili iustitia aut bonitate aut clementia de ceterisque munitis laudibus eius tam alte praedicatur? Cui non similes sensus inspirent illae pro acceptis a Deo beneficiis gratiarum actiones, aut pro exspectans humiles fidentesque preces, aut illi de peccatis clamores paenitentis animae? Quem non admiratione psaltes perfundat, cum divinae benignitatis munera in populum Israel atque in omne hominum genus profecta narrat, cumque caelestis sapientiae dogmata tradit? Quem denique non amore inflammet adumbrata studiose imago Christi Redemptoris, cuius quidem Augustinus [5] *vocem in omnibus*

[1] In Psalm. 144 n. 1.
[2] Epist, ad Marceli, cit. n. 2.
[3] Op. cit. n. 12.
[4] Lib. IX cap. 6.
[5] In Ps. 42 n. 1.

Psalmis vel psallentem, vel gementem, vel laetantem in spe, vel suspirantem in re audiebat?

Iure igitur optimo provisum est antiquitus, et per decreta Romanorum Pontificum, et per canones Conciliorum, et per monasticas leges, ut homines ex utroque clero integrum Psalterium per singulas hebdomadas concinerent vel recitarent. Atque hanc quidem legem a patribus traditam decessores Nostri S. Pius V, Clemens VIII, Urbanus VIII in recognoscendo Breviario Eomano sancte servarunt. Unde etiam nunc Psalterium intra unius hebdomadae spatium recitandum foret integrum, nisi mutata rerum condicione talis recitatio frequenter impediretur.

Etenim procedente tempore continenter crevit inter fideles eorum hominum numerus, quos Ecclesia, mortali vita defunctos, caelicolis accensere et populo christiano patronos et vivendi duces consuevit proponere. In ipsorum vero honorem Officia de Sanctis sensim propagari coeperunt, unde fere factum est, ut de Dominicis diebus deque Feriis Officia silerent ideoque non pauci neglegerentur Psalmi, qui sunt tamen, non secus ac ceteri, ut Ambrosius ait [1] *benedictio populi, Dei laus, plebis laudatio, plausus omnium, sermo universorum, vox 'Ecclesiae, •fidei canora confessio, auctoritatis plena devotio, libertatis laetitia, clamor iucunditatis, laetitiae resultatio.* De huiusmodi autem omissione non semel graves fuerunt prudentum piorumque virorum querimoniae, quod non modo hominibus sacri ordinis tot subtraheretur praesidia ad laudandum Dominum et ad intimos animi sensus ei significandos aptissima; sed etiam quod optabilis illa in orando varietas desiderantur, ad digne, attente, devote precandum imbecillitati nostrae quam maxime opportuna. Nam, ut Basilius habet, *in aequalitate torpescit saepe, nescio quomodo, animus, atque praesens absens est: mutatis vero et variatis psalmodia et cantu per singulas horas, renovatur eius desiderium et attentio instauratur* [2].

[1] Enarrat, in Ps. 1 n. 9.
[2] Regulae fusius tractatae, interrog. 37 n. 5.

Minime igitur mirum, quoü complures e diversis orbis partibus sacrorum Antistites sua in hanc rem vota ad Apostolicam Sedem detulerunt, maximeque in Concilio Vaticano, cum hoc inter cetera postularunt, ut, quoad posset, revocaretur consuetudo vetus recitandi per hebdomadam totum Psalterium, ita tamen ut clero, in sacri ministerii vinea ob imminutum operariorum numerum iam gravius laboranti, non maius imponeretur onus. Hisce vero postulationibus et votis, quae Nostra quoque ante susceptum Pontificatum fuerant, itemque precibus, quae deinceps ab aliis Venerabilibus Fratribus piisque viris admotae sunt, Nos equidem concedendum duximus, cauto tamen, ne recitatione integri Psalterii hebdomadae spatio conclusa, ex una parte quicquam de Sanctorum cultu decederet, neve ex altera molestius Divini Officii onus clericis, immo temperatius evaderet. Quapropter, implorato suppliciter *Patre luminum,* corrogatisque in id ipsum suffragiis sanctarum precum, Nos vestigiis insistentes decessorum Nostrorum, aliquot viros delegimus doctos et industrios, quibus commisimus, ut consiliis studiisque collatis certam aliquam reperirent rei efficiendae rationem, quae Nostris optatis responderet. Illi autem commissum sibi munus e sententia exsequentes novam Psalterii dispositionem elaborarunt; quam cum S. R. E. Cardinales sacris ritibus cognoscendis praepositi diligenter consideratam probassent, Nos, utpote cum mente Nostra admodum congruentem, ratam habuimus in rebus omnibus, id est, quod ad ordinem ac partitionem Psalmorum, ad Antiphonas, ad Versículos, ad Hymnos attinet cum suis Rubricis et Regulis, eiusque editionem authenticam in Nostra typographia Vaticana adornari et indidem evulgari iussimus.

Quoniam vero Psalterii dispositio intimam quamdam habet cum omni Divino Officio et Liturgia coniunctionem, nemo non videt, per ea, quae hic a Nobis decreta sunt, primum Nos fecisse gradum ad Romani Breviarii et Missalis emendationem. sed super tali causa proprium mox Consilium seu Commissionem, ut aiunt, eruditorum constituemus. Interim, opportunitatem hanc nacti, nonnulla iam in praesenti instauranda cen-

suimus, prout in appositis Rubricis praescribitur : atque imprimis quidem ut in recitando Divino Officio Lectionibus statutis sacrae Scripturae cum Responsoriis de tempore occurrentibus debitus honor frequentiore usu restitueretur; dein vero ut in sacra Liturgia Missae antiquissimae de Dominicis infra annum et de Feriis, praesertim quadragesimalibus, locum suum recuperaren!

Itaque, harum auctoritate litterarum, ante omnia Psalterii ordinem, qualis in Breviario Homaro hodie est, aboiemus eiusque usum, inde a Kalendis Ianuariis anni millesimi nongentesimi decimi tertii, omnino interdicimus. Ex illo autem die in omnibus ecclesiis Cleri saecularis ot regularis, in monasteriis, ordinibus, congregationibus, institutisque religiosorum ab omnibus et singulis, qui ex officio aut ex consuetudine Horas canonicas iuxta Breviarium Romanum, a S. Pio V editum et a Clemente VIII, Urbano VIII, Leone XIII recognitum, persolvunt, novum Psalterii ordinem, qualem Nos cum suis Regulis et Rubricis approbavimus typisque Vaticanis vulgandum decrevimus, religiose observari iubemus. Simul vero poenas in iure statutas iis denuntiamus, qui suo officio persolvendi quotidie Horas canonicas defuerint; qui quidem sciant se tam gravi non satisfacturos officio, nisi Nostrum hunc Psalterii ordinem adhibeant.

Omnibus igitur Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus ceterisque ecclesiarum Praelatis, ne Cardinalibus quidem Archipresbyteris patriarchalium Urbis basilicarum exceptis, mandamus, ut in sua quisque dioecesi, ecclesia vel coenobio Psalterium cum Regulis et Rubricis, quemadmodum a Nobis dispositum est, constituto tempore inducendum curent: quod Psalterium quasque Regulas et Rubricas etiam a ceteris omnibus, quoscumque obligatio tenet recitandi vel concinendi Horas canonicas, inviolate adhiberi ac servari praecipimus. Interim autem cuilibet et capitulis ipsis, modo id maior capituli pars sibi placere ostenderit, novum Psalterii ordinem, statim post eius editionem, rite usurpare licebit.

Haec vero edicimus, declaramus, sancimus, decernentes has Nostras litteras validas et efficaces semper esse ac fore; non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, generalibus et specialibus, ceterisve quibusvis in contrarium facientibus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae abolitionis, revocationis, permissionis, iussionis, praecepti, statuti, indulti, mandati et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo undecimo, Kalendis Novembribus, in festo Sanctorum omnium, Pontificatus Nostri anno nono.

A. CARDINALIS AGLIARDI
S. B. E. Cancellarius.

FR. SEB. CARDINALIS MARTINELLI
S. B. C. Praefectus.

Loco ✠ Plumbi

VISA

M. RIGGI C. A., *Not.*

Beg. in Cane. Ap. N. 571.

RUBMCAE

IN RECITATIONE DIVINI OFFICII
ET IN MISSARUM CELEBRATIONE

SERVANDAE

AD NORMAM CONSTITUTIONIS APOSTOLICAE

« DIVINO AFFLATU »

TITULUS I.

De ratione Divini Officii recitandi iuxta novum Psalterii ordinem.

1. In recitatione Divini Officii, iuxta Romanum Ritum,. Psalmi quotidie sumendi sunt, ad singulas Horas canonicas, de occurrente hebdomadae die, prout distribuuntur in Psalterio noviter disposito; quod deinceps, loco veteris dispositionis, in novis Breviarii Romani editionibus vulgandum erit.

2. Excipiuntur tamen omnia Festa Domini eorumque integrae Octavae, Dominicae infra Octavas Nativitatis, Epiphaniae, Ascensionis et Corporis Domini, Vigilia Epiphaniae et Feria VI post Octavam Ascensionis, quando de eis persolvendum sit Officium; itemque Vigilia Nativitatis ad Laudes et ad reliquas Horas minores usque ad Nonam, et Vigilia Pentecostes; nec non omnia Festa Beatae Mariae Virginis, SS. Angelorum, S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph et SS. Apostolorum et Duplicia I et II classis, eorumque omnium integrae Octavae, si de eis fiat Officium, quod recitandum erit prout assignatur, vel in Breviario, vel in Proprio Dioecesis vel Instituti, hac lege tamen ut Psalmi ad Laudes, Horas et Completorium semper sumendi sint ex Dominica, ut in novo Psalterio ; ad Matutinum vero et ad Vesperas dicantur ut in Communi, nisi speciales Psalmi sint assignati. - Tribus autem ultimis diebus maioris hebdomadae, nil erit innovandum,

sed Officium integre persolvendum erit, prout nunc habetur in Breviario, sumptis tamen ad Laudes Psalmis de Feria currenti, ut in novo Psalterio, excepto Cantico Sabbati Sancti, quod etiamnum est « *Ego dixi: In dimidio* ». Ad Completorium sumantur Psalmi de Dominica, uti in novo pariter Psalterio.

3. In quolibet alio Festo Duplici, etiam maiore, vel Semiduplici, vel Simplici, et in Feriis Tempore Paschali semper dicantur Psalmi, cum Antiphonis in omnibus Horis, et Versibus ad Matutinum, ut in Psalterio de occurrenti hebdomadae die ; reliqua omnia, et Antiphonae ad *Magnificat* et *Benedictus,* ut in Proprio aut Communi. Quod si aliquod ex Festis huiusmodi proprias vel peculiariter assignatas habeat Antiphonas in* aliqua Hora maiori, eas in eadem ipsa retineat cum suis Psalmis, prout habetur in Breviario : in ceteris Horis Psalmi et Antiphonae dicantur de Feria occurrente.

4. Lectiones ad Matutinum in I Nocturno semper legendae erunt de Scriptura occurrente, licet aliquando in Breviario Lectiones de Communi assignentur, nisi sit Festum Domini aut Festum cuiusvis ritus B. Mariae Virginis, vel Angelorum, vel S. Ioannis Baptistae, vel S. Ioseph, vel Apostolorum, aut Duplex I vel II classis, aut agatur de Festo, quod vel Lectiones habeat proprias, non vero de Communi, vel occurrat in Feriis Lectiones de Scriptura non habentibus, ideoque Lectiones de Communi necessario recipiat. In.Festis vero, in quibus hucusque erant Lectiones de Communi, Responsoria vero propria, retineantur eaedem Lectiones cum propriis Responsoriis.

5. Porro sic erit persolvendum Officium in Festis Duplicibus et Semiduplicibus superius non exceptis :

Ad Matutinum Invitatorium, Hymnus, Lectiones II et III Nocturni ac Responsoria trium Nocturnorum propria, vel de Communi : Antiphonae vero, Psalmi et Versus trium Nocturnorum, nec non Lectiones I Nocturni de Feria occurrente.

Ad Laudes et ad Vesperas Antiphonae cum Psalmis de Feria; Capitulum, Hymnus, Versus et Antiphona ad *Benedictus* vel ad *Magnificat* cum Oratione aut ex Proprio, aut de Communi.

Ad Horas minores et Completorium Antiphonae cum Psalmis semper dicuntur de occurrente Feria. Ad Primam pro Lectione brevi legitur Capitulum Nonae ex Proprio, vel de Communi. Ad Tertiam, Sextam et Nonam Capitulum, Responsorium breve et Oratio pariter sumuntur vel ex Proprio, vel de Communi.

6. In Officio S. Mariae in Sabbato et in Festis Simplicibus sic Officium persolvendum est : ad Matutinum Invitatorium et Hymnus dicuntur de eodem Officio vel de iisdem Festis; Psalmi cum suis Antiphonis et Versu de Feria occurrente; I et II Lectio de Feria, cum Responsoriis propriis, vel de Communi; III vero Lectio de Officio vel Festo, duabus Lectionibus in unam iunctis, si quando duae pro Festo habeantur : ad reliquas autem Horas omnia dicuntur, prouti supra, n. 5, de Festis Duplicibus expositum est.

7. In Feriis et in Festis Simplicibus Psalmi ad Matutinum, qui in novo Psalterio in tres Nocturnos dispositi inveniuntur, dicantur sine interruptione cum suis novem Antiphonis usque ad tertium Versum inclusive, omissis Versibus primo et secundo.

TITULUS II.

De Festorum praestantia.

1. Ut recte dignoscatur quale ex pluribus Officiis sit praestantius et proinde sive in occurrentia, sive in concurrentia, sive in ordine repositionis aut translationis praeferendum, sequentes praestantiae characteres considerandi sunt :

a) Ritus altior, nisi occurrat Dominica, vel Feria, vel Octava privilegiata, vel etiam quaelibet dies Octava iuxta Rubricas.

b) Ratio Primarii aut *Secundarii.*

c) Dignitas Personalis, hoc ordine servato : Festa Domini, B. Mariae Virginis, Angelorum, S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph, SS. Apostolorum et Evangelistarum.

d) Sollemnitas externa, scilicet si Festum sit feriatum, aut celebretur cum Octava.

2. In occurrentia, et in ordine repositionis aut translationis, alius quoque character considerandus est, nempe:

e) Proprietas Festorum. Dicitur Festum alicuius loci proprium, si agatur de Titulo Ecclesiae, de loci Patrono etiam secundario, de Sancto (in Martyrologio vel in eius appendice approbata descripto), cuius habetur corpus vel aliqua insignis et authentica reliquia, vel de Sancto, qui cum Ecclesia, vel loco, vel personarum coetu specialem habeat rationem. Igitur Festum quodvis istiusmodi proprium, ceteris paribus, praefertur Festo Universalis Ecclesiae. Excipiuntur tamen Dominicae, Feriae, Octavae et Vigiliae privilegiatae, nec non Festa primaria Duplicia I classis Universalis Ecclesiae, quae uniuscuiusque loci propria considerantur et sunt. Festum autem Universalis Ecclesiae, cuiusvis ritus, quia est praeceptivum, ceteris paribus, praeferri debet Festis aliquibus locis ex mero Indulto S. Sedis concessis, quae tamen propria, sensu quo supra, dici nequeunt.

TITULUS III.

De Festorum occurrentia accidentali eStumque translatione.

1. De Dominicis maioribus I classis, quodvis Festum in eis occurrat, semper faciendum est Officium : Dominicae vero II classis cedunt tantummodo Festis Duplicibus I classis, quo in casu de Dominica fit commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa cum IX Lectione ad Matutinum.

2. De Dominicis minoribus, seu per annum, semper fieri debet Officium, nisi occurrat Festum quodcumque Domini, aut aliquod Duplex I vel II classis, aut dies Octava Festorum Domini, quo in casu in Officio Festi vel diei Octavae fit commemoratio Dominicae in utrisque Vesperis et Laudibus et Missa cum IX Lectione ad Matutinum, Si Dominica infra Octavam Nativitatis occurrat in Festo S. Thomae Ep. M. aut in Festo S. Silvestri P. C, fit Officium de ipsa Dominica cum commemoratione Festi occurrentes; quo in casu die 30 Decembris, in Officio diei infra Octavam, Lectiones I et II Nocturni sumuntur e Festo Nativitatis, cum Responsoriis Dominicae. Quoad Dominicam vero, quae

occurrit a Festo Circumcisionis usque ad Epiphaniam, nihil innovetur.

3. Duplicia I et II classis, quae seu ab aliqua Dominica maiori, seu a nobiliori Officio impediuntur, transferenda sunt in proximiorem insequentem diem, quae libera sit ab alio Festo Duplici I vel II classis, vel ab Officiis huiusmodi Festa excludentibus; salvo tamen privilegio a Rubricis concesso Festivitatibus Purificationis et Annuntiationis B. M. V., nec non Commemorationis sollemnis S. Ioseph.

4. Festa Duplicia maiora cuiusvis dignitatis et Duplicia minora Doctorum Ecclesiae non amplius transferri possunt, sed quando impediuntur, de eis fiat commemoratio, uti de aliis Duplicibus minoribus impeditis Rubricae disponunt (salvo quod numero sequenti statuitur de omittenda in Dominicis IX Lectione historica), nisi forte occurrant in Duplicibus I classis, in quibus nullius Officii agenda est commemoratio, nisi de occurrenti Dominica, vel de Feria, aut Octava privilegiata.

5. Porro si in Dominica maiori occurrat Officium Duplex maius aut minus, vel Semiduplex, vel Simplex, fiat de Dominica cum commemoratione Officii occurrentis in utrisque Vesperis (de Simplici tamen in primis Vesperis tantum) Laudibus et Missa, sine IX Lectione historica. Idem fiat in Dominicis minoribus, nisi in eis occurrat Festum quodcumque Domini, aut quodvis Duplex I vel II classis, aut dies Octava Festorum Domini, quo in casu, ut supra n. 2 dictum est, fiat de Festo, vel de Octava cum commemoratione et IX Lectione Dominicae.

6. Dies, in qua celebratur Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum, excludit translationem cuiusvis Festi.

TITULUS IV.

De Festorum occurrentia perpetua eorumque repositione.

1. Festa omnia ritus Duplicis sive maioris sive minoris, aut Semiduplicis, si perpetuo impediantur, reponuntur in primam diem liberam, iuxta Rubricas.

2. Festa Duplicia I et II classis perpetuo impedita re-.ponuntur, tamquam in sedem propriam, in primam diem liberam ab alio Festo Duplici I autì II classis, vel ab aliqua die Octava, vel ab Officiis huiusmodi Festa excludentibus, salvo privilegio Festivitati Purificationis B. M. Y. concesso.

3. Dominicae maiores excludunt assignationem perpetuam cuiusvis Festi Duplicis etiam I classis : Dominicae vero minores assignationem excludunt cuiuscumque Duplicis maioris aut minoris, nisi sit Festum Domini. Festum SS. Nominis Mariae perpetuo assignatur diei duodecimae mensis Septembris.

4. Dies II Novembris excludit tum Festa occurrentia quae non sint Duplicia I classis, tum Festa perpetuo reponenda cuiusvis ritus.

TITULUS V.

De concurrentia Festorum.

1. Dominicae maiores Vesperas habent integras in concurrentia cum quovis Festo, nisi sit ritus Duplicis I aut II classis : ideoque in primis Vesperis sumuntur Antiphonae cum Psalmis de Sabbato; in Adventu tamen dicuntur Antiphonae de Laudibus Dominicae cum iisdem Psalmis de Sabbato.

2. Dominicae minores cedunt Vesperas, tum Duplicibus I aut II classis, tum omnibus Festis Domini, tum diebus Octavia Festorum Domini : integras autem habent Vesperas in concursu cum aliis Festis, sumptis in I Vesperis Antiphonis et Psalmis de Sabbato.

3. Leges, quibus ordinantur Vesperae infra Octavam Nativitatis Domini, immutatae manent

TITULUS VI.

De Commemorationibus.

.1. In Duplicibus I classis non fiat commemoratio de praecedenti, nisi fuerit aut Dominica quaevis, etiam per annum, aut Duplex I vel II classis, aut dies Octava alicuius Festi Domini primarii, aut dies infra Octavam privilegiatam, aut Feria maior.

In occurrentia fiat tantum commemoratio de Dominica quacumque, de Octava privilegiata et de Feria maiori. De sequenti vero Officio (etiam ad modum Simplicis redacto) fiat semper commemoratio, minime autem de die infra Octavam non privilegiatam aut de Simplici.

2. In Duplicibus II classis de praecedenti Officio semper fieri debet commemoratio, nisi fuerit de aliquo Festo Semiduplici, vel de die infra Octavam non privilegiatam. In occurrentia fit commemoratio de quavis Dominica, de quolibet Duplici vel Semiduplici ad modum Simplicis redacto, de Octava privilegiata, de Feria, maiori et de Vigilia: de Simplici vero fit tantum in Laudibus et in Missis privatis. De sequenti autem Officio quolibet, etiam Simplici vel ad modum Simplicis redacto, fit semper commemoratio, ac etiam de die infra Octavam, si in crastino Officium de ea agendum sit; et tunc cum Antiphona et Versículo e I Vesperis Festi.

3. Licet Festa Domini eorumque Octavae privilegio gaudeant ut in occurrentia praevaleant Doniinicis minoribus, nihilominus, quando plures fieri debeant commemorationes (cauto quod in Vesperis semper fiat prima commemoratio de Officio concurrenti, cuiusvis ritus et dignitatis), tam in Vesperis, quam in Laudibus et Missa hic ordo servetur: 1.° de Dominica qualibet; 2.° de die infra Octavam Epiphaniae aut Corporis Christi; 3.° de die Octava; 4.° de Duplici maiore; 5.° de Duplici minore; 6.° de Semiduplici; 7.° de die infra Octavam communem; 8.° de Feria VI post Octavam Ascensionis; 9.° de Feria maiori; 10.° de Vigilia; 11.° de Simplici.

TITULUS VII.

De conclusione propria Hymnorum et Versu proprio ad Primam, de Suffragiis Sanctorum, de Precibus, de Symbolo Athanasiano et de tertia oratione in Missa.

1. Quando eadem die occurrunt plura Officia, quae propriam habeant conclusionem Hymnorum vel proprium Versum ad

Primam, conclusio et Versus dicantur, quae propria sunt'Officii, quod ea die recitatur.

2. Deinceps, quando facienda erunt Suffragia Sanctorum, unum tantum fiet Suffragium, iuxta formulam propositam in Ordinario novi Psalterii.

3. Symbolum Athanasianum additur ad Primam in Festo SS. Trinitatis et in Dominicis tantummodo post Epiphaniam et post Pentecosten, quando de eis persolvendum est Officium salva exceptione, de qua n. sequenti.

4. Quando in Dominica fit commemoratio de aliquo Officio Duplici, vel de die Octava, vel de die infra Octavam, omittuntur Suffragium, Preces, Symbolum *Quicumque* et tertia Oratio in Missa.

TITULUS VIII.

De Officiis votivis deque aliis Officiis addititiis.

1. Cum per hanc novam Psalterii dispositionem causae cessaverint Indulti Generalis d. d. 5 Iulii 1883 pro Officiis votivis, haec ipsa Officia, et alia similia ex particularibus indultis concessa, tolluntur omnino et sublata declarantur.

2. Cessat pariter obligatio recitandi in Choro, diebus a Rubricis hucusque vigentibus praescriptis, Officium parvum B. Mariae Virginis, Officium Defunctorum, nec non Psalmos Graduales ac Paenitentiales. Capitula vero, quae ad ista Officia addititia ex peculiari constitutione aut legato tenentur, a Sancta Sede eorum commutationem impetrabunt.

3. In Festo S. Marci et in Triduo Rogationum integrum manet onus recitandi Litanias Sanctorum, etiam extra Chorum.

TITULUS IX.

De Festis Dedicationis ac Tituli Ecclesiae et de Patronis.

1. Festum Dedicationis cuiuslibet Ecclesiae est semper primarium, et Festum Domini.

.2. Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis et Fe-

stum Titulare eiusdem celebranda sunt sub ritu Duplici I classis cum Octava per totam Dioecesim ab universo Clero saeculari et etiam regulari Kalendarium Dioecesanum adhibente: a Regularibus vero utriusque sexus in eadem Dioecesi commoïantibus ac proprium Kalendarium habentibus, pariter sub ritu duplici I classis, absque tamen Octava.

3. Quum Sacrosancta Lateranensis Archibasilica omnium Ecclesiarum Urbis et Orbis sit mater et caput, tum ipsius Dedicationis Anniversarium, tum Festum Transfigurationis Domini, quod, praeter magnam Resurrectionis Dominicae sollemnitatem, tamquam Titulare ab ipsa recoli solet, ab universo Clero tam saeculari quam regulari, etiam ab illis qui peculiarem ritum sequuntur, sub ritu Duplici II classis deinceps celebrabitur.

4. Festum Patroni principalis Oppidi, vel Civitatis, vel Dioecesis, vel Provinciae, vel Nationis, Clerus saecularis, et regularis ibi degens et Kalendarium Dioecesanum sequens sub ritu Duplici I classis cum Octava celebrabit : Regulares vero ibidem commorantes et Kalendarium proprium habentes, idem Festum, quamvis feriatum numquam fuerit, eodem ritu celebrabunt, absque tamen Octava.

TITULUS X.

De Missis in Dominicis et Feriis deque Missis pro Defunctis.

1. In Dominicis, etiam minoribus, quodcumque Festum occurrat, dummodo non.sit Festum Domini, vel eius dies Octava, aut Duplex I vel II classis, Missa semper dicenda erit de Dominica cum commemoratione festi. Quod si Festum commemorandum sit Duplex, tunc omittenda est III Oratio.

2. In Feriis Quadragesimae, Quatuor Temporum, II Rogationum, et in Vigiliis, si occurrat fieri Officium alicuius Festi Duplicis (non tamen I vel II classis) aut Semiduplicis, Missae privatae dici poterunt ad libitum, vel de Festo cum commemoratione ultimoque Evangelio Feriae aut Vigiliae, vel de Feria aut Vigilia cum commemoratione Festi: prohibentur tamen

Missae votivae privatae, aut privatae pro Defunctis : quae item prohibentur in Feria, in qua anticipanda vel reponenda est Missa Dominicae. In Quadragesima vero Missae privatae Defunctorum celebrari tantum poterunt prima die cuiuscumque hebdomadae libera in Kalendario Ecclesiae, in qua Missa celebratur.

3. Si alicubi aliquod Festum impeditum a Dominica minore, celebratur ex voto, vel cum populi concursu (cuius rei iudex erit Ordinarius), Missae de eodem festo impedito celebrari poterunt, dummodo una Missa de Dominica ne omittatur. Quoties extra ordinem Officii cantetur vel legatur aliqua Missa, si facienda sit commemoratio aut Dominicae, aut Feriae, aut Vigiliae, semper de hisce etiam Evangelium in fine legatur.

4. Ad Missam Dominicae etiam minoris, cum commemoratione Festi Duplicis tum maioris tum minoris ac diei infra Octavam quomodolibet celebrandam, retinetur color proprius Dominicae, cum Praefatione SSmae Trinitatis, nisi adsit propria Temporis, vel Octavae alicuius Festi Domini.

5. Leges pro Missis Defunctorum in cantu, immutatae manent. Missae vero lectae permittantur in Duplicibus tantummodo in die obitus, aut pro die obitus, dummodo ne sit Festum de praecepto, aut Duplex I vel II classis, vel Feria excludens Duplicia I classis. Quoad vero Missas lectas Defunctorum dicendas diebus ritus Semiduplicis aut Simplicis, in posterum numquam celebrari poterunt in Feriis n. 2 enumeratis, salva tamen exceptione ibidem admissa..Licebit tamen in huiusmodi Missis de Feria orationem addi pro Defunctis, pro quibus Sacrificium applicatur, paenultimo loco, prout permittit Rubrica Missalis. Cum autem ut applicari possint Indulgentiae Altaris privilegiati, Missae Defunctorum debuerint hucusque in nigris celebrari, Summus Pontifex easdem indulgentias in posterum benigne concedit, licet Missa dicatur de Feria, cum oratione pro Defunctis. In reliquis autem Feriis per annum n. 2 non exceptis, nec non in Semiduplicibus, infra Octavas non privile-

giatas et in Simplicibus, Missae Defunctorum sicut et aliae Missae votivae dici poterunt iuxta Rubricas.

TITULUS XI.

De Collectis in Missis.

Quod ad Collectas ab Ordinariis locorum imperatas attinet, deinceps prohibentur (nisi sint pro re gravi praescriptae) non tantum in Vigiliis Nativitatis et Pentecostes et in Duplicibus I classis, sed etiam in Duplicibus II classis, in Dominicis Maioribus, infra Octavas privilegiatas, et quandocumque in Missa dicendae sint plus quam tres Orationes a Rubrica eo die praescriptae.

TITULUS XII.

De Missis Conventualibus.

In Ecclesiis, in quibus adest obligatio Chori, una tantum Missa cum assistentia Choralium semper celebretur; et quidem de Officio diei, nisi aliter Rubricae disponant; aliae Missae, quae hucusque cum praedicta assistentia celebrabantur, in posterum extra Chorum legantur, post propriam Horam Canonicam; excipiuntur tamen ab hac regula Missae in Litaniis maioribus et minoribus, et Missae in Festo Nativitatis Domini. Excipiuntur pariter Missae in anniversariis Creationis et Coronationis Summi Pontifiais, Electionis et Consecrationis seu Translationis Episcopi, nec non in anniversario ultimi Episcopi defuncti, et omnium Episcoporum aut Canonicorum; omnesque Missae ex fundatione.

TITULUS XIII.

De Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum'.

1. In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, omissis Officio et Missa diei currentis, fit tantum Officium cum Missa pro Defunctis, prout in Appendice novi Psalterii praescribitur.

2. Si die 2 Novembris occurrat Dominica vel aliquod Du-

plex I classis, Commemoratio Defunctorum celebrabitur die proxime sequenti, similiter non impedita; in qua, si forte occurrat Duplex II classis, hoc transfertur iuxta regulam traditam Tit. III n. 3.

PRAESCRIPTIONES TEMPORARIAE.

I.° Kalendaria uniuscuiusque Dioeceseos, aut Ordinis seu Congregationis Breviario Eomano utentium, pro anno 1913, ad Regulas supra traditas omnino redigenda sunt.

II.° Diebus Dominicis, quibus in Kalendariis proximi anni 1912 inscribuntur, sub ritu Duplici maiori vel minori, Pesta Sanctorum, vel Angelorum, vel etiam B. Mariae Virginis, vel dies Octava, quae non sit Festorum Domini, tum Officium in privata recitatione, tum Missae lectae erunt ad libitum, vel prout notatur in Kalendario anni 1912, vel de Dominica cum commemoratione duplicis maioris aut minoris. In Feriis quoque, de quibus Tit. X n. 2, Missae privatae celebrari poterunt^, ut ibi adnotatur.

III.° Quod Tit. XIII harum Rubricarum dispositum est quoad Commemorationem Omnium Fidelium Defunctorum, inde ab anno 1912, in usum omnino deducendum est.

IV.° Usque dum nova correctio Breviarii et Missalis Romani, a Sanctissimo Domino Nostro decreta, vulgetur :

a) Kalendaria perpetua Sacrae Rituum Congregationi reformanda et approbanda deferri non debent;

b) De Festorum augendo ritu, vel de Festis novis invehendis nulla fiat postulatio;

c) Festa particularia, sive B. Mariae Virginis, sive Sanctorum aut Beatorum, ritus Duplicis maioris aut minoris, Dominicis diebus assignata, locorum Ordinarii seu Superiores Regularium, aut in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa commemoranda praescribant; aut in aliam diem, validis S. R. C. oblatis argumentis, transferenda curent; aut potius omittant.

d) Nulla interim facta correctione Rubricarum, Regulae superius traditae in novis Breviariis et Missalibus post Rubricas Generales inserantur, omissis S. R. C. Decretis, quae hucusque in principio Breviarii inserta inveniuntur.

e) In futuris Breviarii editionibus mutentur, ob novam Psalterii reformationem, sequentes Antiphonae in Laudibus :

In Dominica Sexagesimae:

Ant. 5. In excelsis * laudate Deum.

In Dominica III Quadragesimae:

Ant. 3. Adhaesit anima mea * post te, Deus meus.

In Dominica IV Quadragesimae:

Ant. 3. Me suscepit * dextera tua, Domine.

In Feria IV Maioris Hebdomadae:

Ant. 3. Tu autem, Domine, * scis omne consilium eorum adversum me in mortem.

Ant. 5. Fac, Domine,* iudicium iniuriam parientibus : et vias peccatorum disperde.

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

SOCIETAS NOSTRAE DOMINAE A SACRO CORDE IESU BOGOTAE INSTITUTA ERIGITUR IN PRIMARIAM CUM FACULTATE AGGREGANDI IN UNIVERSA DITIONE COLUMBIANA.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Dilectus filius hodiernus Moderator sodalitatis Nostrae Dominae a Sacro Corde Iesu in Ecclesia Ordinis Eremitarum Recollectorum Sancti Augustini civitatis Bogotensis Columbianae Reipublicae intra fines canonice erectae, refert ad Nos sodalitatem ipsam omnibus eiusdem nominis atque instituti in Columbiana ditione erectis societatibus antiquitate antecellere non minus quam inscriptorum sociorum numero, ipsam aliarum in universa Republica societatum institutionem atque incrementum sedulo studio promovere, atque uberiore patrimonio instructam sacras functiones potiore pompa celebrandas curare. Nos igitur humili prece flagitat idem Mode-

rator ut sive ad cultum erga Dominam Nostram a Sacro Corde Iesu amplificandum, sive etiam ad promovendam inter reliquas societates uniformitatem quod ad internam disciplinam, super enunciatam societatem declarare pro Columbia Primariam dignemur: hisque precibus et Archiepiscopi S. Fidei de Bogota commendatio et suffragium Procuratoris Generalis Ordinis Eremitarum Discalceatorum S. Augustini Congregationis Hispaniae et Indiarum accedit. Nos autem spem prope certam foventes futurum ut ex hac declaratione Nostra, tum fidelium devotio erga Dominam Nostram a Sacro Corde Iesu magis magisque augeatur, tum inter alias omnes eiusdem tituli societates, in Columbiana Republica erectas vel erigendas, debitae uniformitati operum et finis prospiciatur, votis huiusmodi annuendum propensa voluntate existimamus. Quae cum ita sint, Sodalitatem Nostrae Dominae a Sacro Corde Iesu, Bogotae in Republica Columbiana penes Ecclesiam Ordinis Eremitarum Recollectorum S. Augustini canonice erectam, his Litteris Apostolica Nostra Auctoritate, Primariam pro universa Columbiana ditione declaramus, illique honores omnes et privilegia in perpetuum tribuimus, quae Primariis Societatibus de iure competunt. Super enunciatae autem Bogotensis societatis, sic per Nos in Primariam erectae, Moderatori atque officialibus praesentibus et futuris Apostolica similiter Nostra Auctoritate, praesentium vi, perpetuum in modum largimur, ut ipsi alias quaslibet eiusdem nominis atque instituti sodalitates intra fines Columbianae ditionis nunc et in posterum existentes, servatis forma Constitutionis rec. mem. Clementis PP. VIII aliisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis, sibi aggregare, cum illisque indulgentias omnes eidem Primariae Societate a Sede Apostolica concessas, vel concedendas in posterum, quae communicari cum aliis queant, licite communicare pariter possint ac valeant. Decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas, atque efficaces semper exstare et manere, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant vel spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite per quoslibet iudices iudicandum esse et definiendum, irritumque ex nunc fieri et inane, si secus super his quidquam a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die VIII Novembris MCMXI, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. © S.

IL

DIVISrO APOSTOLICAE PRAEFECTURAE LITTORIS EBURNEI ET ERECTIO NOVI VICARIATUS APOSTOLICI.

PIUS PP. X.

Ad futuram rei memoriam. — Quae Catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene prospere ac feliciter eveniant, ea ut sedulo ac diligenti studio praestemus, Nos admonet supremi Apostolatus munus, quo in terris, licet immeriti, fungimur. Hoc quidem consilio ducti, ad omnes vel longo terrarum marisque tractu seiunctas Christiani orbis regiones, ex hac B. Petri Principis Apostolorum Cathedra, tanquam e sublimi specula, oculos mentis Nostrae convertimus, et quo facilius messis ubertas, dimidiatis laborum oneribus, praebeat Apostolicis operariis exoptatam laetitiam, Dominici agri fines pro re ac tempore immutare solemus, novisque cultoribus adsignare. Iamvero cum peropportunum visum sit V V. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis in duas partes dismembrare territorium Eburnei Litteris, quod adhuc unam constituit Praefecturam Apostolicam, Nos probe noscentes ex hac divisione uberrimos eventuros fructus, haec quae infra scripta sunt, interposita nostra Auctoritate, decernenda existimavimus. Praefecturam videlicet Eburnei Litteris, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, duas in partes dividimus sive dismembramus, per lineam, quae septentrionales districtus civiles de Tuba, Mankono, Kong et Bunduku separat ab australibus districtibus, de Cavally-Nord, Sassandra-Nord, Baulé-Nord, Comoé et Indenie vulgo appellatis. Superiorem autem partem « a Korogo » nuncupandam in novam Praefecturam Apostolicam erigimus: inferiorem vero, vetusto Eburnei Litteris nomine eidem servato, ad Apostolici Vicariatus dignitatem evehimus. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, sive in posterum spectare poterunt plenissime suffragari ; sicque per quoslibet iudices iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex tunc fieri et inane, si secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apo-

stolicis, etiam speciali atque individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xvn Novembris MCMXI, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
L. £g S. *a Secretis Status.*

EPISTOLA

AD V. B. MARIANUM CARD. RAMPOLLA, PATRONUM PIAE SOCIETATIS A S. CAECILIA, POST ANNUM PRIMUM EX QUO SCHOLA SUPERIOR MUSICAE SACRAE OB EIUSDEM SOCIETATIS SOLLERTIAM ROMAE CONDITA EST.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem — Expleverunt desiderii Nostri expectationem laetabiles fructus quos retulisse accepimus alumnos Scholam celebrantes quam superiore anno Pia Societas a Sancta Caecilia, te auspice, Romae excitavit, cuique dilectus filius Antonius Piccardius, Moderator Congregationis Filiorum Mariae Immaculatae, aedes suas patere liberaliter voluit. Altiorem hanc Scholam, ad quam et laici viri et praesertim ex utroque clero sacerdotes, emenso iam theologiae curriculo et ab omni alio negotio vacui, conveniunt ut sacrae musices scientia et arte insignes evadant, perutilem sane putamus, ut ad optatum exitum adducatur ea artis eiusdem ac scientiae instauratio, ad quam, iam inde ab exordio pontificatus, mentem et cogitationem appulimus. At vero reputanti quae praestans christiana animi institutio, quaeque et ecclesiasticae doctrinae copia et disciplinae sacrorum scientia musicae nostrae studiosis suppetant oporteat ut eidem pares sint revocandae ad probatam numeri formam, facile liquebit quae et quanta sit difficultas in ordinariis musicae scholis eandem scite docendi, addiscendi: idque eo vel maxime quod eorum ingenia atque exercitatio, qui recensitas celebrant scholas, profanae musicae studio pene absorta remaneant. Quo permoti Nos consilio, in Motu Proprio quem edidimus die xxn Novembris MCMIII, dum altiores eiusmodi scholas catholicorum cura instituendas, fovendas contendebamus, illud etiam opportune monebamus, oportere scilicet ut Ecclesia ipsa easdem peculiari providentia sua complectatur. Ex quibus intelliges, Dilecte Fili Noster, quam gratam habuerimus Caecilianae Societatis sollertiam et qua animi propensione praenobile eiusdem coeptum merita exornemus laude, Nostraque ultro muniamus auctoritate. Confidimus vero studiosam armonices cohortem, quae in recens condita Schola rituum sanctissimorum

comitem disciplinam arripere studet, propositum ita assecuturam, ut inde prodeat ad promovendum speratum divini cultus incrementum egregie comparata. Cui quidem alendae augendaeque spei haud defutura confidimus piorum catholicorum subsidia, quibus tenuitati Nostrae facultas suppetat altiorem, quam laudavimus, hanc Urbis Scholam stabili ratione, ut cupimus, constituendi, provehendi. Interea divinorum auspicem munerum itemque paternae benevolentiae Nostrae testem tibi, Dilecte Fili Noster, nec non Praesidi praefatae Societatis a Sancta Caecilia, novaeque Scholae magistris atque alumnis apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die iv Novembris MCMXI, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

ALLOCUTIO

HABITA OCCASIONE IMPOSITIONIS B FRETI NOVIS CARDINALIBUS DIE XXIX NOVEMBRIS MCMXI.

Vi ringrazio, Signor Cardinale, dei sentimenti che in nome vostro e dei vostri confratelli Mi avete espressi per l'alta dignità, a cui foste innalzati. Io poi non posso che manifestarvi la mia contentezza per aver chiamato a far parte del Collegio Apostolico dei Prelati eminenti, dei quali ben conosco le prerogative di pietà, di zelo e di dottrina; Prelati, che in diversi offici hanno prestato singolari servizi alla Chiesa, e tutti commendevoli per la divozione illimitata, che professano a questa Santa Sede Apostolica. Mi congratulo pertanto con Voi, miei Figli diletti, non solo per la sacra Porpora di cui siete insigniti, ma, e molto più, pei nuovi meriti, che acquisterete prestando aiuto al Vicario di Gesù Cristo nel governo della Chiesa in tanti bisogni, che oggi si fanno sentire più vivamente per le gravissime condizioni dei tempi, e per gli incessanti e furiosi assalti, ai quali è fatto segno il Pontificato Romano per parte dei suoi nemici.

Perchè Io sono certo, che voi tutti siete ben persuasi che la nuova dignità esigerà da Voi sacrifici. E a questo proposito non ho bisogno di ripetere a Voi la risposta, che come abbiamo letto nel Vangelo di questa mattina, diede il Divin Redentore ai due discepoli del Battista che gli domandavano dove abitasse: Venite e vedete; *Venite et videte,* perche voi ben conoscete come *Y* abitazione così, le condizioni miserande

del Vicario di Gesù Cristo. E ricordo questo non per eccitare verso di Me la vostra compassione, ma per confermarvi nella persuasione, che specialmente in questi tempi la Sacra Porpora è simbolo di dolore, di pena e di sacrificio, portato, se ve ne fosse bisogno pel trionfo della verità e della giustizia, fino allo spargimento del sangue. Non vi sgomentate però, perchè ce lo ha predetto Cristo che la sua Chiesa sarà perseguitata; e dev'essere per noi una gloria il portare le Stimate del Nostro Divin Redentore. Se iJ mondo vi odia, dice Cristo, sappiate che prima di Voi ha odiato Me. Ricordatevi di quella parola che vi ho detta: Non si dà servo maggiore del suo padrone; se hanno perseguitato Me, perseguiteranno anche voi: *Si Me persecuti sunt, et vos persequentur.* Nel mondo sarete angustiati, *pressurant habebitis,* ma confidate: Io ho vinto il mondo: *Ego vici mundum;* e di questa vittoria ci rassicura la parola stessa di Cristo che guarda e protegge la Sposa, la Chiesa, e le ripete colle parole di Isaia: Periranno i popoli e i regni, che non ti hanno servito: *Gens et regnum quod non servierit Ubi, peribit,* ma tu non finirai che col finire del mondo: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.* Del resto anche nella tribolazione non vi mancheranno consolazioni. Avrete sempre quella che si prova nel fare il bene, nell'adempimento del dovere, e la suprema nel patire con Cristo, sicuri della predestinazione al premio eterno, rendendovi conformi all' immagine del Figlio Divino. Consolatevi pertanto, o figli diletti, che avete fin qua lavorato vicini a me, testimoni oculari come delle soddisfazioni così delle mie amarezze, e ricevete dalle mani del Signore, a vostro e mio grande conforto, quelle dimostrazioni di gioconda letizia che vi fecero i concittadini, gli amici e i compagni di lavoro negli uffici delicati che avete sostenuti, e vi allievi il pensiero della mercede che vi aspetta per i servizi importanti che anche in seguito presterete alla Chiesa.

Consolatevi, o figli diletti dell'Anglia e dell' Olanda, perchè nella santa delizia dei vostri connazionali per la vostra elevazione al Cardinalato si è manifestata la viva fede da cui i cattolici sono, animati, e come a voi così a Me si apre il cuore alla cara speranza che il loro esempio influirà al felice ritorno di tutti gli altri al seno della Chiesa.

E questa speranza Mi arride dolcissima innanzi a voi, che veniste dalla lontana America. L' entusiasmo con cui fu accolta la notizia della vostra elevazione alla sacra Porpora, le dimostrazioni che vi furono esibite da tutte le classi di cittadini, le acclamazioni accompagnate da benedizioni, da auguri e da affettuosi saluti nella vostra partenza da Nuova-York e da Boston, e finalmente il viaggio di trionfo sull'Oceano protetti dalla bandiera Papale, Mi danno non solo speranza, ma cer-

tezza, che il Signore al vostro ritorno moltiplicherà i frutti del vostro apostolato, e sopra codesta terra ospitale, che accoglie tutti i popoli del mondo e colla libertà bene intesa provvede al bene universale, regnerà il Signore e splenderà in essa la di Lui gloria: *Super te orietur Dominus et gloria Eius in te videbitur.*

Che cosa poi dirò a voi, cari figli della Francia, che gemete sotto il peso della persecuzione ? Il popolo, che ha fatto alleanza con Dio al fonte battesimale di Reims ritornerà pentito alla sua vocazione. I meriti di tanti figli che predicano la verità del Vangelo in quasi tutto il mondo e molti l'hanno suggellata col sangue ; - le preghiere di tanti santi, che anelano di avere compagni nella gloria celeste i cari fratelli della loro patria; - la pietà generosa di tanti fedeli, che anche a costo di sacrifizi mantengono il decoro del clero e lo splendore del culto cattolico; - e sopra tutto i gemiti di tanti bambini, che innanzi i tabernacoli effondono la loro anima nelle espressioni che Dio stesso mette sulle loro labbra, chiameranno certamente sopra questa nazione le divine misericordie. Non resteranno impunite le colpe, ma non perirà mai la figlia di tanti meriti, di tanti sospiri e di tante lagrime. Verrà un giorno, e speriamo non molto lontano, in cui la Francia, come Saulo sulla via di Damasco, sarà circonfusa da una luce dall'alto, e udrà una voce, che le ripeterà: O figlia, perchè mi perseguiti? E rispondendo essa: Chi sei tu, 0 Signore? la voce soggiungerà: Io sono Gesù, che tu perseguiti ; dura cosa è per te il ricalcitrare contro il pungolo, perchè colla tua ostinazione rovini te stessa. Ed essa tremante ed attonita dirà: Signore che vuoi tu ch'io faccia? Ed Egli: Levati su, lavati dalle brutture che ti hanno deturpata, risveglia nel seno gli assopiti sentimenti e i patti della nostra alleanza e va, figlia primogenita della Chiesa, nazione predestinata, vaso di elezione, a portare, come per il passato, il mio nome dinnanzi a tutti 1 popoli e ai re della terra.

E con questo dolcissimo voto impartisco con effusione di cuore l'Apostolica Benedizione a Voi tutti, diletti Figli, al clero ed al popolo delle vostre diocesi, alle vostre Comunità religiose, ai cari fedeli che decorarono colla loro presenza questa cerimonia, ai vostri ed ai loro parenti, e questa benedizione sia fonte per tutti delle grazie più elette e delle più soavi consolazioni. *Benedictio Dei...*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I.

ROMANA.

DECLARATIO CIRCA FACULTATEM DISPENSANDI PRESBYTEROS AB IRREGULARITATE.

Proposito dubio «utrum, vi decisionis huius S. Congregationis « Consistorialis diei 27 februarii 1909, facultas concedendi presbyteris « dispensationem ab irregularitate, sive haec oriatur ex delicto, sive ex « defectu, spectet ad S. Congregationem de Sacramentis, an potius ad « S. Congregationem Concilii »; SSmus D. N. Pius PP. X, attentis votis tum a Secretis utriusqueCongregationis de Sacramentis et Concilii, tum huius S. Congregationis Consultorum, mandavit ut respondeatur «dispen-« sationem ex defectu reservari ad S. Congregationem de Sacramentis, ex « delicto autem ad S. Congregationem Concilii ».

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Consistorialis, die 28 Novembris anno 1911,

C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

II.

MONITUM.

Sacerdos quidam, nomine Torrente, qui, anno praeterito, placita protestantium et spiritistarum amplectens, fidem catholicam magno apparatu abdicavit, ab infestis perniciosisque erroribus inter veteres sodales et fideles pervulgandis minime destitit, quinimo in dies periculosior evadit eo quod artibus dolisque suis scelestum suum propositum simulare conatur.

Ad haec mala itaque vitanda, maioraque praecavenda, necesse omnino est ut dioecesum Ordinarii, praecipue Hispaniarum' et Americae Latinae, in quibus ipse peragrari dicitur, diligenter invigilent et praedictum sacerdotem a quovis sacro ministerio peragendo prohibeant.

Nel Concistoro Segreto del 30 Novembre 1911, SUA SANTITÀ si è degnata di assegnare all'Emo DUBILLARD, il titolo di *S. Susanna.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO EPISCOPI.

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominatus est:

17 novembris 1911. — R. P. Iulius Moury e Seminario Lugdunensi pro Missionibus Africae, Episcopus titularis Ariassensis et Vicarius Apostolicus Littoris Ebunrei.

S. CONGREGATIO RITUUM

I.

ROMANA SEU VENETIARUM.

DECRETUM CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI SERVO DEI BONAVENTURAE TORNIELL1 SACERDOTI PROFESSO ORDINIS SERVORUM B. M. V. BEATO NUNCUPATO.

Inter claros Evangelii praecones qui saeculo decimoquinto floruerunt, peculiarem sibi locum obtinuit Bonaventura Tornielli, nobili genere Forolivii natus, sacerdos professus Ordinis Servorum B. M. V. et ecclesiae atque coenobii ad S. Marcellum de Urbe Prior. A solitudinis quiete in qua per annum delituit, ut divinis rebus suaeque perfectioni liberius vacaret, veluti gigas egressus ad praelianda praelia Domini et a Xysto IV Pontificii Concionatoris titulo decoratus, statim Hetruriam, Pontificiam Venetamque ditionem sacris expeditionibus perlustravit, nec tantum verbo quantum exemplo ad omnigenas virtutes ac praesertim *ad poenitentiam* agendam homines excitavit. Anno 1488 vertente, Vicarius Generalis Congregationis, sui Ordinis, de observantia nuncupatae cunctis suffragiis electus, ex obedientia illud onus atque officium suscepit ac fideliter prudenterque administravit. Neque tamen a consuetis Apostolicis laboribus unquam destitit ad maiorem Dei gloriam animarumque salutem provehendam. Tandem Utini, ubi quadragesimales conciones habebat, anno 1491, iam octuagenarius, senio et austeritate vitae confectus, feria V in Coena Domini, occurrente die trigesimaprima Martii, Sacra-

mentis Ecclesiae devotissime receptis, placide in coelum migravit. In Ecclesiam Servorum, vulgo ad Sanctam Mariam Gratiarum, corpus Bonaventurae delatum et a clero populoque confluente religiose honoratum, in proprio loco supra terram elevato ex communi voto repositum fuit. Serius Venetias primo ad Ecclesiam Sanctae Mariae Servorum signis prodigiisque fulgens translatum, nuper autem penes Ecclesiam ipsorum Servorum Sacratissimo Cordi Iesu dicatam repositum, magna semper in veneratione est habitum. Interim fama sanctitatis quam Dei Famulus in vita acquisierat, post obitum una cum cultu publico et ecclesiastico Eidem exhibito, ita clarior evasit, ut ea de re Inquisitio, Ordinaria Auctoritate, in hac Alma Urbe confecta sit ac subsequens prolata sententia. Actis vero ac iuribus processualibus una cum documentis authenticis ad Sacrorum Rituum Congregationem perlatis et, ad normam iuris, praefixa informatione, editis, quum omnia in promptu essent, instante Revmo P. Iosepho M. Civra, Ordinis Servorum Mariae Postulatore Generali, Emus ac Rmus Dnus Casimirus Gennari, titulo S. Marcelli Presbyter Cardinalis et huius Causae Ponens seu Relator, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu subsignata die ad Vaticanum habito, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sententia lata a Iudicibus ab Emo Urbis Vicario delegatis super cultu ab immemorabili tempore praestito Servo Dei* Bonaventurae Tornielli, *seu super casu excepto a decretis sa. me. Urbani Papae VIII, sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce ac scripto R. P. D. Alexandro Verde, Sanctae Fidei Promotore, re accurate perpensa, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu sententiam esse confirmandam, praevia tamen sanatione def ctuum, quoad rationem delegatae ei executioni demandatae iurisdictionis, et quoad mandatum Postulatoris.* Die 5 Septembris 1911.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua, petita sanatione indulta, Rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habuit et probavit, die 6, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

II.

ADRIEN.

Hodiernus compositor Kalendarii Adriensis Dioeceseos, haec dubia Sacrae huic Congregationi-pro opportuna solutione humillime proposuit:

I. Celebrans et ministri, qui in Missa solemni diei festi Annuntiationis B. M. V nec non SS. Natalis D. N. I. C. genuflectunt quando a choro cantan tur verba « *Et incarnatus est* » etc., genuflectere ne debent etiam quando eadem verba simul recitant ad altare ?

II. In vigilia Festi alicuius Sancti, cuius nomen continetur in Canone Missae, celebrans debet ne caput inclinare quum idem nomen pronuntiat?

III. Festum S. Stephani Pp. M. insignis Collegiatae Titularis, in tota Civitate Rhodigii iamdiu celebrari solet sub ritu duplici I. classis cum octava. Quaeritur utrum in tota eadem civitate Credo in Missa recitari. possit ac debeat.

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis Liturgicae suffragio, respondendum censuit:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative iuxta Rubricas Missalis de Ritu celebrandi Missam tit. V. n. 2.

Ad III. Negative et servetur Decretum n. 2189 Penmwa, 23 Martii 1709.

Atque ita rescripsit et declaravit die 24 Novembris 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S. f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

TUNKÍNEN.

NULLITATIS MATRIMONII (TIEN-CANH).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno octavo, die ***7*** *Iulii* ***1911,*** *RR. PP. DD. Franciscus Meiner,* Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de turno, in causa* « Tunkinen. - Nullitatis Matrimonii » *inter Ioannem Tien, repraesentatum per procuratorem Aloisium Gonte, advocatum, et Agnetem Ganh, interveniente et disceptante in causa sacri Vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt sententiam.*

Ioannes Tien, e communitate catholica Dong-Kien, instantiis et minis patris sui cedens anno 1902 in facie Ecclesiae Agnetem Canh, e

communitate Phuk-Think, uxorem duxit. Anno 1908 adiit tribunal ecclesiasticum eo fine, ut declararetur matrimonii nullitas ex capite vis et metus. Processus deinde rite instructus est, quin tamen sententia lata sit. Cum enim Agnes Canh in secunda interrogatione sub iuramenti fide aifirmavisset matrimonium consummatum esse, dum in prima interterrogatione, item sub iuramenti fide, idem negavit, iudex delegatus non ausus est ferre sententiam, ideoque omnia acta misit ad Vicarium Apostolicum, eundem rogans ut acta pro sententia dicenda transmitterentur Romam ad S. Congregationem de Sacramentis. Quo facto ex speciali mandato Sanctissimi quaestio deducta est ad H. S. O., cuius est respondere ad propositum dubium: « *An constet de matrimonii nullitate in casu* ».

Cui dubio RR. PP. DD. Auditores respondendum censuerunt: « *Affirmative* ».

IUS QUOD ATTINET.

Matrimonium in casu impugnatur ex capite *vis et metus.* Impedimentum vis et metus procedit « etsi metu coactus vero consenserit «in matrimonium; nam consensus iste ipso iure est irritus, quod «huiusmodi matrimonia irritat, non ex praesumptione ficti, sed veri « etiam consensus ». (Schmalzgrueber, *lib. IV, tit. I, num. 392).* In casu autem matrimonium potest insuper impugnari *ex defectu consensus,* cum ex actis processus instructivi confici posse videatur Ioannem Tien consensum verum et internum non habuisse. Sed cum ex una parte defectus consensus interni difficilius probari possit quam factum potius externum vis et metus et cum ex altera parte processus non expresse de hoc capite instructus sit, abstrahi potest ab eo, utrum Ioannes Tien vero consensu interno matrimonium contraxerit necne. Dato enim, non concesso, quod Ioannes Tien in matrimonium vero et interne consenserit, matrimonium ipsum inter et Agnetem Canh iam ex capite *vis et metus* pro nullo et invalido declarandum est, uti postea demonstrabitur.

Vis communiter ab auctoribus, praecedente iurisconsulto Romano Paulo *(L. I, 2, D. quod metus causa, IV, 2)* definitur: « Maioris rei im« petus qui repelli non potest ». Cum S. Thoma *(4, dist. 22 g. 1, art 1)* distinguenda est duplex vis, alia absoluta alia conditionalis. Vis absoluta cadit in actus externos et repelli non potest, sive quia tollitur usus rationis sive quia vim patiens physice resistere non potest, quamvis interne habeat plenum voluntatis dissensum. Cum vis absoluta consensum ex parte vim patientis omnino excludat, de ea hic non est disserendum; nam matrimonium absque ullo actu humano concludi non potest.

Vis conditionalis e contrario definitur: « Coactio moralis quae « voluntatem ad volendum movet sub comminatione mali, adeo ut vo- « luntas consentiat ad malum declinandum alias non consensum». Vis conditionalis et metus ad invicem se habent uti causa et effectus. « Haec « posterior (vis) et metus pro synonymis vel saltem connexis accipiun- « tur; prout fit *tit. de his, quae vi, metusve causa fiunt,* ubi idem, quod « statuitur de vi, etiam statuitur de metu, et vicissim. Rationem dat *« Gleric. de sacr. matr., decis. 27, n. 4,* quia vis et metus sunt correla- « tiva et quod de uno dicitur, etiam intelligitur de altero; vis siquidem « consistit in inferente metum, et se habet per modum agentis; metus « autem stat in persona, cui vis infertur, et se habet per modum patien- « tis ». (Schmalzgr., *lib. IV, tit. I, n. 384).* Metus vero definiri potest : « Mentis trepidatio instantis vel futuri periculi (vel damni) causa ». *(L. I..., ut supra).*

Matrimonia metu inita dicuntur *(cap. 6, 13, 14, 15, 28, X de spon- sal. IV, 1)* nulla, ideoque metus constituit impedimentum dirimens ma- trimonium, saltem christianorum. Sed ad id requiritur primo, ut metus sit incussus *ab extrinseco per causam liberam;* secundo, ut metus sit *gravis,* qualis sci. cadit in virum constantem ; tertio, ut sit *iniuste incus- sus* quoad substantiam vel saltem quoad modum ; quarto denique, ut metus *in ordine ad extorquendum consensum* matrimonialem incussus sit Quamvis antiquitus aliqui auctores (Schmalzg., *I. c, num. 398, s.;* Lugo, *De instit. et iure, disp. 22, n. 174, s.)* hanc ultimam conditionem necessario requiri negaverint, tamen nostra aetate canonistae fere unanimiter eam recte expostulant. Rem nullum dubium metum reverentialem *gravem* dicendum esse, si *ex circumstantiis* fiat vere gravis, uti ex timore per- petuae indignationis parentum, ex constantibus et inopportunis preci- bus, ex minis et similibus.

FACTUM QUOD ATTINET.

I. Imprimis praemittendae sunt, ex iudicis instructoris scripto actis transmissis adiuncto, quaedam notae de solemnitatibus et usibus matri- monialibus, quae in illa regione Tunchini Meridionalis vigent. « 1. Il « faut d'abord remarquer que la plupart du temps ce sont les parents « qui choisissent des femmes à leurs fils et des maris à leurs filles. « 2. Quelque temps après que la demande en mariage faite par les « parents du jeune homme a été acceptée par la famille de la jeune « fille, il y a un repas de noces. 3. Quand un jeune homme est fiancé, « il doit, soit en personne, soit par intermédiaire, faire chaque année « plusieurs démarches auprès de la famille de sa fiancée ; apporter des

« présents etc. 4?. Après la cérémonie (de la bénédiction nuptiale) chacun des deux nouveaux époux retourne à sa maison paternelle. « 5. Quelques jours après la bénédiction nuptiale, la jeune fille est conduite par ses parents à la maison de son mari ; c'est ce qu'on appelle « " conduire la bru ". Cette conduite de la bru est l'occasion de réjouissanees, repas en famille etc. 6. La plupart des maisons annamites ont « plusieurs appartements, en particulier une chambre intérieure, l'autre « extérieure. La chambre extérieure est ouverte à tout le monde: c'est « là qu'on reçoit les visiteurs: la chambre intérieure, qui dans la traduction est appellée parfois aussi chambre nuptiale, est un appartement réservé aux femmes ».

Quod attinet porro *veracitatem* partium et testium, in relatione iudicis instructoris missa ad Vicarium Apostolicum et in actis extante, inter alia haec leguntur: « 1. Agnès Canh est une personne qui mérite « bien la réputation de niaise que la plupart des témoins lui ont faite : « elle est connue comme telle dans tout le pays. Je me demande si un « pareil tempérament n'est pas la cause, qu'ayant une fois décidé de « dire d'une façon, elle n'a pas voulu ensuite démordre de son système « d'afífrmation, ne comprenant pas, malgré nos avertissements réitérés, la gravité de la déposition qu'on lui demandait de faire. 2. Jean « Tien est un jeune homme dont la conduite a été sévèrement et justement appréciée dans les notes du P. Denis, chef du district de Dong-Thap. Si nous nous plaçons au point de vue spécial de son procès « matrimonial, il ressort clairement de son " accusatio matrimonii " et « de son interrogatoire qu'il a eu recours à tous les arguments capables « de l'aider à recouvrer sa liberté. Non seulement il a affirmé, dans ce « but, des choses qui d'après l'ensemble des témoignages ont été reconnues exactes, mais il a même, suivant en cela une déplorable coutume « annamite, affirmé d'autres faits, secondaires il est vrai, mais que nous « avons ensuite reconnus complètement faux... Votre Grandeur sait parfaitement que quand un annamite a une cause vraiment bonne en « elle-même, il risque ensuite, dans son désir de la voir triompher, de « la gâter par une longue série de mensonges qu'il y ajoute pour donner, selon lui, plus de force au fait principal. 3. Tous les témoins cités « m'ont paru sincères dans leurs dépositions, et je ne crois pas qu'il y « ait eu parmi eux une entente quelconque sur la manière dont il fallait déposer. Ils ont dit simplement ce dont ils se souvenaient, ce « qu'ils avaient vu ou entendu dire. Je n'ai pas remarqué qu'il y eût « de parti-pris pour favoriser l'un ou l'autre des conjoints ».

Tertio praenotandum est tum partes litigantes tum testes excussos

omnes esse christianos, omnesque depositiones suas fecisse iureiurando rite praemisso, uti ex actis constat.

II. Quibus praemissis inquirendum est, an ex actis et probatis constet matrimonium Ioannem Tien inter et Agnetem Canh ob impedimentum vis et metus fuisse nullum et irritum. Cum ex notis praecedentibus appareat nil extraordinarii in eo situm esse, quod in illa regione parentes pro filiis eligant uxores, eo pluris aestimanda sunt testimonia, quae in casu de illata vi ex parte patris et de metu filio incusso agunt. Neque enim agitur de electione quadam, cui filius sese subiecit, sed de electione tali, ad quam accipiendam filius vi et metu coactus est, et quidem metu gravi, iniuste a patre incusso ad extorquendum consensum matrimonialem filii, uti apparebit ex sequentibus.

Ioannes Tien ipse in depositione sua iudiciali inter alia haec dicit: « Mes parents m'ont dit: " Si tu ne nous écoute pas, nous ne te con- « naissons plus; et alors tu prendras pour femme qui tu voudras, car « nous ne te regarderons plus comme notre fils: tu pourras aller où tu « voudras ". Mes parents m'ont menacé, mais ne m'ont pas frappé..... « Lorsque je suis allé devant le prêtre, mon père était assis tout près : « c'est pourquoi j'ai répondu : " Oui, je n'ai pas pensé au péché. " Quoique « mes parents ne m'aient pas frappé, j'ai répondu que je consentais à « prendre Agnès Canh pour épouse, de crainte que le prêtre ne me « donnât pas la bénédiction nuptiale, et surtout je craignais, si je disais « non, le ressentiment de mes parents ». Petrus Xuyen, pater actoris, ita loquitur: « J'ai employé alternativement la douceur et la crainte pour « amener Jean Tien à entrer dans mes vues. Voyant cela, bon gré mal « gré, il a dû se soumettre.... Il nous est reconnaissant de lui avoir fourni « les moyens d'étudier les caractères chinois; c'est pourquoi il a dû se « soumettre.... J'ai menacé de le frapper, mais je ne l'ai pas frappé, parce « qu'il s'est enfui; et je lui ai dit: " Si tu ne nous obéis pas, si tu n'ac- « ceptes pas cette fille, je te chasserai de la maison..... Mes deux frères « n'ont pas voulu y (sel. au repas) aller parce qu'ils voyaient que je « forçais mon fils... ". Avant le mariage Jean Tien dit à sa mère: " Aux « interrogations du prêtre je répondrai que je ne veux pas d'Agnès « Canh". Ma femme me répéta ces paroles, mais mon fils n'osa pas « me les dire à moi-même, parce qu'il me craignait». Idem omnino testatur Anna Mu Xuyen, mater actoris, uti est in actis.

Ex depositionibus aliorum testium, qui omnes de vi Ioanni Tien illata loquuntur, exempli gratia nonnulla enumerentur. Ioannes Quang ita edicit: « Avant le mariage, chaque fois que Jean Tien parlait avec « mépris de Mlle. Canh, son père le menaçait... Tout le monde savait

« dans la chrétienté que M. Xuyen forçait son fils ». Anna Thoa item: « Les jours précédant le mariage Jean Tien disait continuellement qu'il « ne voulait pas de Mlle. Canh. " Je serai obligé d'aller me marier, parce « que je crains d'être maltraité... ". Dans la chrétienté tout le monde « disait: " Jean Tien ne veut pas d'Agnès Canh ; c'est son père qui le force « à la prendre pour femme ". Puis les gens se moquaient de M. Xuyen ». Immo Anna Xuyen Tri, soror primogenita actoris, testatur: « Mon père «accompagnait Jean Tien; celui-ci à son retour me dit: "Je voulais « répondre: non; mais j'ai eu peur que le père ne me punît " ».

III. Ex dictis igitur manifeste sequitur consensum sponsi - abstractione facta, uti supra dictum est, ab eo, an sponsus verum internum consensum habuerit aut consensum solummodo simulaverit - metu gravi et iniusto fuisse extortum. Tamen non inutile erit idem confirmare ex circumstantiis caeremoniam ecclesiasticam praecedentibus et subsequentibus, ita ut veritas adhuc clarius pateat.

Primo pauca dicenda sunt de *convivio* ante nuptias instituto. Sponsus iuxta suam depositionem ibi ita se habuit: « J'y suis allé, mais « c'était malgré moi; c'est pourquoi j'ai fait un écrit pour le remettre « à M. Van... J'ai placé cet écrit en cachette dans la bourse à arec et « bétel de M. Van, afin que celui-ci sût que je ne voulais pas me ma- « rier avec sa sœur ; je n'ai montré ce papier à personne. Ce n'est qu'au « bout de 3 ou 4 jours que M. Van a trouvé ce papier et en a parlé à « mes parents... Quant à mes deux oncles... ils n'ont pas assisté à ce « repas. Je leur avais dit auparavant: " Vous commettez une faute si vous « y assistez, car je ne veux pas épouser cette jeune fille " ». Petrus Van, frater primogenitus sponsae, confirmat illud factum depositionis epistolae dicens: « Quelques jours auparavant Jean Tien avait prié le nommé « Moe de déposer une lettre dans ma bourse à bétel, et dans cette lettre « il me disait qu'il ne consentait pas à prendre ma sœur pour épouse ». Aliis quoque testibus istud factum non ignotum mansit, quamvis nesciebant quae in litteris illis scripta essent.

De *donis* ab Annamitis in usum receptis sponsus ita deponit: « Lorsque mes parents me pressaient outre mesure alors seulement je « consentais à y aller, et au retour, faisant un mensonge, je disais à « mes parents que j'y étais allé; deux fois, je suis allé jusqu'à la mai- « son de Mlle. Canh, le père et la mère de cette demoiselle étaient chez « eux: quant à elle je ne ne l'ai point rencontrée. Arrivé à la maison « susdite, j'offrais mes présents, je m'asseyais un moment, puis je m'en « retournais sans avoir dit quoi que ce soit concernant mon futur mariage

.« avec Mlle. Canh ». Ex depositionibus aliorum testium, praesertim matris sponsi, elucet actorem dixisse verum.

Quomodo autem actor sese gesserit, postquam matrimonium cum Agnete Canh contraxit, ita explicat ipsa sponsa: « Après la cérémonie, « mon frère, M. Xuyen, et moi nous sommes allés remercier le Père. « Jean Tien n'y est pas venu; il a disparu aussitôt après la messe ». Caeremonia quae dicitur « La conduite de la bru » facta, res non mutata est, nam sponsa prosequitur: « Arrivée à la maison de M. Xuyen, «je n'ai pas vu Jean Tien; aussitôt que j'entrais par une porte, il sor- « tait par une autre, afin de m'éviter. Après le repas, lorsque j'ai porté « du thé à boire, je l'ai rencontré pour la première fois, il ne m'a dit « aucune parole ; je lui ai porté du bétel à chiquer, il ne l'a pas accepté... « Les jours suivants, c'était la même chose ». Ex testimoniis aliis, tum parentum tum aliorum, apparet Ioannem Tien revera taliter sese habuisse versus sponsam suam, ita ut testimonium unius testis, contrarium affirmantis, nihili aestimandum sit.

IV. Neque dici potest matrimonium decursu temporis cohabitatione et copula maritali convalidatum esse. Conditiones pro tali convalidatione requisitas enumerare in casu inutile est, cum factum *non-consummationis matrimonii* omnino constet. Ioannes Tien enim rarissime in domo paterna, ubi commorabatur etiam uxor ipsius, pernoctabat ac dictis et factis semper mentem suam patefecit sese non cognoscere Agnetem tamquam uxorem suam. Iterum atque iterum a iudice interrogatus semper negavit sese unquam habuisse commercium carnale cum Agnete. Id quod confirmatur primo a teste Ioanne Diên dicente: «Jean Tien « m'a dit: " Une fois je couchais chez moi, mon père voulut me for- « cer à avoir commerce charnel avec Agnès Canh ; je suis allé jusqu'à « la porte de la chambre, à peine l'eus-je aperçue, que j'ai senti la haine « s'emparer de moi, je suis allé me cacher dans une cuve " ». Petrus Xuyen, pater actoris, ipse confitetur : « J'aurais voulu que la chose arri- « vât, afin de leur éviter d'être un objet de risée pour le monde, pour « le fait de n'avoir pas d'enfants... Mais jamais Jean Tien et Agnès Canh « n'eurent commerce charnel ». Praeterea exstant in actis nonnulla alia testimonia, quae tot et talibus circumstantiis confirmata sunt, ut nullo modo dubitari possit matrimonium in casu nunquam fuisse consummatum.

Ut removeatur difficultas orta ex quodam facto singulari, adducatur Agnès Van dicens: « J'ai donc autrefois interrogé ma belle-sœur « pour savoir si elle et Jean Tien s'aimaient, s'ils avaient eu des rap- « ports conjugaux. Voici ce qu'à cette époque m'a répondu ma belles

«sœur: "Jean Tien a une fois ouvert la porte de la chambre nùp- « ti aie, où je me trouvais, il est entré et est sorti tout de suite"... « elle n'a pas ajouté que Jean Tien avait couché avec elle ». Quod factum accuratius explicatur a matre sponsi Anna Mu Xuyen: «Mon «fils avait l'habitude d'aller s'amuser et le soir revenait très tard. « À son retour il cherchait du riz, du bétel etc. Cette nuit-là, j'ai «:entendu du bruit dans la chambre nuptiale, c'est pourquoi j'ai de- « mandé : "Qui est là ? " Tien venait-il entrer ou y avait-il longtemps qu'il «était là, je n'en sais rien; mais quand j'ai demandé " qui est là? ", il «répondit: " C'est moi, Jean Tien; je prends de l'arec et du bétel "; puis «il sortit de suite de la chambre. Ceci se passait non pas aussitôt après « la conduite de la bru, mais environ % ou 3 mois après. Quant à des « rapports conjugaux entre mon fils et Agnès Canh, il n'y en a pas eu; « je n'ai aucun doute à ce sujet ».

Sponsa quoque in prima sua interrogatione simpliciter affirmavit matrimonium nunquam fuisse consummatum, et in altera sessione iudici interroganti iterum respondit: « Jamais ». Sed cum iudex instaret, respondit ita: « Nous avons eu des rapports conjugaux trois fois: la 1re fois, «sept jours après la conduite de l'épouse; la 2e fois, après 15 autres « jours écoulés; la 3e fois, encore 15 jours plus tard ». Iudici autem sciscitanti, cur antea contrarium dixisset, respondit: « J'avais oublié la « chose ». Ex circumstantiis vero pro certo haberi debet sponsam hac *secunda* vice, seu in hac secunda sessione falsum dixisse. Postquam enim initio secundae interrogatiouis primam suam depositionem confirmavit, statim postea dixit contrarium, indicans etiam *dies*, quibus commercium carnale factum fuisset. De hoc interrogata respondit sese oblitam fuisse hanc rem. Quae igitur hoc instanti oblita erat, altero instanti scit cum omnibus particularibus temporis ! Praeterea tot testes, de quorum veracitate dubitari nequit, sponsam in ea re mentitam esse evincunt.

Si autem constat - uti de facto - primis temporibus post matrimonium contractum copulam non locum habuisse, matrimonium nunquam consummatum est, cum sponsi postea separati vixerint.

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et pronunciamus : *« Constare de nullitate matrimonii in casu* », seu ad dubium propositum respondemus: *«Affirmative »*.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut executioni mandent et adversus relucían-

tes procedant ad normam Sacrorum canonum et praesertim *cap. 3, Sess. XXV, de Beform.,* Concil. Trid., iis adhibitis exequutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 7 Iulii 1911.

Franciscus Heiner, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

DECLARATIO AUTHENTICA CIRCA INDULTUM DE ABSTINENTIA ET IEIUNIO PRO AMERICA LATINA PER SECRETERIAM STATUS EDITUM DIE 1 IANUARII 1910.

EX AUDIENTIA SANCTISSIMI.

Die 13 Decembris 1911.

Circa Indultum de abstinentia et ieiunio pro America Latina, per Secretariam Status editum die 1 Ianuarii 1910,[1] ea quae sequuntur dubia Rrñus Vicarius Apostolicus Guyanae Britannicae humiliter Sanctae Sedi dirimenda proposuit :

I. Utrum Nigritae et Indi, qui privilegiis gaudentes per Constitutionem Leonis f. r. PP. XIII « *Trans oceanum* » concessis, ieiunare tenentur solummodo feriis sextis quadragesimae, Sabbato Sancto et in pervigilio Nativitatis Domini, vi praefati indulti a ieiunio eximantur etiam Sabbato Sancto et in pervigilio Nativitatis D. N. I. C.

U. Utrum diebus, quibus hoc indulto frui licet, firma maneat prohibitio miscendi carnes et pisces.

III. Quatenus affirmative ad *II*[um], utrum haec prohibitio etiam Nigritas et Indos respiciat.

SSmus vero D. N. Pius PP. X; referente me infrascripto Cardinali a secretis Status, respondendum decrevit :

Ad I.[um] Sufficienter provisum per art. XIII Constitutionis « *Trans oceanum*» diei 18 Aprilis 1897, ideoque ambo privilegia seu indulta cumulari posse.

[1] Cfr. *Acta Apostolicae Sedis,* Vol. II, p. 215-217.

Ad II.um Affirmative, nisi obtineatur speciale indultum apostolicum.

Ad III™ Affirmative ut in II.°

Et ita Sanctitas Sua publicari et servari iussit, contrariis quibuslibet minime obfuturis.

Datum Romae, e Secretaria Status, die, mense et anno praedictis.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

L. © S.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE GENERALE.

Il giorno 28 Novembre 1911, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del S. Padre, si è tenuta la Congregazione Generale dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali con i Rmi Prelati Officiali e Consultori teologi, che la compongono, hanno emesso il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella Causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Servo di Dio Gaetano Errico, sacerdote fondatore della Congregazione dei Sacri Cuori.

CONGREGAZIONE ORDINARIA.

II giorno 12 Décembre 1911, nel Palazzo Apostolico Vaticano, fu tenuta la Congregazione Ordinaria dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali componenti la medesima, furono sottoposte le seguenti materie:

1. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Teresa Haze, Fondatrice e Superiora Generale della Congregazione delle Figlie della Croce.

2. Revisione degli scritti della Serva di Dio Lucia Filippini, Fondatrice dell'Istituto delle Maestre Pie Filippini.

3. Revisione degli scritti del Servo di Dio Pietro Donders, Sacerdote Professo della Congregazione del SSmo Redentore.

4. Revisione degli scritti del Servo di Dio Domenico Savio, giovane secolare, Alunno dell'Oratorio Salesiano.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE.

Il Santo Padre con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare:

Prelati domestici di 8. S.:

23 Novembre 1911. — Il Rev. Emilio Ghalvet, Vicario Generale della diocesi di Porto Luigi.

— Il Rev. Dr. Leonardo Atzberger, Professore della Facoltà teologica nell'Università di Monaco in Baviera.

25 Novembre — Il Rev. Antonio Korányi, parroco nella città di Bartfa, diocesi di Gassovia.

29 Novembre. — Il Rev. Antonio Lega, Vicario Generale della diocesi di Tivoli.

Cappellani comuni soprannumerari di S. S.:

26 Novembre 1911. — Il Rev. Francesco Forti, Beneficiato della Patriarcale Basilica Vaticana.

27 Novembre. — Il Rev. Oscar Perrotti de Carbonel, di Roma.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio X, si è degnato nominare ;

7 Décembre 1911. — Mons. Oreste Giorgi, Segretario della Sacra Congregazione del Concilio.

— Mons. Carlo Perosi, Reggente della Sacra Penitenzieria Apostolica.

ONORIFICENZE.

Sua Santità con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con placca dell' Ordine di S. Gregorio Magno :

17 Novembre 1911. — Al Sig. Francesco Kluge, patrono della Chiesa parrocchiale di Forst, nel distretto di Arnau.

24 Novembre. — Al Sig. Avv. Domenico Pinto Coelho, portoghese.

La Commenda dell'Ordine Piano:

24 Novembre 1911. — Al Sig. Dr. Diego von Bergen, Consigliere di Legazione e Segretario della Legazione di Prussia presso la Santa Sede.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 Novembre 1911. — Al Sig. Gaspare Van de Ven, Segretario dell'Ospedale cattolico di Boxmeer nella diocesi di Bois-le-Duc.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

21 Novembre 1911. — Al Sig. Giuseppe Jonkergouw, della diocesi di Bois-le-Duc.

24 Novembre. — Al Sig. Eugenio Passerin de Entreves, della diocesi di Aosta.

29 Novembre. — Al Sig. Conte Maurizio Ollivier Beauregard, di Parigi.

— Al Sig. Bernardo Paschali, di Périgueux.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE.

La Santità di Nostro Signore, con biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, si è degnata di nominare :

Camerieri segreti soprannumerari:

U Ottobre 1911. — Mons. Tommaso Emanueli.

22 Novembre. — Mons. Carlo Catani, della diocesi di Livorno.

Camerieri segreti di spada e cappa soprannumerari:

25 Novembre 1911. — Il Sig. Agostino Caterini.

— Il Sig. Conte Cesare Caterini.

Cameriere dì onore in abito paonazzo :

21 Novembre 1911. — Mons. Fioretti, della diocesi di Senigallia.

NECROLOGIO

12 Décembre 1911. — Mons. Ambrogio Agius, Arcivescovo titolare di Paimira, Delegato Apostolico nelle Filippine.

I.
INDEX GENERALIS RERUM

II.

INDEX DOCUMENTORUM

CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

ANNO | MENSE | DIE

versum orbem terrarum facultas aggregandi eiusdem tituli atque instituti Societates, iam eidem Societati facta pro Gallia et Belgio . . . . . .

1911 Apr. *Praestantiora Catholici.* - Ecclesia S. Dominici Confessoris, Cordubae in Republica Argentina, erigitur in Basilicam minorem . . . .

o *Inclyta Bivi.* - Ecclesia Abbatiae de Pontida in Basilicam minorem erigitur . . . .

8 *Quo uberiores.* - Constitutio novi Vicariatus Apostolici in Regione Coreana de « Tai-kou » nuncupati.

11 *Venerabilis Frater.* - Sodalitas S. Barbarae V. et M. in Ecclesia parochiali loci « Plaimpied » constituta, intra fines dioecesis Bituricensis, erigitur in Archisodalitatem cum facultate aggregandi in tota Gallia.

12 *Non sine magno.* - Erectio novi Vicariatus Apostolici Scen-Si septentrionalis . . . .

Maii 2 *Cum summa.* - Praefectura Apostolica de « Ho-Nan » Occidentali erigitur in Vicariatum Apostolicum. .

2 *Pia Consociatio.* - Superior Generalis pro tempore Congregationis Iesu et Mariae eligitur 'in perpetuum supremus Moderator Societatis a Corde Matris Admirabilis . . . .

20 *Nihil Nobis.* - Invocationem « Gesù mio, misericordia » vel aliam « O Iesu in Sanctissimo Sacramento, miserere nobis » devote recitantibus amplior indulgentia conceditur . . . .

Sacras illas aedes. - Regale templum, Neapoli erectum B. Iacobo Apostolo, ad Basilicae minoris dignitatem evehitur . . . .

Iunii *Comperimus ex gravi.* - Societas Puerorum a comitatu Sanctissimi Sacramenti, Romae in Basilica SS. XII Apostolorum instituta, in primariam erigitur. . . . • . . . .

10 *Romani Pontifices.* - Constitutio de ieiunii atque abstinentiae lege in Dalmatia servanda . . . . . .

19 *Salutare illud.* - Indulgentia plenaria perpetua ubique terrarum pro Associatione Catholica internationali a patrocinio puellarum . . . .

Conspicua tempia Dei. - Aedes Deiparae Virginis in coelum Assumptae oppidi « Gandino » dioecesis Bergomensis Basilicae Minoris titulo decoratur. . .

30 *Ex nativo Apostolatus.* - Archisodalitas a S. Missa Reparatrice, Pragae erecta, limitatur ad Moraviam, Silesiam et Bohemiam: nova autem nominis eiusdem archisodalitas in Austria erigitur pro fidelibus qui utuntur lingua germanica . . . .

In templo. - Confraternitas S. Missae Reparatricis in templo S. Crucis vulgo « dei Lucchesi » in Urbe

V. - EPISTOLAE.

VI. - ALLOCUTIONES.

II. - SIGNATURA APOSTOLICA.

IV. - OFFICIA.

SECRETARIA STATUS

Ex AUDIENTIA SANCTISSIMI.

EPISTOLAE.

III.

INDEX ANALYTICUS RERUM NOTABILEM

B

C

D

F

I

K

L

M

P

E

S

T

U

V

W

Z

IV.

INDEX PERSONARUM

A

C

E

F

G

H

I - J

M

O

P

Q

R

S

T

U

T

W

X

y

Z

TERTIUM VOLUMEN COMMENTARII OFFICIALIS « *Acta Apostolicae Sedis* »

ABSOLVITUR DIE 30 DEC. 1911. - TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS.